SC.10.Pl.6.

fu pubblicato quarto folio

Volume

Ver Grosse

37
15 B
2

MAG 1049

Digitized by Google

Fu pubblicato questo solo Volume -
Vedi: Graesse -

COLLECTANEA MONUMENTORUM VETERUM ECCLESIÆ GRÆCÆ, AC LATINÆ,

Quæ hactenus in Vaticana Bibliotheca delituerunt.

SCILICET:

1 ARCHELAI Epiſcopi Acta diſputationis cum Manete Hæreſiarcha latinè ex antiqua verſione.
2 S. EPHREM Syri ſermones duo latinè ex veteri verſione.
3 S. GREGORII Nyſſeni Antirrheticus adversùs Apollinarem.
— Teſtimonia adversùs Judæos.
—Nova laudatio Sancti Stephani.
—Sermo de Spiritu Sancto.
—Epiſtolæ XIV. omnia G. L.
4 EUTHALII Epiſc. Sulcenſis Actuum Apoſtolorum, & quatuordecim S. Pauli, aliarumque ſeptem Catholicarum epiſtolarum editio ad Athanaſium juniorem Epiſc. Alexandr.

LAURENTIUS ALEXANDER ZACAGNIUS

VATICANÆ BIBLIOTHECÆ PRÆFECTUS

E ſcriptis codicibus nunc primùm edidit, Græca Latina fecit, notis illuſtravit.

ROMÆ, Typis Sacræ Congreg. de Propag. Fide. Anno MDCXCVIII.

Superiorum permiſſu.

INNOCENTIO XII.
PONTIFICI MAXIMO.

NON una eſt cauſa, BEATISSIME PATER, cur diverſorum veterum Eccleſiæ Græcæ, atq; Latinæ monumentorum collectionem editurus, eam SANCTITATI VESTRÆ deferendam, atque

adeo nuncupandam eſſe cenſuerim. Cùm enim à florente ætate in Apoſtolicæ Sedis famulitium aſcitus fuerim, meo utique defuiſſem officio, ſi primum hunc mentis meæ fœtum in Vaticanæ veſtræ Bibliothecæ ſolo prognatum, adultumque, alteri cuipiam, quàm SANCTITATI VESTRÆ conſecraſſem. Et ſanè nil mihi magis optandum erat, quàm ut lucubrationes meæ glorioſiſſimo, cunctiſque ſæculis venerando SANCTITATIS VESTRÆ nomine inſignirentur, cujus vita perpetuò ſanctiſſimè traducta, & ſpectata in omnibus Eccleſiæ muneribus virtus eum dignitatis gradum promeruit, quo nullus Deo propinquior in terris reperitur; & cujus animus cunctis illius dotibus præditus eſt, quæ in ſummo totius Eccleſię Hierarcha optari poſſunt, ita ut in admirãdis SANCTITATIS VESTRÆ geſtis nil obvium, nil vulgare, ſed ampla omnia, præclara, & inuſitati exempli deprehendantur. Sed ineptus utique viderer, BEATISSIME PATER, ſi hac occaſione veſtrarum me laudum præconem profitear, quę magnitudine ſuâ, atq; excellentiâ totum jam terrarum Orbem implent, & quibus explicãdis neminem, ingenio quantumvis maximo præditum, parem reperiri poſſe arbitror. Quis

enim

enim pro dignitate laudare poterit eximiam illam benignitatem, qua SANCTITAS VESTRA miſerrimos quoſq; ad Sacros pedes ſuos, veluti ad pietatis aſylum confugientes, expanſis paternæ charitatis viſceribus, excipit, nec ſine ampliſſimis beneficentiæ ſuæ ſolatiis abire ſinit? Quis in SANCTITATE VESTRA non admiretur, atque ſuſpiciat magnitudinem animi maximæ poteſtatis amplitudini parem; egregium cũctis benefaciendi propoſitum; mirificam in cuſtodiendo divinitus ſibi commiſſo grege vigilantiam; in ſubeundis Eccleſiæ causâ laboribus alacritatẽ, & in eiſdem perferendis conſtantiam planè ſingularem; propenſiſſimã ad optima quæque voluntatem, atque ardentiſſimum ſtudium in deferendis virtuti honoribus, ac præmiis; quo fit ut poſtliminio revocetur probitas, malorum hominum fraudibus exulare coacta; denique gravitatem ſummo Eccleſiæ Præſule dignam cum modeſtiâ, atque moderatione temperatam, nec non juſtitiæ ſeveritatem cum clementię manſuetudine conjunctam. Hiſce ſanè virtutibus factum eſt, ut tot, tantaque bona brevi Pontificatûs veſtrî tempore non populis tantùm veſtræ curæ ſpecialiter commiſſis, verùm etiam toti terrarum orbi, Eccleſiæque univerſæ collata fuerint:

Vidimus enim opulentiam, ac rerum omniū copiam, ſubditis veſtris, quà vectigalium abolitione, quà maritimi commercii reſtitutione comparatam. Vidimus reddendi juris ordinem ad exactiorem formam redactum, editis tot ſaluberrimis Conſtitutionibus, velut obſidibus perpetuò duraturæ publicæ felicitatis. Vidimus Eccleſiæ diſciplinam ſanctiſſimè reſtauratam, & corruptos populi mores prudentiſſimè ad cenſuram revocatos, atque correctos. Vidimus magnam Pontificii ærarii partem ad prædicanda in remotiſſimis Africæ, Aſiæq; regionibus ſanctiſſimæ fidei Chriſtianę dogmata impenſam. Vidimus non paucos nobiles Sarmatiæ Viros, è ſuis egredi regionibus non aſſuetos, Romam veniſſe, veſtrî magis nominis famâ, quàm contemplandæ Vrbis cupiditate perductos. Vidimus bellicoſiſſimum Principem, verę fidei lumine illuſtratum, ad regale faſtigium maximo divini Numinis beneficio evectum, & veſtrâ operâ, atque favore in inclyto Catholicarum partium Regno conſtabilitum. Vidimus Europæ Reges in priſtinam concordiam ſaluberrimis veſtris conſiliis, monitiſque reductos. Vidimus feliciſſimis VESTRÆ SANCTITATIS auſpiciis non Turcarum modò potentiam ad nihilum ferè redactam, verùm

etiam

etiam inveteratas hæreſes in ipſo; ex quo ad humani generis perniciem primùm prodierāt, nidulo ſuffocatas,& imminutam dudum Chriſtianę Reipublicę majeſtatem veſtrâ virtute, ac ſapientiâ in veterem dignitatem, atq; ſplendorem reſtitutam;& ſi quæ impedimenta Turcarum tyrannidi funditus deſtruendę, ac hæreſi in cæteris, ubi potiſſimum bacchata eſt regionibus,comprimendæ ab humani generis hoſte objiciantur;ſperandum profectò eſt,fore ut ſuppreſſis,infractiſq; veſtrâ operâ, atq; auctoritate ejuſdem conatibus major inde VESTRÆ SANCTITATI perennis gloriæ cumulus aſſurgat. Sed nimius eſſem, BEATISSIME PATER, ſi per latiſſimum laudum veſtrarum campum orationem meā vagari ſineret modeſtia veſtra; quamobrem pauca de multis mihi delibaſſe ſufficiat, ut pateat nullo ſplendidiore titulo, aut graviori auctoritate,quàm SANCTITATIS VESTRÆ nomine ornari potuiſſe has qualeſcunque lucubrationes meas,quò commendatiores ad Eruditorum manus pervenirent, & à ſævis cenſorum morſibus defenderentur.

Jam verò vel ipſum operis hujus argumentum SANCTITATIS VESTRÆ patrocinium jure merito ſibi videtur expoſcere. Nil enim Summo Pontifici decentius,

nil

hil Eccleſiæ utilius, quàm literarios theſauros, tanto ſumpto, atque labore à Prædeceſſoribus veſtris undequaque congeſtos, cum toto terrarum Orbe communicare; Sanctorum Patrum ſcripta hactenus oblivione ſepulta è tenebris eruere; antiquos canones ſpiritu Dei conditos, ſed temporum longinquitate obſoletos, cunctis fidelibus notos facere; veteres Sacrarum rerum hiſtorias hactenus ignoratas, è quibus egregia Eccleſiæ gubernandæ præcepta hauriuntur, & catholicę fidei veritas comprobatur, in lucem aſſerere; antiquam Sacrorum rituum obſervantiam, temporum decurſu labefactatam, editis antiquis adhuc ignoratis ritualium libris, vel in uſum reducere, vel ad vigentes nunc ritus illuſtrandos, confirmandoſque uſurpare; denique cuncta, quæ ad Sanctiſſimæ fidei dogmata demonſtranda, ad veterem diſciplinam reſtituendam, & ad illuſtrandam Eccleſiaſticorum geſtorum memoriam pertinet, evulgare: neque enim in uno aliquo Eccleſiaſticorum monumentorum genere edendo meus hic labor verſatur; ſed omnia complectitur, quæ ad Sacram doctrinam, atque eruditionem quoquomodo ſpectare videntur; initio tamen facto à dignioribus, ac præſtantioribus monumentis, nimirum à Biblicis antiquitatibus, &

 San-

Sanctorum Patrum lucubrationibus, quas in operis decurſu cùm Sacri canones, tùm rituales libri, tùm rerum Sacrarum hiſtoriæ, tùm deniq; Eccleſiaſtica cujuſcumq; generis ſcripta, quæ adhuc inedita in Vaticanæ Bibliothecæ codicibus ſervantur, excipient, ſi cœptis meis favor divinus aſpiret, & SANCTITAS VESTRA tenuitatis meę conatus benignâ fronte, præ animi ſui magnitudine, & egregiâ erga bonas literas, earumque cultores voluntate, excipiat, atque confoveat.

Sed quamuis hæc omnia deeſſent, tamen SANCTITATI VESTRÆ mihi dicandus erat hic liber, ne hanc occaſionem elabi ſinerem, publico aliquo teſtimonio cunctis comprobandi, quantùm SANCTITATIS VESTRÆ munificentiæ debeam, cùm hoc ipſo, quo librum editurus eram tempore, me licèt tanto muneri longè imparem, è minori, qua dudum perfunctus fueram, ad majorem Vaticanę Bibliothecæ præfecturam evexerit; qua in re longè, latèq; emicat magnitudo excelſi animi veſtri, & amor ille bonarum literarum planè ſingularis, quo factum eſt, ut SANCTITAS VESTRA non tam ad Sacrarum rerum cognitionem, atque ſcientiam, quàm ad ejuſdem adipiſcendæ cupiditatem in humillimo famulo tàm benignè reſpexerit,

erit,

erit, meque immeritum iis præmiis, ac honoribus proſequi voluerit, quibus eximiâ virtute, omniumque ſcientiarium generibus excultiſſimi viri decorari conſueverunt. Immortales itaque SANCTITATI VESTRÆ gratias ago; agamque dum vivam, cumque parem referre gratiam beneficii magnitudo, & dignitatis veſtræ ſublimitas nequaquam ſinant; hoc tantùm SANCTITATI VESTRÆ polliceor, me totis viribus curaturum, ut dignè, ſi tanta à me expectari poſſunt, collato muneri ſatisfaciam, & talis eſſe curem, qualem eſſe decet, qui tam honorifico SANCTITATIS VESTRÆ judicio ornatus fuerit. Interim autem rogo, atque oro SANCTITATEM VESTRAM, ut primo huic collectaneorum meorum tomo ita benedictionem ſuam impertiat, ut eâ in operis auctorem redundante divinam ipſi gratiam conciliet, cujus ope & alios ejuſdem collectionis tomos abſolvere, & eâ diligentiâ, atque ſedulitate, quam injuncti muneris ratio poſtulat, Apoſtolicæ Sedi toto vitæ meæ curriculo valeam inſervire, Deus Optimus Maximus SANCTITATEM VESTRAM eximium Eccleſiæ ſuæ, noſtrorumque temporum decus & ornamentum, Chriſtianæ Reipublicæ, ſubdi-

ſubditis veſtris, & bonis literis diu ſervet incolumem, ut longos per annos SANCTITAS VESTRA feliciſſimè ſupervivat gloriæ, quam tot illuſtribus factis ſibi comparavit; & poſtquam univerſos Chriſti fideles quàm diutiſſimè præſentia, benificiiſque ſuis felices reddiderit atque beatos, tum demum, præclaro Pontificiarum omnium virtutum exemplo poſteris relicto, fulgentiſſimas quoque æternæ gloriæ coronas in cœleſti regno conſequatur.

Romæ Kal. Martias Anno MDCXCVIII.

Laurentius Alexander Zacagnius.

Imprimatur,

Si videbitur Reverendiſſ. Patri Sac. Pal. Apoſt. Magiſtro. Datum Romæ hac die 1. Februarii 1697.

Sperellus de Sperellis Epiſc. Interamnen. Viceſgerens.

APPROBATIO.

LEgi ex auctoritate Reverendiſſimi S. Apoſtolici Palatii Magiſtri Fr. Paulini Bernardinii *Sacrorum Collectaneorum Tomum*, ex Vaticanæ Bibliothecæ Codicibus, in quibus hactenus delituerunt, *a Cl. Viro Laurentio Alexandro Zacagnio ejuſdem Bibliothecæ Præfecto*, ſumma cura, atque diligentia erutum, & eleganti, accurataque verſione, ac notis illuſtratum: nihilque in eo reperi, quod Orthodoxæ Fidei, boniſque moribus officeret; quin imo cuncta Sanctorum Patrum monumenta, quæ in eo continentur, digniſſima eſſe cenſeo, quæ ad Sacrarum literarum illuſtrationem, & ad Catholicæ Eccleſiæ utilitatem, typis mandentur. Datum Romæ in Collegio Urbano de Propaganda Fide 10. Martii 1697.

Franciſcus Dominicus Bencinus S. Theologiæ Doctor, & in eodem Collegio Theologiæ Lector, ac Bibliothecæ Præfectus.

Imprimatur,

Fr. Paulinus Bernardinius Ordinis Prædic. Sac. Palatii Apoſtolici Magiſter.

PRÆFATIO

Ad Eruditum Lectorem.

INTER graviſſimos Doctiſſimorum hujuſce ætatis Virorum labores, quibus res Eccleſiaſticas illuſtrare conati ſunt, non ultimo loco reponenda eſt diligens, & accurata veterum ſcriptorum codicum perluſtratio, & melioris ævi monumentorum, quæ in eiſdem continentur, editio. Etenim hinc factum eſt, ut non modò SS. Patrum Bibliothecas ex editis primùm ſcriptis collectas, novis, & ad noſtra uſq; tempora ineditis auctariis ampliores, locupletioreſque habeamus; verùm etiam cùm aliæ Bibliothecæ ex religioſorum quorundam Ordinum Scriptorum lucubrationibus concinnatæ, tùm peculiares non paucæ collectiones ex antiquis diverſorum generum ſcriptionibus congeſtæ, literarium cenſum adauxerint, ex quibus ſanè maximam Sacrarum literarum ſtudioſis utilitatem profluxiſſe nemo, ut arbitror, ſanæ mentis inficias iverit. Primus omnium Henricus Caniſius in hujus ſæculi exordio, erutis è Germanicarum Bibliothecarum penetralibus ſex Antiquarum Lectionum tomis, egregiam, tùm ob exemplum, tùm ob rem ipſam literariæ Reipublicæ operam navavit. His tomum ſingularem Petrus Stevartius poſt paucos à Caniſii morte annos adjunxit. Mox Eruditiſſimi è Galliâ Viri in eodem ſtudii genere maximâ cum laude, & Sacrarum Literarum utilitate verſati ſunt; nam vel unius Lucæ Dacherii Benedictini Ordinis alumni inde-

feſſo ſtudio, atque labore, tredecim Spicilegii tomos habemus. Duo Bibliothecæ Manuſcriptorum volumina Philippus Labbeus è Societate Jeſu edidit. Quatuor Latinorum Analectorum libros Vir Clariſſimus Joannes Mabillonius, & ipſe è Gallicano Benedictinorum cœtu, unumque Analectorum Græcorum librum alii ex eodem Ordine evulgarunt. Quin & accuratiſſimus Cotelerius varia Eccleſiæ Græcæ monumenta tribus tomis comprehenſa è tenebris extulit, quatuorque Miſcellaneorum libros diligentiſſimus veterum codicum perluſtrator Stephanus Baluzius evulgavit, quos demum omnes imitari conatus eſt Jacobus Hommey ex Auguſtinianorum familiâ, edito uno Supplementi Patrum libro; ut nonnullas heterodoxorum collectiones omittam, quibus pauca in publicam lucem revocata ſunt veterum Scriptorum monumenta.

II. Porrò antequàm Galli ſuarum Bibliothecarum Theſauros promere cœpiſſent, Leo Allatius, & ipſe Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus, Vir infinitæ lectionis, jam decem Symmictorum libros, omnigenâ eruditione refertos, prælo ſubjecturus erat; jamque primos duos eorundem libros Colonienſibus typis ediderat, cùm ſera quidem, ſi ejus ætatem reſpicias, ſed acerba bonis literis mors tam laudabilem Eruditiſſimi Viri conatum oppreſſit. Dolebant noſtratium Doctiſſimi, neminem poſt Allatii obitum de abſolvendâ ejus Symmictorum editione cogitaſſe, vel novam ejuſdem generis monumentorum collectionem aggreſſum fuiſſe, licèt ſcriptorum codicum abundè refertas Bibliothecas cùm aliæ Civitates Italiæ, tùm Urbs Roma potiſſimùm haberet, atque inſuper ad ea edenda noſtri debuiſſent vel exterorum exemplo excitari, qui ad locupletandas ſuas collectiones, non modò plura mutuati ſunt è Vaticanâ, aliiſque nonnullis Italiæ Bibliothecis; verùm etiam vel ipſo Italico nomine inſignes Muſæi tomos non multis ab hinc annis evulgarunt. Inter hæc pulchrè cecidit, ut doctrinarum, Doctorumque omnium ſtudioſiſſimus, & omnium literarum genere ornatiſſimus Hieronymus Cardinalis Caſanate Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarius fuerit ab Optimo, Sanctiſſimoque Pontifice Innocentio XII. conſtitutus: itaque ubi ad hoc ille munus evectus eſt, omnium Eruditorum oculos ad ſe convertit, & quorum antea ſtudia è noſtris Bibliothecis adjuvabat, eos continuò ad ſpem novorum codicum è Vaticanâ Bibliothecâ edendorum erexit.

III. Nil

III. Nil Viris Doctiſſimis laborandum fuit,ut Eximius Cardinalis,bono publico natus,juſtiſſimis eorum votis annueret:quamobrem cùm inſigniora cujuſcumque generis monumenta, quæ in Vaticano cimelio latent, in publicam lucem proferre decreviſſet, hoc mihi negotium dedit, ne Summum Virum, qui tùm majorem Bibliothecæ Vaticanæ Præfecturam obibat, nunc verò inter Purpuratos Eccleſiæ Romanæ Patres ceu ſplendidiſſimum ſidus emicat, Henricum, inquam, S.R.E. Cardinalem Noriſium à gravioribus curis, ſtudiiſque deflecteret. Quid mihi agendum erat, niſi ut eximii ſtudiorum meorum fautoris, mearumque fortunarum auctoris juſſis, eâ, qua par erat, reverentiâ obtemperarem, etſi nil de hoc opere tentando unquam cogitaſſem, nihilque tunc temporis ad editionem paratum habuiſſem? At verò cùm diù multùmque in perluſtrandis ejuſdem Bibliothecæ codicibus laboraſſem, facile mihi fuit, non modicam veterum monumentorum copiam ſeligere, eaque Eminentiſsimo Domino edenda offerre. Placuit autem, ut facto à nobilioribus rebus initio, SS. Patrum lucubrationes in ipſo Collectaneorum meorum limine collocarem, quas poſtmodum aliorum cujuſcumque generis veterum monumentorum ſeries exciperet. Habes itaque,Amice Lector, in hoc primo Collectaneorum noſtrorum tomo nonnulla SS. Patrum opera partim latina, partim græca cum noſtrâ latinâ verſione, è Vaticanis codicibus deſcripta, & criticis aliquot brevibus uſque notis illuſtrata, de quibus pauca præfari, nec tibi injucundum, nec à propoſito noſtro alienum arbitror.

IV. Primum inter hæc vetera monumenta locum obtinent acta binæ diſputationis ab Archelao Meſopotamiæ Epiſcopo cum Manete nefariæ hæreſeos auctore, apud Carras primùm, deinde in Diodoridis Vico habitæ, quorum editio tùm ob materiæ præſtantiam, tùm ob rei geſtæ antiquitatem, acceptiſſima, ut arbitror, illis erit, qui Sacrarum literarum ſtudio tenentur. Quinam acta iſta ſcriptis conſignàverit, inter Epiphanium, Hieronymum, & Heraclianum Chalcedonenſem Epiſcopum non convenit. Sanctus enim Epiphanius in Hæreſi LXVI. quæ Manichæorum eſt, num. XXI. XXV. & XXXII. & S. Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. LXXII. Archelaum ipſum, quæ coram delectis Judicibus adversùs Manetem diſſeruit, ſcripto tradidiſſe putant. Heraclianus verò Chalcedonenſis Epiſcopus in libris, quos contra Manichæos

conſcripſit, Hegemonium quendam illorum auctorem fuiſſe cenſuit. Siquidem Photius in ſuæ Bibliothecæ codice LXXXV. horum Heracliani librorum excerpta referens, eundem Heraclianum, ait, in confutandis Manichæorum erroribus, uſum fuiſſe actis diſputationis Archelai Epiſcopi cum Manete, ab Hegemonio conſcriptis. Et Heracliani quidem ſententiam confirmare videntur acta ipſa diſputationis, in quibus cap. XXXIX. hæc legimus. *Quoniam verò placuit Marcello diſputationem hanc excipi, atque deſcribi, contradicere non potui, confiſus de benignitate legentium, quòd veniam dabunt, ſi quid imperitum, aut ruſticum ſonabit oratio; hoc enim tantùm eſt, quod ſtudemus, ut rei geſtæ cognitio ſtudioſum quemque non lateat.* Et clariùs in eorumdem cap. ultimo; *Quibus poſtea agnitis Archelaus, adjecit ea priori diſputationi, ut omnibus innoteſceret, ſicut ego, qui inſcripſi, in prioribus expoſui.* Veriſimile enim non eſt Archelaum ita locutum fuiſſe, ſi ipſemet, quæ nunc habemus, diſputationis hujus acta ſcriptis mandaſſet; eò præſertim, quòd pro *inſcripſi*, legendum potiùs eſſe videatur *exſcripſi*. Sed nihilo ſeciùs cùm in poſtremo eorundem actorum loco mox memorato disertè dicatur, Archelaum ipſum nonnulla priori diſputationi ſuæ poſtmodum addidiſſe, in eam ſententiam lubens venio, ut Epiphanium, atque Hieronymum cum Heracliano conciliari poſſe credam, ſi dicamus, Archelaum Syriacâ primùm linguâ cuncta, quæ coram delectis Judicibus adversùs Manetem protulerat, divulgaſſe; Hegemonium verò, quæ ab Archelao jam edita fuerant, meliori non ſolùm ordine digeſſiſſe, verùm etiam exordio, epilogo, aliiſque nonnullis locupletaſſe, ut omnibus numeris abſoluta, celeberrimæ illius diſputationis acta ad poſteros tranſmitterentur. Porrò Syriacâ primùm linguâ ſcripta fuiſſe acta iſta, præter Hieronymum id ipſum loco mox laudato clarè teſtantem, illud etiam argumento eſt, quòd Archelaus de ſolaris curſûs ſpatio agens, ſphæram illud à Græcis vocari ait cap. XXXII. Quinam ea in Græcum ſermonem tranſtulerit, certò affirmari non poteſt, quamvis magna apud me ſuſpicio ſit, Hegemonium, qui alteram Archelai diſputationis editionem concinnavit, ipſum quoque eorundem verſionem è Syriaco in Græcum eloquium elucubraſſe, ut in notiorem linguam transfuſa, cuncti per Orbem fideles pleniſſimam eorundem notitiam habere poſſent. Factum id antiquiſſimis temporibus fuiſſe, ex Epiphanio conſtat, qui inſignia

eorun-

eorundem excerpta græcè refert in Manichæorum hæreſi, nec dici poteſt, ea ex Syriaco exemplari Epiphanium ipſum Græca feciſſe, cùm omnia, quæ ab eodem ex actis diſputationis Archelai cum Manete afferuntur, in latinâ, quam edimus, verſione totidem verbis reperiantur. De Latino interprete nobis tantùm liquet, illum Hieronymo poſteriorem fuiſſe, quem de latinâ verſione mentionem feciſſe par erat, ſi ſuis temporibus extitiſſet; vixiſſe tamen ante ſeptimum Chriſtianæ æræ ſeculum, vel inde colligitur, quòd in laudandis S. Scripturæ locis vulgatam editionem, quæ eo ſeculo per Occidentem paſſim recepta fuit, non ſequatur.

V. Porrò Græcam verſionem, non verò Syriacum textum præ manibus Latinum interpretem habuiſſe, non modò ex univerſâ ejus locutione, quæ græcæ, non verò Syriacæ linguæ indolem, geniumque redolet, ſatis ſuperque demonſtratur, verùm etiam pluribus aliis argumentis fortiſſimè evincitur. Quippe in hujus diſputationis cap. VIII. ita loquitur, *Cùm igitur Luna onus, quod gerit, animarum, ſeculis tradiderit patris, permanent illæ in columnâ gloriæ, quod vocatur Vir Perfectus. Hic autem vir eſt columna lucis.* Quæ verba ita leguntur in græcâ apud Epiphanium verſione. Τῆς οὖν σελήνης μεταδιδούσης τὸν γόμον τῶν ψυχῶν, τοῖς αἰῶσι τοῦ πατρὸς παραμένουσιν ἐν τῷ στύλῳ τῆς δόξης, ὃς καλεῖται ἀὴρ ὁ τέλειος· ὁ δὲ ἀὴρ οὗτος στύλος ἐστὶ φωτός. Ex quibus patet, latinum interpretem græcarum vocum ſimilitudine deceptum, pro ἀὴρ, ut Epiphanius habet, ἀνὴρ legiſſe, & cùm vertere debuiſſet, *Permanent illæ in columna gloriæ, quæ vocatur aër perfectus; aër autem iſte eſt columna lucis*; ipſum malè interpretatum fuiſſe, *Quod vocatur Vir perfectus; hic autem Vir eſt columna lucis*; in quem ſanè errorem non incidiſſet, ſi ad Syriaci textûs fidem, in quo magnum inter utramque vocem diſcrimen eſt, verſionem ſuam elaboraſſet. Sunt & aliæ ejusdem interpretis hallucinationes, ex quibus id ipſum evidentiſſimè colligitur. Siquidem cap. VII. de viventi ſpiritu à Manete confictо loquens, ait; *Rurſus ipſe vivens ſpiritus creavit luminaria, quæ ſunt reliquiæ [illegible], & fecit ea firmamentum circumire, & iterum creavit terram, & ſunt octo.* Hinc autem patet ipſum græco exemplari uſum fuiſſe, in quo ſcriptum fuerat, εἰσὶ δὲ ὀκτώ, vel εἰσὶ δὴ ὀκτώ, cùm tamen apud Epiphanium legatur εἰς εἴδη ὀκτώ, *octuplici ſpecie*; quæ ſanè æquivocatio non ex Syriacâ, ſed ex græcâ tantùm linguâ oriri poterat. Sic cap. VIII. pag.

14. vertit, *effundet famem*, cum vertere debuiſſet, *Peſtem*, à græcarum vocum λιμὸς, *fames*, & λοιμὸς, *peſtis*, ſimilitudine deceptus, ut in noſtris ad eum locum notis obſervavimus. Sic cap. IX. pag. 16. pro πήσσει, *congelat*, *frigore adſtringit*, ut eſt apud Epiphanium, legiſſe videtur πλήσσει, *percutit*, ut in eiſdem notis docuimus. Retinet etiam nonnullas voces græcas in verſione ſuâ, & interdum quidem abſolutè, interdum verò additâ earundem explicatione, quod utique non feciſſet, qui Syriacè ſcriptum opus latinitati donaſſet. Hinc cap. LIII. talenti vocem pro pondere uſurpat, quo ſenſu apud Græcos vox τάλαντον, interdum accipitur. Sic paulò ante, *Cybi* vocabulo utitur, & ſtatim ſubdit ex emendatione noſtrâ, *quod nomen eſt tali*; vel ut in quodam Regio-Alexandrino codice legitur, *quod nomen eſt aleæ*, à κύβος, ſcilicet, quæ vox æquè talum, atque aleam ſignificat, ut in noſtris ad eum locum notis, & earum appendice obſervavimus. Sic denique cap. VIII. ait, *Lunam apocruſin*, *detrimentum pati*, quam poſtremam vocem prioris interpretationem eſſe nemo non videt.

VI. Refert Epiphanius cap. XI. Archelaum, poſt fugatum è Carris Manetem, de ejus adventu in Diodoridem Caſtrum à Diodoro loci illius Presbytero certiorem factum, duos ad eundem Diodorum λόγους, hoc eſt, libros miſiſſe, ut eorum lectione inſtructus impii Hæretici conatus & ipſe infringere valeret. Sed eâ in re lapſum fuiſſe Epiphanium ſcitè advertit Gulielmus Cave in Scriptorum Eccleſiaſticorum Hiſtoriâ literariâ, & ex actis ipſis diſputationis Archelai cum Manete luculenter oſtenditur, in iis enim cap. XLI. integra refertur Archelai ad Diodorum epiſtola, in qua ſe voluiſſe quidem, ait Archelaus, ad Diodorum omnia perſcribere, de quibus cum Manete coràm delectis Judicibus diſputaverat; ſed propterea iis mittendis ſuperſediſſe, quòd deinceps per otium de totâ diſputatione eundem certiorem reddere cogitabat. In fine etiam epiſtolæ poſt breviter perſtrictos Manetis errores, ſe multa ſilentio præteriiſſe ſcribit, dum celerem ipſi reſponſionem reddere feſtinat, ne minimâ quidem librorum ad eundem miſſorum mentione factâ. Certum itaque eſt, Archelaum, quo tempore ad Diodorum Presbyterum literas dedit, nullos adversùs Manetis hæreſim libros elucubraſſe: ſed nec ſecutis deinceps temporibus libri ulli ab Archelao adversùs eundem ſcripti fuiſſe videntur; niſi quis contendat, ipſummet acta diſputationis

ſuæ

ſuæ ſcriptis mandaſſe. Nam Epiphanius ipſe ex alio quopiam Archelai libro nil recitat, nihilque ferme adversùs Manichæorum errores profert, quod in diſputationis à nobis editæ actis non reperiatur. Eadem quoque ſola acta, non verò alios quoſpiam Archelai libros laudat Heraclianus Chalcedonenſis Epiſcopus, dum omnium antiquorum Patrum ſcripta commemorat, quibus in ſuo adversùs Manichæos opere uſus fuerat. Quamobrem dicendum eſt, hac in re quoque humani quid paſſum fuiſſe Epiphanium, & duorum Archelai librorum loco habuiſſe acta ipſa diſputationis à nobis editæ, quæ cùm res diverſis temporibus geſtas complectantur, haud inani conjecturâ colligi poteſt, in duas olim partes diviſa fuiſſe, in quarum priori diſputatio Archelai cum Manete apud Carras, in ſecundâ verò cuncta, quæ tàm Diodorus Presbyter, quàm idem Archelaus à Diodoro monitus, contra Manetem in Diodoridis caſtro egit, continerentur.

VII. Jam verò Archelaum Κασχάρων, *Chaſcarorum* Epiſcopum fuiſſe tradit Socrates lib. i. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ capite xxii. Epiphanium ſecutus in Manichæorum Hæreſi num. v. & vii. & in tractatu de Menſuris, & Ponderibus num. xx. At auctor iſte ſibi non conſtat, utpote qui in eâdem Manichæorum Hæreſi num. xi. Urbem, cujus Epiſcopus erat Archelaus, Καρχάρην, nominat in Petavianâ editione, licèt in aliâ Baſileenſi editione Καλχάρων, corruptè habeatur. Poſtremam hanc lectionem expreſſiſſe videtur Epiphanius ex actis ipſis diſputationis Archelai Epiſcopi cum Manete, in quorum initio dicitur, *Theſaurus verus, ſive diſputatio habita in Carchar civitate Meſopotamiæ*; eamque lectionem ſequuntur Petrus Siculus in Manichæorum hiſtoriâ pag. 37. & Photius P. C. in opere adhuc inedito adversùs Manichæos ſuo ævo repullulantes, lib. i. qui dum Epiphanii narrationes in epitomen redigunt, Archelaum non Κασχάρων, vel Καλχάρων; ſed Καρχάρων Epiſcopum vocant; undè etiam patet, emendanda eſſe alia Epiphanii, & Socratis loca, in quibus Κασχάρα, vel Κασχάρων perperam legitur. Porrò urbem quandam Carcham nomine in Arabiâ felice ſitam fuiſſe, Anonymus Ravennas Geographiæ Scriptor tradit lib. ii. cap. vii. Meminit & alterius Charchæ Ammianus Marcellinus lib. xviii. cap. xxiii. & lib. xxv. cap. xx. cum ſequenti; verùm neutræ harum Urbium Archelaus Epiſcopus extitit; nam ejus cum Manete diſputatio habita eſt in Meſopotamiæ

Urbe

Urbe ſub Romanorum ditione poſitâ, cujus Epiſcopatum obtinebat Archelaus, ut diſertè dicitur apud Epiphanium, & in actis ipſius diſputationis: Charcha verò à Marcellino memorata, extra Meſopotamiam, trans Tigrim, in Perſarum ditione ſita erat, eodem Ammiano teſte locis ſuprà laudatis, Carchæ quoque Arabiæ Urbis, cujus apud Anonymum Ravennatem mentio eſt, Archelaus nullo pacto Epiſcopus eſſe potuit, cùm antiqui omnes Scriptores eum non Arabiæ, ſed Meſopotamiæ Epiſcopum fuiſſe tradant. Poſteriorem apud Epiphanium lectionem, præter Petrum Siculum, atque Photium, probare inſuper videntur acta ipſa diſputationis Archelai cum Manete, in quorum initio dicitur, *Theſaurus verus, ſive diſputatio habita in Charchar civitate Meſopotamiæ*. Verùm cùm inferiùs cap. III. Charram habeant, eamque Meſopotamiæ urbem eſſe dicant; hinc lucidè conſtat, tam eadem acta, quàm Epiphanium, & alios, intelligendos eſſe de Carris celeberrimâ Meſopotamiæ urbe; undè vias duas regias in Perſidem ducentes diſtingui tradit Marcellinus lib. XXIII. cap. IV. quæ urbs Charra etiam ſcribitur apud Paulum Diac. in Hiſt. Miſcella lib. XXII. cap. XX. Carchar autem, vel Carchara in eiſdem actis, & apud Epiphanium ſcriptum fuiſſe videtur, librariorum forſitan errore, vel quòd vulgari indigenarum linguâ ita nuncuparetur.

VIII. De tempore etiam habitæ ab Archelao diſputationis conſentanea ſibi nequaquam tradit Epiphanius; nam in libro de Menſuris, & Ponderibus num. XX. Manetem ob perpetratam Regis Perſarum filii necem ex Perſide profugum, in Meſopotamiam nono Valeriani, & Gallieni Impp. anno veniſſe, qui eſt Chriſtianæ æræ annus CCLXII. eodemque tempore cum Archelao ejuſdem regionis Epiſcopo diſputaſſe refert. At in hæreſi Manichæorum ſub ipſum operis initium, & num. XX. primùm quidem ortos fuiſſe Manichæos, ſeù potiùs antiquam de bono, ac malo Deo hæreſim à Manete per varias Orbis terrarum partes circa annum IV. Aureliani Imp. rurſus divulgatam fuiſſe ſcribit; deinde verò ſub Aureliano, & Probo id à Manete factum fuiſſe innuit, ut videre eſt num. XIX. XX. LIX. & LXXVII. ejuſdem hæreſeos. Non potuit autem Archelaus Valeriani, & Gallieni anno IX. Manetem vivâ voce confutare, ut in libro de Menſuris, & Ponderibus ait Epiphanius, ſi poſt non paucos annos, vel anno IV. Aureliani, vel circa finem ejuſdem Imperii, & initium Probi, Manes antiquioris

nefa-

nefarii dogmatis incrementa procuravit. Priorem Epiphanii calculum in libro de Menſuris, & Ponderibus ſequitur Petrus Siculus in Hiſt. Manichæorum pag. 37. & Photius in laudato lib. 1. adversùs Manichæos repullulantes, licèt Valerianus Aug. jam ab anno VII. ejus Imperii à Sapore Rege Perſarum captus fuerit; poſteriorem verò probant acta ipſa diſputationis Archelai cum Manete, ex quorum cap. XXXVII. lucidè apparet, Archelaum ſub Imperio Probi, non autem Gallieni, cum Manete, de cujus hæreſi nil adhuc ſibi compertum erat, diſputaſſe. Cyrillus quoque Hieroſolymitanus, qui ſeptuaginta tantùm annis poſt detectam Manetis hæreſim ſe ſcribere teſtatur in Catecheſi VI. pag. 140. Manetem Probo imperante, hęreſim divulgare cœpiſſe, diſertè ſcribit. Dicendum itaque eſt, Epiphanium in libro de Menſuris, & Ponderibus erraſſe, & multò certiora de Manichæorum hæreſis exortu in libris adversùs hæreſes nobis tradidiſſe, licèt in eiſdem quoque libris iterum ſibi non conſtare deprehendatur; nam cùm dixiſſet anno IV. Aureliani, qui partem anni CCLXXIII. & CCLXXIV. complectitur, emerſiſſe Manetem, ac præterea affirmaſſet, id accidiſſe Aureliani, & Probi temporibus, hoc eſt, anno Chriſti CCLXXVI. ſecundùm quoſdam, qui jam tum ab ejus nativitate annos numerare ſueverant, vel anno CCXLVI. ſecundùm alios, qui à Chriſti morte annos ſupputabant; poſtea ſubdit, à Manetis temporibus uſque ad annum XIII. Imp. Valentis, & IX. Gratiani, ac primum Valentiniani Junioris, quo ipſe ſcribebat, hoc eſt, uſque ad æræ vulgaris annum CCCLXXVI. interceſſiſſe annos CVII. quod ſanè verum eſſe non poteſt; nam ab anno CCLXXVI. vel CCLXXIII. aut CCLXXIV. ad annum CCCLXXVI. non centum, & ſeptem anni; ſed centum tantummodo, vel CIII. aut CIV. anni ſecundùm varias ſupputationes modò memoratas numerantur.

IX. Porrò quonam Probi anno id acciderit, ex Euſebio colligi poteſt, qui in Chronico ſic de Manichæorum initiis ſcribit: *Secundo anno Probi juxta Antiochenos CCCXXV. annus fuit, juxta Tyrios CCCCII. vel CCCCIII. ſecundùm quoſdam; juxta Laodicenos CCCXXIV. juxta Edeſſenos CCLXXXVIII.* (ita enim corrigi debet Pontaci editio, in qua perperam legitur CCCLXXXIX.) *juxta Aſcalonitas CCCLXXX. Inſana Manichæorum hæreſis in commune humani generis malum exorta.* Hæc autem Euſebii verba ita intelligenda ſunt, ut non tunc primùm Manichæorum hæreſis orta fuerit; jam enim ab

Apo-

Apoſtolorum ferme temporibus quorundam mentes ille nefarius error invaſerat, ut ex Archelao noſtro, & Epiphanio liquet; ſed quòd tunc primùm Manete hæreſim veterem per varias Orientis regiones diſſeminante,& in Archelaum fortè incidente, qui omnes ejus artes, ac errores diſputando detexit, ita in cunctorum per Orbem fidelium notitiam venerit, ut eo tempore incœpiſſe quodammodo dici potuerit. Videtur enim Archelaus poſt confutatum coràm Judicibus Manetem, rem totam cunctis per Orbem Epiſcopis notam feciſſe, ut labanti Catholicæ Fidei, quantâ poſſent ſedulitate, ſuccurrerent, eoque pacto factum fuiſſe par eſt, ut qui ſubdolos Manichæorum progreſsus ignorabant, tunc illorum hæreſim ortam fuiſſe crediderint, cùm primùm ejuſdem notitiam ex Archelai literis habuerunt.

X. Sed & habitæ ab Archelao diſputationis tempus ex D. Leone Magno præciſiùs deſignari poteſt, qui in Sermone II. de Pentecoſte, Manichæum innotuiſſe, ait, Probo Imp. & Paulino Coſs. anno poſt Chriſti Reſurrectionem CCL. ut accommodatiùs ad Chronologicam veritatem in codice Oxonienſi legi Queſnellus teſtatur. At hic Probi, & Paulini Conſulatus partem anni primi, & ſecundi Imperii Probi continet, quem obeunte Tacito die XIII. Aprilis, ejuſque fratre Floriano poſt duos menſes occiſo, Romanum Imperium obtinuiſſe conſtat, quare ſi juxta Euſebium anno Probi II. & juxta Leonem Magnum ſub Conſulatu Probi, & Paulini patefacta eſt Manichæorum hæreſis, neceſſariò dici debet, Archelai cum Manete diſputationem, per quam univerſæ Eccleſiæ Manetis error innotuit, accidiſſe intra Julium, atque Decembrem anni CCLXXVII. Verùm Archelai noſtri verba benignè ſunt interpretanda, qui in cap. XXVII. diſputationis ſuæ poſt trecentos ferè annos à Chriſti morte, imò poſt trecentos, & eò ampliùs annos ab eâdem Chriſti morte adveniſſe Manetem aſſerit. Archelaum enim ad exaggerandam Manetis ſtoliditatem, qui Paraclitum ſpiritum à Chriſto promiſſum, temerè ſe eſſe affirmabat, annorum numerum in diſputationis æſtu auxiſſe dicendum eſt, ut clariùs oſtenderet, ipſum longo adeo poſt Chriſti mortem tempore emergentem, Paraclitum eſſe non poſſe, quem Jeſus poſt ſuum in Cælos aſcenſum, illico ſe Apoſtolis miſſurum affirmaverat, & reverà poſt quinquaginta ab ejus reſurrectione dies ab ipſo miſſum fuiſſe, Apoſtolorum acta diſertè teſtantur.

XI. His

XI. His de Archelai cum Manete diſputationis tempore, ac verſionibus, deque ejuſdem Archelai epiſcopali ſede prælibatis, agendum nobis eſt de ſynceritate, atque præſtantia ejuſdem operis, ac præterea videndum, an aliquâ ſuî parte mutilatum ſit; poſtremò indicandum, quænam actorum, quæ integra nunc primi edimus, fragmenta olim in lucem prodierint, & ex cujus Bibliothecæ codice editio noſtra profluxerit. Et primò quidem de actorum iſtorum ſynceritate ſuſpicio nulla oriri poteſt; nam Epiphanius anno Chriſti CCCLXXVI. adversùs hæreſes ſcribens, inſigne ex diſputatione Archelai fragmentum protulit in hæreſi Manichæorum cap. XXV. quod ejuſdem actis ex latinâ verſione à nobis in lucem editis prorſus reſpondet; ac præterea ſi Archelai rationes, atque argumenta cum Epiphanii confutationibus conferas, evidentiſſimè apparebit, ipſum ita in omnibus ſecutum fuiſſe Archelaum, ut pauca de ſuo adversùs Manetis errores attulerit. Meminit etiam Actorum hujus diſputationis Socrates, qui in conſulatu XVII. Theodoſii Junioris, hoc eſt, anno æræ Chriſtianæ CCCCXXXIX. Eccleſiaſticam Hiſtoriam abſolvit, & ea omnia, quæ de Manichæorum hæreſi narravit, ſe ex eiſdem actis hauſiſſe ingenuè fatetur lib. I. cap. XXII. Eorum inſuper, tanquam ab Hegemonio quodam ſcriptorum, mentionem facit Heraclianus Chalcedonenſis Epiſcopus, ut ſuprà dictum eſt. Denique Archelai noſtri operum fragmentum contineri in veteri Catenâ Grecorum Patrum in Evangelium Joannis, quæ habetur in ſcripto Cæſareæ Bibliothecæ codice, teſtis eſt Lambecius lib. III. Comm. de eâdem Bibliothecâ codice XL. quod utique ex hujus diſputationis actis deſumptum fuiſſe non dubito.

XII. Preterea ex eorundem actorum textu varia argumenta erui poſſunt, quibus eorum antiquitas, atque ſynceritas demonſtratur. Archelaus enim cap. XXVII. & XXXVIII. varios hæreticos enumerans, neminem Sabellio recentiorem appellat, quem Sixti II. temporibus, qui anno Chriſti CCLVII. & CCLVIII. Romanam Eccleſiam rexit, à Dionyſio Alexandrino hæreſeos accuſatum fuiſſe conſtat ex Euſebio in Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ lib. VII. cap. VI. Meminit quoque obſidionis Carrarum, cui præſentem ſe fuiſſe teſtatur cap. XXIV. quæ nulla alia videtur eſſe poſſe, quàm illa, quæ ſub Valeriano Auguſto contigit, cùm ſcilicet à Perſis expugnata fuit; vel alia ſub Gallieno, cùm ab Odenatho Orientis

Rege

Rege Perſis erepta in Romani Imperii ditionem iterum redacta fuit, Trebellio Pollione teſte in Gallieno cap. x. & xii. Eorum inſuper mentionem facit cap. LII. qui per parentum traditionem Scythiani hæretici Apoſtolorum temporibus viventis notitiam habuerant, ſibique nonnulla de ejus hæreſi narraverant. Quin & varii antiqui mores, in hiſce actis memorati, de eorumdem ſynceritate nos dubitare non ſinunt. Nam in ipſo Actorum exordio dicitur nonnullos ex Romanarum Legionum militibus, Marcelli miſericordiæ exemplo commotos, depoſito militiæ cingulo, Chriſtianæ fidei nomen dediſſe, quod antiquiſſimis Eccleſiæ temporibus à Chriſtianis militibus, ne Paganorum commercio, & ſuperſtitionibus macularentur, factum fuiſſe, teſtis eſt Tertullianus de Coronâ militis cap. xi. aliique in noſtris ad eum locum notis laudati. Marcellum quoque ait, hoſpitia in Chriſtianorum peregrinantium uſum per vias regias conſtruxiſſe, quæ à Carris in Perſidem ducebant, quod itidem ab antiquis Chriſtianis, qui ſedulam hoſpitalitati operam dabant, fieri conſueviſſe apertè colligitur ex Gregorii Nazianzeni invectivâ I. in Julianum Apoſtatam, ubi Imperatorem hunc diverſoria, & hoſpitia per orbem Romanum, Chriſtianorum exemplo ædificari mandaſſe teſtatur, ut Paganorum ſuperſtitionibus majorem laudem, venerationemque conciliaret. Narrat inſuper Archelaus cap. LIV. Manetem in carcere poſitum, Diſcipulos ſuos miſiſſe *ad loca, in quibus Chriſtianorum libri conſcribebantur*, eiſque, Chriſtianorum ſe nuncios eſſe ſimulantibus, ſacrorum codicum copiam factam fuiſſe. At id ſub Ethnicis tantùm Imperatoribus facere oportebat, quorum temporibus Chriſtifideles ſummâ religione curabant, ne ſacroſanctæ legis libri ad Ethnicorum manus pervenirent, ac propterea non ubique, ſed certis quibuſdam in locis, Sacri codices vendi conſueverant. Corrigendus autem Epiphanius, qui in Manichæorum hæreſi cap. v. ait, Manetem diſcipulos ſuos ad inquirendos Sacros libros miſiſſe, antequam in carcerem truderetur; nam in mox laudato Archelai diſputationis loco diſertè dicitur, id à Manete factum fuiſſe, quo tempore in carcere detinebatur.

XIII. Nec ex ſacris tantummodo, verùm etiam ex prophanis quibuſdam rebus, quarum in hiſce actis mentio fit, eorundem fides adſtruitur. In iis quippe legimus Manetem, cùm à Marcello literis accitus Carras venit, baculum ex ebeno in manibus geſtaſſe,

geſtaſſe, quod ab Alytarchis factitatum olim fuiſſe teſtatur Jo. Maleles in Chronico recens in Anglia edito pag. *376*. Calliſthenes quòque ſpurius ſcriptor à Doctiſſimo Ducangio in Gloſſario mediæ, & infimæ græcitatis laudatus, verbo Ἐβελλῖνος, de Pſammeticho ita ſcribit, Καὶ ἐστολέσει ἑαυτὸν στολὴν προφήτου, κατέχων ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ῥάβδον ἐβελλίνην, ubi Æſopus ejuſdem Calliſthenis interpres, qui verſionem ſuam Conſtantio Conſtantini Magni filio dicavit, malè Tamariſci virgam vertit; unde patet hujuſmodi baculo eos uti conſueviſſe, qui publicâ aliquâ dignitate decorabantur, quique doctrinæ laudem affectabant. Inceſsum quoque Imperatorum, dum publicè cum Protectoribus, ſignis, draconibus, labaris, Ducibus, Principibus, & Præfectis urbem aliquam ingrederentur, exactè deſcribit cap. xxxvii. Denique de multiplici ſigillorum, & clavium uſu apud veteres non pauca tradit cap. xiv. & xxvi. quibus ſimilia prorſus in Ethnicorum Scriptorum monumentis occurrunt, ut in noſtris ad ea notis oſtendimus. Ex quibus omnibus ſatìs ſuperque demonſtratur acta iſta genuina, & antiquiſſima eſſe, nec eorum fidem ullâ ex parte nutare.

XIV. Illud tamen diſſimulare non poſſum Acta iſta diſputationis Archelai cum Manete, quæ ex Vaticano Caſinenſis codicis apographo primi edimus, integra nequaquam videri, ſed pluribus in locis à veteri librario mutilata. Siquidem Cyrillus Hieroſolymitanus in Catecheſi vi. pag. mihi 147. quædam Manetis argumenta cum Archelai reſponſionibus recitat, quæ in noſtrâ editione non reperiuntur; nec dici poſſe videtur, Cyrillum Archelai dictorum ſenſum, non verò ipſamet Archelai verba laudaſſe, cùm ſimile quidpiam in nullo noſtræ editionis loco legatur, ac præterea verba illa, quæ Cyrillus refert, ita concepta ſint, ut ab ipſomet Archelao prolata fuiſſe videantur. Sed & conjecturæ nonnullæ ex noſtrâ eorundem actorum editione peti poſſunt, quibus idipſum ulteriùs confirmatur. Nam in eorundem cap. xii. hæc habentur, *Archelao autem erat cura pro populo, tanquam paſtori pro ovibus, cùm luporum parantur inſidiæ. Igitur Marcellus Turbonem muneribus plurimis replevit, & in Archelai domum reſidere præcepit. Eâdem autem ipsâ die adventavit Manes*, & quæ ſequuntur. At verò nil in antecedentibus narratur, quod eâ, qua Manes advenit, die factum fuerit. Præterea in cap. xxv. hujus diſputationis Archelaus ait, *Nonne David ex ore leonis*,

vel urſi eruit ovem? Hoc dicimus propter ore leonis, quòd ait, *de ore leonis, aut de ventre ejus poteſt educere, quod jam ille devoravit*. At verò in antecedentibus non legimus hæc unquam à Manete dicta fuiſſe. Quin & in cap. xxxviii. verba illa, *Quæ quidem ego non ex meis verbis aſtruo*, & quæ ſequuntur uſque ad finem capitis; nullam cum præcedentibus connexionem habere videntur. Deniq; in horum Actorum capite ultimo, poſt narratam Manetis necem, hæc legimus, *Quibus poſtea agnitis Archelaus adjecit ea priori diſputationi, ut omnibus innoteſceret, ſicut ego, qui inſcripſi in prioribus expoſui*. Videntur autem hæc verba eſſe Hegemonii illius, qui ut ſuperiùs diximus, eadem acta compilavit, & in Græcum ſermonem tranſtulit. Sed in noſtrâ editione, quo loco eâ de re ſermo habeatur, non invenio, quia fortaſſe in Caſinenſi codice præfatio deficit, in qua Hegemonius compilationis ſuæ rationem reddebat; niſi quis verba illa, *In prioribus expoſui*, de his accipienda eſſe cenſeat, quæ proximè de Manetis morte narravit. Jure itaque merito ſuſpicari poteſt, eum, qui Caſinenſem codicem ante quingentos, & ampliùs annos exaravit, magnâ Actorum diſputationis hujus prolixitate pertæſum, multa omiſiſſe, multaque breviaſſe, quorum tamen epitomen apud Epiphanium haberi arbitror, quem ex integris Archelai diſputationis actis ſuam Manichæorum hæreſeos confutationem potiſſimùm hauſiſſe, editionem noſtram cum ejus ſcriptis conferenti clarè patebit.

XV. Quod ad eorum editionem attinet, vetuſti adeò monumenti partem reperit in perantiquo codice Bobienſi, qui nunc in Ambroſianâ Bibliothecâ ſervatur, Emericus Bigotius diligentiſſimus Italicarum Bibliothecarum perſcrutator, eamque Clariſſimo Valeſio communicavit, qui in calce ſuarum notarum ad Socratem, & Sozomenum, fragmenta illa edidit. Continent autem tum cuncta illa, quæ ex eâdem diſputatione ſuis inſeruit ſcriptis Epiphanius, tum alia nonnulla ab eodem omiſſa; quæ tamen ne decimam quidem totius operis partem complent. Et tanti quidem apud Bigotium fuit pars illa diſputationis Archelai, ut eam cum Palladio recudere cogitaverit, appoſito Græco Epiphanii textu, ut ex utriuſque comparatione, genuinâ illorum fragmentorum lectione reſtitutâ, quivis colligere poſſet, quanti faciendæ ſint antiquæ latinæ verſiones, & quantum utilitatis ex illis redundet, ut idem met ait in præfatione ad Palladii Dialogum

de

de vitâ S. Joannis Chryſoſtomi prope finem, ſed poſtea hanc curam iis relinquere ſatiùs duxit, qui novam editionem operum S. Epiphanii aggreſſuri eſſent, aut qui Socratis hiſtoriæ cum notis Doctiſſimi Valeſii rurſus edendæ operam ſuſciperent. Et hactenus quidem nil aliud ex Archelai diſputatione publicam lucem aſpexit. Cùm autem Sacri Loci reverentiâ ductus, Caſinum veniſſem, & ab antiquiſſimis temporibus conditam ibi à Doctiſſimis æquè, ac Sanctiſſimis Cœnobiarchis Bibliothecam perluſtraſſem, inter alia non pauca inedita adhuc vetera monumenta, Archelai integram cum Manete diſputationem in ſexcentorum, & ampliùs annorum codice reperi, quam bonâ Reverendiſsimi quondam Abbatis, nunc verò Archiepiſcopi Roſſanenſis Andreæ Deodati Viri humaniſſimi, atque amiciſſimi veniâ, cum nonnullis aliis veterum ſcriptis in Vaticanæ Bibliothecæ ornamentum tranſcribi curavi, operam, favoremque ſuum humaniſſimè præſtante Domno Auguſtino Collicello à Neapoli, tunc temporis Bibliothecæ illius Præfecto. Non poſſum tamen hîc ſilentio præterire quantùm diligentiſſimi alterius Bibliothecarii Eraſmi Gattolæ à Cajetâ humanitati debeam, qui nunquam meis votis defuit, plurimoſque in meorum ſtudiorum profectum labores ultro ſubivit, præſertim in emaculandâ hac diſputatione Archelai, cujus apographi plurima loca mendis incubantia, cum archetypo codice contulit. Sed ut ad Archelaum redeam, reperto hoc vetuſtiſſimo adversùs Manichæos opere, ad nefariæ eorundem hæreſeos hiſtoriam conſcribendam animum admovi, eique non modò integram Archelai diſputationem, ſed & Photii Patriarchæ CP. libros IV. adversùs Manichæos ſuo tempore iterum exortos, aliaque multa adhuc inedita, magnîque facienda veterum Auctorum ſcripta appendicis loco ſubjungere decreveram: ſed Doctiſſimorum Virorum conſilio factum eſt, ut in anteceſſum acta iſta in primo collectionis noſtræ tomo ederentur. Habes itaque, Erudite Lector, integram Archelai cum Manete diſputationem bonâ fide ex apographo Caſinenſis codicis, quod in Vaticanâ Bibliothecâ ſervatur, editam, brevibuſque notis criticis illuſtratam, atque ubi per ingenium tutò licuit, emendatam; ſunt enim in eo codice librarii ſphalmata plurima, quę ſine alterius codicis ope emendare periculoſum conatum eſſe, probè ſciunt, qui in vetuſtis ſcriptis edendis occupantur. Sed fortaſſe hoc opus, Deo dante, corre-

ctius recudere fas erit cum aliis veterum Scriptorum adverſus Manichæos lucubrationibus ad calcem noſtræ Manichæorum hiſtoriæ, ſi aliquod aliud exemplar inter luſtrandum Bibliothecarum noſtrarum loculos occurrat, aut in aliis Europæ Bibliothecis repertum, mihi communicare, Eruditos Viros non pigeat.

XVI. Cæterùm magnum ex Archelai noſtri verbis Catholicæ Fidei præſidium, atque ornamentum accedit. Nam dum Manetis hæreſim validiſſimis argumentis oppugnat, ejuſque originem, atque incrementa conſectatur, non modò eam funditùs ſubvertit, & quàm impios habuerit auctores, oſtendit; ſed & pleraque Catholicorum dogmata illuſtrat, atque confirmat. Elegans eſt inter alia locus de inſtitutâ ab Apoſtolis, quam uſque nunc ſervamus, Eccleſiæ Hierarchiâ, hiſce verbis in cap. LI. conceptus, *Sed & optimos architectos ei fundamentum noſtrum, ideſt, Eccleſiæ, Paulus poſuit, & legem tradidit, ordinatis Miniſtris, & Presbyteris, & Epiſcopis, in ea deſcribens per loca ſingula, quo modo, & qualiter oporteat Miniſtros Dei, quales, & qualiter fieri Presbyteros, qualeſque eſſe debeant, qui Epiſcopatum deſiderant, quæ omnia benè nobis, & rectè diſpoſita, uſque in hodiernum ſtatum ſuum cuſtodiunt, & permanet apud nos hujus regulæ diſciplina.* Palmaria quoque ſunt in hiſce actis loca, in quibus humani arbitrii libertas adverſùs recentiores hæreticos adſtruitur, ut videre eſt cap. xv. & xix. Pulcherrima ſunt, maximèque notanda verba illa cap. xxxii. ubi ſic ait: *Deus enim omnia, quæ fecit, bona valde fecit, liberi arbitrii ſenſum unicuique dedit, qua ratione etiam legem judicii poſuit. Peccare noſtrum eſt, ut autem non peccemus, Dei donum eſt, ex eo quòd in noſtro ſit arbitrio conſtitutum peccare, vel non peccare &c. Et certè qui voluerint, obſervant mandata, qui verò contempſerint, & in perverſum declinaverint, ſine dubio legem Judicii ferent.* Romanarum quòque antiquitatum ſtudioſi plura in hoc opere invenient ſcitu haud indigna, quorum pleraque ſuperiùs commemoravimus, ubi de ejuſdem ſinceritate tractavimus. Denique hinc etiam diſcere poſſumus quouſque Romanî Imperii limites Parthorum, ſeu Perſarum ditionem verſùs, tunc temporis protenderentur, aliaque nonnulla de locis in eorundem collimitio ſitis, deque Romanorum militum numero, qui apud Carras caſtra ſervabant; de his enim rebus ſparſim agitur in primis quinque capitibus hujus operis, ac præterea in ejuſdem cap. LII. LIV.

& LV.

& LV. Plura Eruditi interlegendum obſervabunt, nos enim aliò properamus.

XVII. Archelai diſputationem excipiunt S. Ephrem Syri aſceticæ orationes duæ, latinè tantùm ex antiqua verſione, cùm earum græcum exemplar ad meas hactenus manus non pervenerit, & S. Gregorii Nyſſeni opera varia, adhuc inedita grecè, & latinè ex verſione noſtrâ. Piiſſimos S. Ephræmi ſermones ex pervetuſto Vaticano codice num. ıↄↄLI. traſcripſi, eoſque contuli ad alium pervetuſtum Caſanatenſis Bibliothecæ codicem, ut tanti Patris ſcripta, quem ob inſignem pietatem, atque doctrinam ſummâ veneratione proſequor, quantò correctiùs fieri poſſet, ad poſteros tranſmitterentur. Gregorii Nyſſeni opera ex ſolis Vaticanis codicibus eruimus, neque enim aliquod aliud eorundem exemplar in Urbanis Bibliothecis reperire potuimus, quocum Vaticanos codices nobis conferre liceret. Primum inter hæc locum obtinet Antirrheticus liber adversùs Apollinarem hæreticum, quem ex ſeptingentorum circiter annorum Vaticano codice num. CCCCV. deprompſimus. Sequuntur Teſtimonia adversùs Judæos, quæ latinè tantùm ex Laurentii Sifani verſione olim edita fuerant, nunc verò græcè, & latinè ex noſtra verſione vulgavimus, ex Vaticano codice num. MDCCCCVII. ad alium ejuſdem Bibliothecæ codicem num. CCCCLI. collato. Hæc excipiunt orationes duæ, quarum prima eſt in S. Stephani laudem, & nunc primùm græcè, ac latinè prodit ex Vaticano codice num. CCCCXLVI. altera verò in Spiritum Sanctum, ſive in Pentecoſtem, quam præcedenti ſæculo Franciſcus Zinus latinè tantùm edidit; nos verò eam græcè nacti in tribus Vaticanis codicibus ſignatis num. DLXIV. MCCCCXXXIII. & MDCCCCVII. latinam de novo fecimus, & unà cum græco textu recudi curavimus, addito in ejus calce ſupplemento textûs Græci alterius orationis ejuſdem Nyſſeni adversûs fornicarios ex Vaticano codice num. CCCCXLV. quod in Appendice operum Nyſſeni à Jacobo Gretſero editâ deſideratur. Poſtremo denique loco epiſtolas quatuordecim varii argumenti græcè, & latinè ex noſtra itidem verſione nunc primùm ex Vaticano codice nu. CCCCXXIV. typis mandavimus, & tam epiſtolas iſtas, quàm reliqua alia Nyſſeni opera mox memorata criticis notis illuſtravimus. Hæc ſunt Nyſſeni opera, quæ ex Vaticanis codicibus deprompſimus, nunc de unoquoque eorum ſingillatim nobis agendum eſt.

XVIII. Et de Antirrhetico quidem adversùs Apollinarem nefas eſt dubitare an genuinus S. Gregorii Nyſſeni fœtus ſit. Primò enim vel ex unius paginæ lectione Nyſſeni ſtylum quivis in hoc opere poteſt agnoſcere. Deinde cùm Nyſſenus eaſdem ſententias, iiſdem interdum verbis, interdum parum diverſis, ſæpè in ſcriptis ſuis repetere conſueverit, id ipſum in hoc antirrhetico pluries occurrit, cujus non paucæ ſententiæ, & argumenta ſimilia prorſus ſunt illis, quibus in libris adversùs Eunomium, & in aliis operibus ſuis utitur. Præterea hujus operis mentionem facit Leontius Byzantinus ex Scholaſtico, ſeu Advocato Monachus in Laura S. Sabæ prope Hieroſolymam, qui Juſtiniano imperante floruit, in libro de ſectis actione VIII. ubi loquens de epiſtola, quam Julio I. Apollinaris affinxit, ſic ait pag. 529. editionis Baſilienſis à Leunclavio procuratæ, Ἔτι δὲ καὶ ἐκ τούτου ἐλέγχεται τοῦ Ἀπολιναρίου οὖσα, καὶ οὐκ αὐτοῦ τοῦ Μακαρίου Ἰουλίου. Γρηγόριος γὰρ ὁ Νύσσης ἐν τῇ πρὸς Ἀπολινάριον πραγματείᾳ φαίνεται μεμνημένος πολλῶν τῶν ἐν ἐπιστολῇ ταύτῃ, καὶ ἀνατρέπων αὐτὰ ὡς κακῶς ἔχοντα. *Præterea inde etiam non B. Julii, ſed Apollinaris eſſe demonſtratur; quòd Nyſſenus ille Gregorius in opere contra Apollinarem apertè multa recitet, quæ hac epiſtolâ continentur, eaque, ceu prava, refutet.* Idem auctor in libro I. contra Neſtorium, & Eutychetem pag. 28. apud Caniſium tom. IV. Antiquarum lectionum, teſtimonium profert ex S. Gregorii libro contra Apollinarem, quod habetur in hoc opere cap. XL. Ejuſdem teſtimonii pars, titulo Gregorii Nyſſeni, ἐκ τοῦ κατ' Ἀπολιναρίου, *ex libro contra Apollinarem*, laudatur in alio adhuc inedito ejuſdem Leontii opere, quod in ſcripto codice Palatino-Vaticano ita inſcribitur, Τοῦ πανσόφου Ἁγιομονάχου κῦρ Λεοντίου τοῦ Ἱεροσολυμίτου, Ἀπορίαι πρὸς τοὺς μίαν φύσιν λέγοντας σύνθετον τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ μαρτυρίαι τῶν Ἁγίων, καὶ ἀνάλυσις τοῦ δόγματος αὐτῶν. *Sapientiſſimi Monachi Domni Leontii Hieroſolymitani. Dubitationes adversùs eos, qui unam naturam compoſitam D. N. J. Chriſtum eſſe dicunt, cum teſtimoniis SS. Patrum, & confutatione dogmatis eorum.* Idem etiam locus totidem verbis accenſetur, aliis SS. Patrum ſententiis de duabus in Chriſto naturis apud Euthymium Zigabenum in Panopliæ tit. XV. pag. 632. Quin & Apoſtolica Sedes inter teſtimonia diverſorum Patrum de duabus in Chriſto voluntatibus, quæ ad ſextam Generalem Synodum tranſmiſit, inſigne fragmentum retulit ex hoc Nyſſeni opere ad-

versùs

verſùs Apollinarem, uti conſtat ex ejuſdem Synodi actione x. in qua teſtimonia mox memorata cum Patriarchii Conſtantinopolitani codicibus conferuntur, & de Nyſſeni Antirrhetico adversùs Apollinarem hæc habentur, Tom. vi. Conciliorum editionis Labbei col. 792. Ἔτι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις τοῦ Ἁγίου Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νύσσης ἐκ τοῦ πρὸς Ἀπολλινάριον τὸν αἱρετικὸν ἀντιρρητικοῦ λόγου, οὗ ἡ ἀρχὴ, Καλὸν ἂν γένοιτο προοίμιον. ἔχουσα οὕτως, Ἀλλὰ ταράσσονται. *Item relectum eſt ex eodem codice teſtimonium S. Gregorii Epiſcopi Nyſſæ ex libro Antirrhetico adversùs Apollinarem, cujus eſt initium, Aptum convenienſque ſermoni noſtro exordium erit, quod teſtimonium hiſce verbis concipitur, Sed turbantur* &c. ut in cap. xxxi. & xxxii. noſtræ editionis. Joannes item Damaſcenus de duabus in Chriſto voluntatibus apud Combefiſium tom. ii. Auctarii Bibliothecæ Patrum pag. 515. eorum partem refert, quæ ex hoc Nyſſeni Antirrhetico laudantur in ſexta Synodo. Idem quoque auctor in libro contra Acephalos quædam allegat ex hujus operis capite i. Denique Euthymius Zigabenus in Panopliæ adversùs hæreſes parte ii. tit. xiii. pag. 524. & ſeqq. excerpta varia refert ex hoc Nyſſeni Antirrhetico, quæ à nobis ſuo quæq; loco in notis indicantur.

XIX. De tempore, quo Nyſſenus hunc Antirrheticum exaravit, nil certî ex ejuſdem lectione colligi poteſt, cùm de ſuis rebus hoc tantùm cap. iv. aſſerat, ſe multas regiones luſtraſſe, atque ibi degentium orthodoxorum, & hereticorum de fide ſententias indagaſſe. Videtur tamen editus à Nyſſeno fuiſſe medio tempore inter annum ccclxxiii. & Conſtantinopolitanam I. Synodum. Siquidem in Synodo Alexandrinâ paulò poſt Conſtantii mortem an. ccclxii. ſub Joviano Imperatore habitâ, damnatus quidem fuit Apollinaris error; ſed ejus nomini parcitum, ſeu quia cum eximiæ doctrinæ, ac multis pro catholicâ fide ſcriptis editis celebri Viro mitiùs agendum Patres putarunt, ſeu potiùs quia eundem in hæreſim lapſum fuiſſe nequaquam conſtaret, quinimo nonnulli Monachi ab ipſo Apollinari ad illam Synodum miſſi, ejuſdem hæreſeos condemnationi conſenſerint. Præterea nec Athanaſius Alexandrinus, qui primus omnium Apollinaris hæreſim ſcripto confutavit, nec alius quiſpiam, antequam Baſilius Cæſarienſi Eccleſiæ præficeretur, Apollinarem hæretici loco habuiſſe comperimus. At paulò poſt Baſilii Epiſcopatûs initia, cùm Sebaſteni quendam Apollinaris librum variis erroribus refertum circumferrent, &

Baſilium

Baſilium quòque eiſdem adſtipulatum fuiſſe affirmarent, is utique, ut inuſtam ſibi hæreſeos maculam deleret, non modò ſe ab illis erroribus alienum fuiſſe docuit, ſed & Apollinarem ipſum hæreſeos palàm accuſavit, ut ex ejus epiſtolis LIX. LXXIV. & CCXCIII. lucidè apparet. Tunc itaque primùm Apollinaris apud eos hæreticus audire cœpit, qui Sebaſtenis, atque Baſilio fidem habebant; ſed potior Orientalium Epiſcoporum pars communionem cum ipſo ſervabat. Siquidem à pluribus Ægyptiacæ Diœceſeos Epiſcopis, quos Valens Imperator, apud Diocæſaream Paleſtinæ urbem exulare juſſerat, communicatorias literas à Facundo Hermianenſi lib. IV. cap. II. pag. 160. memoratas, Apollinaris acceperat anno circiter CCCLXXV. At in ſequentibus annis, cùm Sebaſteni ad ipſos quòque Epiſcopos, qui apud Diocæſaream exulabant, hæretica Apollinaris ſcripta detuliſſent, & vel ab ipſis Nitriæ ſolitudinibus ſanctiſſimorum Anachoretarum literæ adversùs eundem Apollinarem delatæ fuiſſent, hinc factum eſt, ut Confeſſores illi ab Apollinaris communione diſcederent; eò præſertim, quòd literas adversùs orthodoxos Antiſtites Epiphanium Cyprium, Paulinum Antiochenum, & Diodorum Tarſenſem, quibuſcum iidem Confeſſores communionem enixè fovebant, impudentiſſimè dederit. Conſtant hæc omnia ex Facundi Hermianenſis lib. IV. cap. II. pag. 160. ubi ſcriptæ eâ de re à Confeſſoribus modò memoratis epiſtolæ fragmentum habetur; nec dubitari poteſt, quin cæteri per Orientem fideles, eorundem exemplo, & Baſilii auctoritate permoti, Apollinaris communionem refugerint. Damaſus ſanè Romanus Pontifex, qui Vitalem in Antiochenæ urbis Epiſcopum ab Apollinare delectum, Romam venientem, antea ſuſceperat, deinde ſcriptis circa hæc ipſa tempora ad Paulinum Antiochenum literis, ab Eruditiſſimo Holſtenio in Collectione Romanâ editis, varios anathematiſmos condidit, quibus, ni Vitalis, ejuſque ſocii aſſentirentur, ab Eccleſiæ conſortio alieni eſſe judicabantur. Gregorius quòque Nazianzenus, qui antea de Apollinaris, ejuſque aſſeclarum hæreſi in prioribus ſuis ad Cledonium literis conqueſtus fuerat, & ſe, catholicoſque omnes ab ejuſdem erroris ſuſpicione liberaverat; quique poſtea ob Apoſtolicæ Sedis reverentiam, Vitalem Apollinaris diſcipulum Damaſi literis in Eccleſiæ Romanę communionem adſcitum, ad ſuam quòque communionem admiſerat, ubi eundem Vitalem

à Da-

à Damaſo damnatum fuiſſe intellexit, tum demum & ipſe ab utriuſque communione prorſus diſceſſit, ut in ſecundis ſuis ad Cledonium literis diſertè teſtatur pag. 746. ubi conſilii ſui rationem reddit, & nominatim adversùs Apollinarem tanquam hæreticum ſcribit. Circa hæc itaque tempora, & fortaſſe antequam à Damaſo Apollinaris hæreſis damnata fuiſſet, Nyſſenus noſter librum, quem *De Incarnatione Verbi ad hominis ſimilitudinem factâ*, Apollinaris inſcripſerat, edito Antirrhetico, confutaſſe videtur, tum ut illatas à Sebaſtenis in fratrem calumnias contunderet, tum potiſſimùm, ut periclitanti religioni conſuleret. In eo ſiquidem libro ita Apollinaris dicta confutat, ut de ejuſdem hæreſi ſe nil dubitaſſe declaret; imò tam acriter in ipſum invehitur, ut modò Ario, & Eunomio parem faciat, modò eoſdem impietate ſuperaſſe contendat, ut videre eſt cap. XXVI. & XLIV. Sanè cùm in eodem libro nulla mentio judicii in Apollinarianam hæreſim à Damaſo, vel ab Oecumenicâ II. Synodo reddit habeatur; nec ita ſolos Apollinaris aſſeclas redarguat, quemadmodum in aliâ ejuſdem epiſtolâ ad Theophilum Alexandrinum, multis poſt Apollinaris obitum annis ſcriptâ, facere ſolet; ſed adversùs ipſummet Apollinarem ſcribat, eumque hæreſim deponere optet cap. XXII. hinc haud inani, ut diximus, conjecturâ colligitur, Nyſſenum ante Oecumenicam II. Synodum, & ante Apollinaris obitum, quem circa annum eræ Chriſtianæ CCCLXXX. accidiſſe putant, Antirrheticum à nobis nunc primùm è tenebris erutum elucubraſſe.

XX. His de tempore, quo adversùs Apollinarem Nyſſenus ſcripſit, adnotatis, ſupereſt, ut de quibuſdam loquendi modis agamus, qui nonnihil à catholicâ fide diverſum præ ſe ferre iis fortaſſe videri poterunt, qui in Nyſſeni ſcriptis non admodum verſati fuerint, aut ejus in Apollinare confutando mentem non benè perſpexerint. Et primò quidem hypoſtaticam divinæ, & humanæ naturæ in Chriſto unitionem Nyſſenus *μίξιν*, *mixtionem*, *σύμμιξιν*, *commixtionem*, *σύγκρασιν*, *temperationem*, non modò in hoc opere, ſed paſſim in aliis ſcriptis ſuis vocare ſolet; ac inſuper cùm de utriuſque naturæ copulatione loquitur, humanam vilem, abjectamque naturam, ita à divinâ aſſumptam fuiſſe dicit, ut ab hujus immenſitate illam abſortam, abolitam, atque extinctam fuiſſe affirmare videatur. Nam in hujus Antirrhetici cap. XLII.

de

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

de naturarum divinæ, atque humanæ in Chriſto unitione, & de glorificato poſt reſurrectionem ejuſdem corpore hæc habet. Ἐπειδὴ γὰρ ὁμοίως ἀφέστηκε τῆς θείας οὐσίας ἡ κτίσις πᾶσα, τὸ μὴ ἔξω εἶναι τῆς τοῦ Πατρὸς φύσεως τό γε γήϊνον, καὶ οὐράνιον ἐπίσης συνωμολόγηται. λείπεται δὲ, ὅπερ ἂν τῷ σκοπῷ τῆς φιλανθρωπίας συμβαίνῃ, τοῦτο εὐλογώτερον περὶ τὸν Θεὸν οἴεσθαι· ὄνομα δὲ αὐτῷ ἴδιον ἐφευρίσκειν μηδὲν, ἀλλὰ τῷ πλεονάζοντι, καὶ ἐπικρατοῦντι συνονομάζεσθαι. καθάπερ ἐπὶ τοῦ πελάγους γίνεται: εἰ γάρ τις σταγόνα ὄξους ἐπιβάλῃ θαλάττῃ, καὶ ἡ σταγὼν θάλασσα γίνεται, συμμεταποιηθεῖσα τῇ θαλασσίᾳ ποιότητι· οὕτως ὁ ἀληθινὸς υἱὸς, καὶ μονογενὴς Θεὸς, τὸ ἀπρόσιτον φῶς, καὶ ἡ αὐτοζωὴ σοφία τε, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ δύναμις, καὶ πᾶν ὑψηλὸν ὄνομά τε, καὶ νόημα, ταῦτα ὁ διὰ σαρκὸς φανερωθεὶς τοῖς ἀνθρώποις ἐστί. τῆς δὲ σαρκὸς, τῇ ἰδίᾳ φύσει σαρκὸς οὔσης, μεταποιηθείσης δὲ πρὸς τὸ τῆς ἀφθαρσίας πέλαγος, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ὅτι κατεπόθη τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς, συμμετεβλήθη, καὶ πάντα τὰ κατὰ τὴν σάρκα τότε φαινόμενα, πρὸς τὴν θείαν τε, καὶ ἀκήρατον φύσιν. οὐ βάρος, οὐκ εἶδος, οὐ χρῶμα, οὐκ ἀντιτυπία, οὐ μαλακότης, οὐχ ἡ κατὰ τὸ ποσὸν περιγραφὴ, οὐκ ἄλλο τι τῶν τότε καθορωμένων, οὐδὲν περιλαμβάνει, τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἀνακράσεως εἰς τὰ θεϊκὰ ἰδιώματα τὸ ταπεινὸν τῆς σαρκώδους φύσεως ἀναλαβούσης. *Nam cùm creatæ res univerſæ à divinâ ſubſtantiâ æqualiter diſtent, ideo à Patris naturâ, tam alienum eſſe, terrenum quod eſt, quàm quod cæleſte fatemur. Supereſt autem ut quidquid propoſito, conſilioque beneficiis homines afficiendi congruit, id omne potiori jure de Deo opinemur. Reſtat quòque, ut cùm nomen, quod ei propriè conveniat, non reperiatur, ex eo, quod in ipſo eminet, abundatque, appelletur. Et quemadmodum in mari accidit, ut ſi quis aceti guttam in illud injiciat, gutta quidem illa mare fiat, in aquæ marinæ qualitatem tranſmutata; ita qui in carne hominibus manifeſtatus eſt, verus quidem eſt Filius, & unigenitus Deus, itemque lumen inacceſſibile, & per ſe ipſam vivens ſapientia, & ſanctificatio, & virtus, & quidquid ſublime dici, aut cogitari poteſt. At carne, quæ propriâ naturâ caro eſt, in incorruptibilitatis pelagus tranſmutatâ, quemadmodum ait Apoſtolus, abſorptum fuiſſe, quod mortale eſt à vita, unà etiam cum ipſâ carne cuncta, quæ ſecundùm eandem carnem tunc apparuerunt, in divinam, & immortalem naturam commutata ſunt; non pondus, non forma, non color, non renitentia, non mollities, non corporeæ quantitatis circumſcriptio, non aliud quidpiam eorum, quæ tunc in ipſo conſpiciebantur, permanſit; commixtione, ſcilicet, quæ cum divinitate facta fuit, carneæ naturæ humili-*

militatem in proprietatum divinarum conſortium aſſumente. Ita enim hic locus juxta antiqui Correctoris emendationem legendus eſt, atque interpretandus, quamvis à nobis aliter editus, atque interpretatus ſit; nam vel ex ipſis Apoſtoli verbis, quæ laudat, lucidè apparet, Nyſſenum à tractatione de duabus in Chriſto naturis ad differendum de glorificatâ poſt reſurrectionem Chriſti carne tranſitum facere. Porrò hanc eandem ſimilitudinem aceti guttæ in pelagus infuſæ, ad duarum in Chriſto naturarum unitionem probandam repetit Nyſſenus in epiſtolâ ad Theophilum Alexandrinum adversùs Apollinaris aſſeclas, qui Orthodoxos per hypoſtaticam duarum naturarum unitionem binarium Filiorum numerum, & conſequenter quatuor perſonas ſanctiſſimæ Trinitati affingere calumniabantur. Eandem quòque ſimilitudinem inculcat in fine libri IV. adversùs Eunomium; ſed & in aliis ſuorum operum locis à Doctiſſimo Petavio tomo IV. Theologicorum dogmatum lib. X. cap. I. num. VI. relatis, tranſitum hunc carnis in divinitatem grandibus verbis exaggerat, ex quibus malè intellectis Eutychem errandi anſam arripuiſſe, vel inde conſtat, quòd ejus aſſeclæ hôc, aut ſimili exemplo multùm uſi ſint ad impietatem dogmatis ſuî confirmandam. Sanè Anaſtaſius Sinaita in Hodego cap. X. & XIII. pag. 208. & 235. inter Monophyſitarum argumenta, hanc quòque aceti ſtillæ ſimilitudinem recenſet, tanquam è Gregorii Nyſſeni libris mutuo acceptam. Sic apud Theodoretum in Eraniſte, dialogo II. pag. 77. poſtquam hæreticus dixit, divinitatem quidem in Chriſto manſiſſe, ſed ab eâ humanam naturam abſorptam fuiſſe, hac deinde ſimilitudine rem exponit, *Ut ſi mare guttam mellis capiat; ſtatim enim gutta illa evaneſcit, maris aquæ permixta*.

XXI. Præterea de Chriſti gloriâ poſt Aſcenſionem in cælos adeo magnificè Nyſſenus altero in loco loquitur, ut quiſpiam ſuſpicari poſſit, ipſum nullam humanæ carnis ſubſtantiam, atque proprietatem in glorificato Chriſti corpore agnoviſſe. Equidem facile eſt, ut Nyſſenum ita ſenſiſſe opinetur, qui non accuratè, ac ſolerter ejus verba perpenderit. Siquidem cap. LIII. de glorificato poſt Aſcenſionem in cælos Chriſti corpore hæc habet, Μὴ συκοφαντείτω τὸν ἡμέτερον λόγον, ὡς ἡμῶν μὴ ἀεὶ Χριστὸν τὸν μονογενῆ Θεὸν εἶναι λεγόντων· ἀλλὰ πάντοτε μὲν ὁ Χριστὸς, καὶ πρὸ τῆς οἰκονομίας, καὶ μετὰ τοῦτο· ἄνθρωπος δὲ οὔτε πρὸ τούτου, οὔτε μετὰ ταῦτα, ἀλλ᾽ ἐν μόνῳ τῷ τῆς οἰκονομίας καιρῷ. οὔτε γὰρ πρὸ τῆς Παρθένου ὁ ἄνθρωπος, οὔτε μετὰ τὴν

εἰς

εἰς οὐρανὸν ἄνοδον ἔτι ἡ σὰρξ ἐν τοῖς ἑαυτῆς ἰδιώμασιν, εἰ γὰρ καὶ ἐγνώκαμεν ποτε, φησὶ, κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν. οὐ γὰρ ἐπειδὴ ὁ Θεὸς ἐν σαρκὶ ἐφανερώθη, σὰρξ διέμεινεν· ἀλλ' ἐπειδὴ τρεπτὸν μὲν τὸ ἀνθρώπινον, ἄθρεπτον δὲ τὸ θεῖον, ἡ μὲν θεότης πρὸς πᾶσαν τροπήν ἐστιν ἀκίνητος, οὔτε πρὸς τὸ χεῖρον ἀλλοιουμένη· τὸ μὲν γὰρ χεῖρον οὐ παραδέχεται, τὸ δὲ κρεῖττον οὐκ ἔχει. ἡ δὲ ἀνθρωπίνη φύσις ἐν Χριστῷ πρὸς τὸ κρεῖττον κέχρηται τῇ τροπῇ, ἀπὸ τοῦ φθαρτοῦ πρὸς τὸ ἄφθαρτον ἀλλοιωθεῖσα, ἀπὸ τοῦ ἐπικήρου πρὸς τὸ ἀκήρατον, ἀπὸ τοῦ ὀλιγοχρονίου πρὸς τὸ ἀΐδιον, ἀπὸ τοῦ σωματικοῦ, καὶ κατεχηματισμένου πρὸς τὸ ἀσώματόν τε, καὶ ἀχημάτιστον. *Doctrinam noſtram non calumnietur* (Apollinaris) *quaſi unigenitum Deum non ſemper Chriſtum eſſe dicamus; ſed ſemper quidem eſt Chriſtus, tum ante, tum poſt incarnationis diſpenſationem; homo verò neque ante illam, neque poſtea, ſed in ſolo diſpenſationis tempore. Neque enim homo fuit ante nativitatem ex Virgine, nec ampliùs poſt ejus in cælos aſcenſum caro ſuis in proprietatibus perſeverat; nam inquit Apoſtolus, Et ſi cognovimus ſecundùm carnem Chriſtum; ſed nunc jam non novimus. Neque etiam quia Deus in carne apparuit, idcirco caro immutata permanſit; ſed quoniam immutabilis quidem divinitas, humanitas verò mutabilis, propterea divinitas quidem nullis mutationibus obnoxia eſt, nec in deterius convertitur, nam quod pejus eſt non admittit, & quod melius eſt obtinere non poteſt. At verò humana natura in Chriſto mutationem in melius ſortitur, dum è corruptibili in incorruptibilem, è fluxâ fragilique in ſtabilem, & permanentem, ex temporaneâ in immortalem, è corporeâ, & figuratâ in incorpoream, nullâque figurâ expreſſam permutatur.*

XXII. Sed ab omni erroris illius ſuſpicione, in quem poſtea lapſus eſt Eutyches, ſanctiſſimum Præſulem, eximiumque Eccleſiæ Græcæ Doctorem Anaſtaſius Sinaita ante mille, & ampliùs annos liberavit. Hic enim Auctor in Hodegi cap. XIII. pag. 237. poſtquam variis argumentis duas in Chriſto naturas adſtruxit, hæc in Nyſſeni defenſionem inter alia ſubjungit, *Quantùm igitur poterat, & corporis natura ferebat, mutatum eſt ex hypoſtaticâ cum divinitate unitione, ut unitatem perſonæ diſceremus, in quorundam verò communionem non eſt admiſſum, ut diverſitatem naturæ inde cognoſceremus. Quapropter licèt incircumſcripto Deo Verbo ſit unita caro, non tamen incircumſcripta evaſit, neque æterna, quantumvis cum æterno jugata, neque inaſpectabilis, etiamſi inaſpectabilem, quaſi intus circumferat. Neque figuræ expers, quanquam*

in fi-

in figuræ experte ſubſiſtentiam acceperit; neque increata, licèt increati beneficio inter creaturas numeretur, huncque indivulsè in ſe contineat. Quòdſi ad nuda Scripturæ, & Doctorum verba attendas, abſque ulla diſquiſitione, & examine, in multas, & pernicioſas abſurditates incidas oportet. Et hoc confeſtim ex allato Sapientiſſimi Gregorii teſtimonio planum faciam. Ecce naturam noſtram, ait, ut guttam aceti, divinitatis pelago commixtam eſſe. At clarum eſt omnem guttam in mare injectam evaneſcere, & deſinere eſſe, neque ampliùs ſub tactum cadere. Si igitur corpus Domini per unionem cum divinitatis quaſi immenſo mari, inaſpectabile effectum eſt; naturâ autem ſuâ divinitatis pelagus, nec ſub aſpectum, nec ſub tactum venit; omnis igitur Chriſti in terris converſatio, & actio nihil aliud fuerit, quàm phantaſia quædam, & inanis perſuaſio ab ortu ex Virginis utero, & deinceps uſque ad Aſcenſionem in Cælos. Divinus ergo Gregorius mentionem fecit pelagi, & aceti, non ut res ipſas confunderet; ſed ut exemplo aliquo tenuitatem, & parvitatem naturæ noſtræ, cum infinito, & incomprehenſo illo divinitatis pelago comparatæ, demonſtraret. Neque enim credibile eſt, eum confuſionem, & abolitionem naturarum in Chriſto introducere voluiſſe, qui hæc adversùs Eunomium ſcribit. Quænam Chriſti natura in paſſione colaphis cæditur? Et quæ ab æterno glorificatur? Planum porrò eſt, quid ſibi voluerit iſte Pater, licèt nulla accedat interpretatio; nempe, injurias illas redundaſſe in ſervum, in quo Dominus habitabat, gloriam verò, & honorem, in Dominum, quem ſervus circumdabat. Cùm hæc Doctor aſſerat, carnemque ſervum, aut formam ſervi appellarit, qua tandem ratione dicere potuit, carnem evanuiſſe, & commixtam fuiſſe inſtar guttæ in vaſto pelago? Itaque non ad confuſionem, ſed ad ſummam unionem declarandam, exemplum ejus ſpectat. Nil fortius, aut excellentius hiſce Sinaitæ verbis ad Gregorii Nyſſeni defenſionem poteſt afferri; addam tamen alium Cyrilli Alexandrini locum ex libro 1. contra Neſtorium, in quo de vocabulo mixtionis à Patribus ad explicandum Incarnationis myſterium ſæpe uſurpato agens, ita eundem Neſtorium alloquitur. *Ea, quæ nemo vel leviter cogitavit, cur tanquam reapſe dicta fuerint, tuis inſeruiſti ſermonibus, ac pro pietatis dogmate decertare te ſimulas? Nam κράσεως, mixtionis, ſeu temperationis nomen poſuerunt nonnulli etiam Sancti Patres. Sed quia metuere te dicis, ne qua confuſio contigiſſe exiſtimetur, ad inſtar liquidorum, quæ inter ſe mutuò commiſcentur, libero te hôc*

 metu:

metu: non ſic illi ſenſerunt; minimè; ſed eâ voce ſunt abuſi, cùm ſummam unionem rerum inter ſe convenientium oſtendere ſtuderent.

XXIII. Sanè hæc Cyrilli Alexandrini obſervatio ad Græcos æquè ac Latinos Patres pertinet: nam & hos etiam *Mixtionis* vocabulo, aliiſque ſimilibus, citra ullam Eutychianiſmi ſuſpicionem uſos fuiſſe, nemini latere poteſt, qui in eorum ſcriptis verſatus fuerit. Hinc apud Tertullianum in Apologetico cap. xxi. legas: *Naſcitur homo Deo mixtus*. S. Cyprianus in libro de Idolorum vanitate ait, *Deus cum homine miſcetur*. S. Hilarius lib. ii. de Trinitate cap. xxiv. *Humani enim generis causâ, Dei Filius natus ex Virgine eſt, & Spiritu Sancto, ipſo ſibi in hac operatione famulante, & ſuâ, Dei videlicet, inumbrante virtute, corporis ſibi initia conſevit, & exordia carnis inſtituit, ut homo factus ex Virgine, naturam in ſe carnis acciperet, perque hujus admixtionis ſocietatem, ſanctificatum in eo univerſi generis humani corpus exiſteret*. S. Gregorius Nazianzenus in Oratione xxxvi. pag. 578. Τί δὲ μεῖζον ἀνθρώπου ταπεινότητι, ἢ Θεῷ πλακῆναι, καὶ γένεσθαι Θεὸν ἐκ τῆς μίξεως. *Quid majus humilitati hominis accidere potuit, quàm ut Deo copularetur, & ex illa mixtione Deus fieret*; Et in Oratione xlii. de Paſchate, Ὢ τῆς καινῆς μίξεως! ὢ τῆς παραδόξου κράσεως! *O novam mixturam! ô admirandam temperationem!* Cyrillus Alexandrinus lib. xx. Theſaurorum pag. 197. Εἷς γὰρ ὁ Χριστὸς ἔκ τε ἀνθρωπότητος, καὶ Θεοῦ λόγου κεκρασμένος, οὐκ ἐκ τοῦ τετράφθαι πρὸς ὅπερ οὐκ ἦν, ἀλλ' ἐκ τοῦ προσλαβεῖν τὸν ἐκ Παρθένου ναόν. *Unus enim eſt Chriſtus ex humana natura, & Deo Verbo temperatus; non ita tamen ut in id, quod non erat, converſio facta ſit; ſed ideo quòd è Virgine templum aſſumpſerit*. Plura qui cupit, Petavium adeat Tom. iv. Theologicorum dogmatum lib. iii. cap. ii. & Thomaſinum de Incarnatione lib. iii. cap. v. qui ſimilia SS. Patrum dicta abundantiſſimè cumularunt. Nec hiſce tantùm vocabulis uſi ſunt antiqui Patres tum Græci, tum Latini, ſed & alias adhibuerunt dicendi formas, quæ duarum naturarum confuſionem inducere videntur, licèt de catholico earundem ſenſu nunquam dubitatum fuerit, quouſque hæretici naturę alterutrius, vel ambarum etiam demutationem, & interitum, ad tertiam aliquam componendam inter ſe coëuntium, eiſdem ſententiis ſignificari putarunt. Hinc S. Ambroſius lib. i. de Virginitate cap. iii. ait, *Tunc in utero Virgo concepit, & Verbum caro factum eſt, ut caro fieret Deus*. Novatianus lib. de Trinitate cap. xix.

Filius

Filius Dei deſcendit, qui dum filium hominis in ſe ſuſcepit, conſequenter illum Filium Dei fecit, quoniam illum Filius ſibi Dei ſociavit, & junxit. S. Hilarius lib. III. de Trinitate cap. XVI. *Filius nunc caro factus orabat, ut hoc Patri caro inciperet eſſe quod Verbum*. Et in Pſal. CXLIII. cap. VII. *Et hæc quidem evangelici ſacramenti, & humanæ ſpei veritas eſt, humanam naturam, corruptibilemque carnem, per hujus gloriæ demutationem in æternam transformatam eſſe ſubſtantiam*. Et Comm. in Matthæum cap. XXVII. num. IV. *Sponſus atque ſponſa Dominus noſter eſt in corpore Deus. Nam ut Spiritus carni, ita Spiritui caro ſponſa eſt. Denique tubâ excitante, ſponſo tantùm obviam proditur; erant enim jam ambo unum, quia in gloriam ſpiritalem humilitas carnis exceſſerat*. Alia S. Hilarii loca hiſce planè ſimilia colligunt Viri Doctiſſimi è Benedictinorum Gallicano cœtu in prolegomenis ad novam S. Hilarii operum editionem toto §. v. Apud alios quòq; Græcos Patres multa reperies Nyſſeni dictis affinia, quæ tamen catholico ſenſu accipienda eſſe non dubitamus. S. Athanaſius in libro De humanâ naturâ ſuſceptâ Tom. I. pag. 466. ita ſcribit: Καὶ οὗτος αὐτὸς ὁ Θεὸς γέγονε σὰρξ, ἵνα ἡ σὰρξ αὐτοῦ γένηται Θεὸς λόγος. *Iſte ipſe Deus factus eſt caro, ut caro ejus fieret Deus Verbum*. S. Gregorius Nazianzenus Orat. XXXVIII. pag. 620. Προελθὼν δὲ Θεὸς μετὰ τῆς προσλήψεως, ἓν ἐκ δύο τῶν ἐναντίων σαρκὸς, καὶ πνεύματος· ὧν τὸ μὲν ἐθέωσε, τὸ δὲ ἐθεώθη. *Procedens Deus cum eo, quod aſſumpſit, unum ex duobus inter ſe contrariis, carne, & ſpiritu, quorum alterum Deum fecit, alterum Deus factum eſt*. Et in Orat. XLVII. ad Nectarium ait, Chriſtum aſſumpſiſſe carnem *ad naturæ noſtræ tranſelementationem*, ἐπὶ μεταστοιχειώσει τῆς φύσεως ἡμῶν. Poſſem & alias non paucas hiſce ſimiles veterum Patrum ſententias in medium adducere, ſed ut Lectorum occurratur faſtidio, & brevitati conſulam, referre ſuperſedeo, eò præſertim quòd earum multæ à ſæpe laudato Dionyſio Petavio Tom. IV. Theologicorum Dogmatum lib. IV. cap. IX. congerantur.

XXIV. Cæterùm tantùm abeſt, ut Nyſſenus confuſionem duarum naturarum in Chriſto adſtruxerit, quin potiùs antiqui Scriptores, duas in Chriſto naturas eſſe diſtinctas, minimèque confuſas, ejuſdem teſtimoniis comprobaverint. Leontius enim Byzantinus, ut ſupra vidimus, inter varia SS. Patrum loca, quæ adversùs Eutychem, & Neſtorium congeſſit, non pauca refert, tum ex hoc Nyſſeni Antirrhetico, tum ex aliis ejuſdem adversùs

Eunomium libris petita. Leontium imitatus eſt Euthymius Zigabenus in Panopliæ tit. xv. Sed multò ante Leontii, & Euthymii tempora id ipſum præſtitit Theodoretus in Eraniſte Dialogo ii. prope finem, ubi aliis SS. Patrum effatis, quibus duę in Chriſto naturæ adſtruuntur, Nyſſeni quædam accenſet. Præterea Apoſtolica Sedes teſtimoniis diverſorum SS. Patrum de duabus in Chriſto voluntatibus, quæ ad Sextam Oecumenicam Synodum tranſmiſit, plura Nyſſeni loca inſeruit, in quibus non modò duas voluntates, ſed & duas in Chriſto naturas diſertis verbis agnoſcit, ut videre eſt in Act. x. ejuſdem Synodi Tom. vi. Conciliorum Labbei col. 792. & ſeqq. & col. 816. & ſeqq. Quin & in hoc ipſo Antirrhetico paſſim Nyſſenus duas in Chriſto naturas, duaſque voluntates apertiſſimè fatetur, cùm totus in eo ſit, ut integrum hominem mente præditum, & terrenâ, non verò cæleſti carne veſtitum, Deo copulatum fuiſſe demonſtret. Denique vel in ipsâ ad Theophilum Alexandrinum epiſtolâ contra Apollinarem, & lib. iv. adverſùs Eunomium in uno eodemque ſermonis contextu, duas eſſe in Chriſto naturas affirmat, priùs quàm aceti guttæ in pelagus infusæ ſimilitudinem afferat; ait enim in epiſtola ad Theophilum Tom. ii. pag. 696. Ημεῖς τοῦ σωθῆναι μὲν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἑνωθεῖσαν τῷ λόγῳ, παρὰ τοῦ μυστηρίου καὶ μεμαθήκαμεν, καὶ πιστεύομεν· Υἱὸν δὲ Θεοῦ σάρκινον ἰδιαζόντως ἐφ' ἑαυτοῦ θεωρούμενον, οὔτε ἐμάθομεν, οὔτε ἐξ ἀκολουθίας τινὸς νοεῖν ἐναγόμεθα. *Nos enim ſalvam eſſe humanam naturam Verbo unitam, ex myſterio ipſo didicimus, & credimus. Dei verò filium carneum ſeparatim, & in ſe ipſo conſideratum, neque didicimus, neque conſequentiæ ullius neceſſitate cogimur intelligere.* Et lib. iv. adversùs Eunomium, ibid. pag. 161. Ποία μορφὴ ἐπὶ τοῦ πάθους ῥαπίζεται; καὶ ποία ἐξ ἀϊδίου δοξάζεται; φανερὰ γὰρ ταῦτα κἂν μή τις ἐφερμηνεύσῃ τῷ λόγῳ, ὅτι αἱ μὲν πληγαὶ τοῦ δούλου, ἐν ᾧ ὁ δεσπότης· αἱ δὲ τιμαὶ τοῦ δεσπότου, περὶ ὃν ὁ δοῦλος, ὡς διὰ τὴν συνάφειάν τε, καὶ συμφυΐαν κοινὰ γίνεσθαι τῆς ἑκατέρας ἀμφότερα, τοῦ δεσπότου τοὺς δουλικοὺς μώλωπας εἰς ἑαυτὸν ἀναλαμβάνοντος, καὶ τοῦ δούλου τῇ δεσποτικῇ δοξαζομένου τιμῇ. *Quid clavis transfigitur? Quæ facies in paſſione colaphis cæditur? & quæ ab æterno glorificatur? Hęc enim ſunt clara, etiam ſi quis ſermone non explicet, quòd plagæ, & verbera ſunt ſervî, in quo Dominus; honores autem Dominî, circa quem ſervus, ita ut per copulationem, & naturalem conjunctionem, utraque utriuſque communia fiant, Domino ſerviles vibices in ſe*

aſſumente, & ſervo honoribus, Domino debitis, glorificato.

XXV. Quæ huc uſque à nobis dicta ſunt, omnem negatæ à Nyſſeno duplicis in Chriſto naturæ ſuſpicionem ſatis ſuperque removent. Videndum modò quid verè Nyſſenus de glorificato poſt reſurrectionem Chriſti corpore ſenſerit; nam in utroque Antirrhetici loco ſuperiùs relato, diſertè affirmare videtur, Chriſtum humanâ naturâ diſpenſationis tantùm tempore præditum fuiſſe, poſtquam verò è mortuis reſurrexit, atque in cælos aſcendit, carnem in ſuis proprietatibus non ampliùs perſeveraſſe, ſed mutationem in melius, uſque adeo ſortitam fuiſſe, ut nec pondus, nec forma, nec color, nec corporeæ quantitatis circumſcriptio in ipſâ permanſerit; ſed è corruptibili in incorruptibilem, è fluxâ, fragilique, in ſtabilem, & permanentem, ex temporaneâ in immortalem, è corporeâ, & figuratâ in incorpoream, nullâque figurâ expreſſam mutata fuerit; quem utique errorem nonnulli veteres hæretici propugnarunt, quos ab Eraniſte defenſos, latè Orthodoxus confutat apud Theodoretum in Dialogo 11. pag. 79. & ſeqq. Licèt itaque tempore diſpenſationis pro humani generis ſalute ſuſceptæ, duas in Chriſto naturas diſertè Nyſſenus fateatur; tamen nullam carnis ſubſtantiam in glorificato Chriſti corpore eundem agnoſcere, facilè ſibi perſuaſerit, qui ejus verba non accuratè perpenderit. Nam, vel ipſo Nyſſeno teſte, quod figurâ, colore, & quantitate caret, corpus eſſe non poteſt. Ait enim libro in Exameron pag. 13. Τὸ ἀόρατον, χρῶμα οὐκ ἔστι· τὸ δὲ χρῶμα οἷόν τις ἀπορρὴ τοῦ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σχήματος γίνεται· τὸ δὲ σχῆμα οὐκ ἄνευ σώματος. εἰ οὖν ἀόρατον ἦν, καὶ ἀχρωμάτιστον πάντως· τούτῳ δὲ συνθεωρεῖται τὸ ἀσχημάτιστον· ἐκείνῳ δὲ τὸ ἀσώματον. *Quod non videtur, color non eſt: color autem eſt quoddam veluti effluvium ex ſuperficie figuræ; figura verò non eſt ſine corpore. Quamobrem ſi inviſibilis erat* (de terrâ loquitur) *& colore carebat omnino: quod autem coloris eſt expers, figuram non habet, & quod ejuſmodi eſt, corpore vacat.* Idem in libro de Opificio hominis cap. XXIV. Εἰ γὰρ οὐκ ἔστι σῶμα, ᾧ τὸ χρῶμα, καὶ ἡ ἀντιτυπία, καὶ ἡ διάστασις, καὶ τὸ βάρος, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἰδιωμάτων οὐ πρόσεστιν· ἕκαστον δὲ τούτων σῶμα οὐκ ἔστιν· ἀλλ᾽ ἕτερόν τι παρὰ τὸ σῶμα κατὰ τὸ ἰδιάζον εὑρίσκεται.. οὕτω κατὰ τὸ ἀντίστροφον, ὅπου δ᾽ ἂν συνδράμῃ τὰ εἰρημένα, τὴν σωματικὴν ὑπόστασιν ἀπεργάζεται. *Nam ut corpus non eſt, quod colore, formâ, ſoliditate, ſpatio, gravitate, cæteriſque ſuis proprietatibus præditum non eſt, ſicut & hæc ſingula corpus*

non ſunt, ſed aliud quid à corpore diverſum eſſe reperiuntur, quum ſeorſum à corpore conſiderantur; ſic è contrario, ubi ea quæ recenſuimus, coëunt, corpus conſtitui neceſſe eſt. Cùm itaque ex Nyſſeni ſententiâ corpus dari non poſſit, figuræ, coloris, & quantitatis expers, haud immeritò quiſpiam dubitaverit, omnem prorſus carnis ſubſtantiam à glorificato Chriſti corpore Nyſſenum auferre; ſanè Gregorius Nazianzenus Orat. xl. ait, Chriſtum in mundi fine glorioſum, & illuſtrem rediturum, ut de vivis, ac mortuis judicium ferat, Οὐκ ἔτι μὲν σάρκα· οὐκ ἀσώματον δέ. *Non jam quidem carne præditum, nec corpore tamen vacantem.* Gregorium imitatus eſt Theophanes Cerameus homilia xxxv. pag. 350. cum ait, Μένει γε μὴν σῶμα θείᾳ δόξῃ μεταγλαϊσμένον, καὶ οὕτω γινώσκομεν ἄσαρκον μὲν, οὐκ ἀσώματον δέ. *Manet verò corpus divinâ refulgens gloriâ; atque ita cognoſcimus illum carnis quidem, non corporis tamen expertem.*

XXVI. Verùm enim verò cum locis ex Nyſſeni Antirrhetico ſuperiùs allatis alia ejuſdem operum loca conferri debent, ut quidnam de glorificato Chriſti corpore verè ſenſerit, intelligamus. Ad hanc autem diſquiſitionem maximè conducunt, quæ in libro de Opificio hominis cap. xxv. inter alia rationum momenta ad probandam humanorum corporum reſurrectionem adducit, cùm inquit, *Jamne & illos videre lubet excitatos, qui in vulneribus, & ſanguine mortem obiverunt: ne quis in his fortè poteſtatem divinam, mortuos in vitam revocantem, eſſe imbecillam putet? In illum intuere, cujus perforatæ clavis manus fuere; in illum, inquam, cui latus alterum haſtâ perfoſſum fuit: age, digitos tuos per clavorum veſtigia circumfer, inſere manum in vulnus inflictum ab haſta; exiſtimabis facillimè quouſque cuſpidis acies penetraverit, ſi de vulneris amplitudine, quàm vehemens haſtæ fuerit impreſſio, conjecturam facias &c. Hic ergo quum excitatus à morte ſit, nemine opinor contradicente, verbis illis Apoſtoli nobis uti licebit: Quo pacto dicere nonnulli audent reſurrectionem mortuorum non fore.* Idem lib. xii. adverſùs Eunomium de divinâ, & humanâ Chriſti naturâ loquens, hæc habet in Actione x. Sextæ Oecumenicæ Synodi tom. vi. Conciliorum Labbei col. 817. *Qui dixit Spiritus eſt Deus, idem ipſe ait ad Diſcipulos ſuos, Palpate me; ut oſtendat, quia palpabilis eſt humana natura, incontrectabilis autem divinitas. Et qui dixit, Vado, localem abſceſſum ſignificat: qui autem omnia complectitur, & in quo, ſicut ait Apoſtolus, creata ſunt omnia, & in quo omnia*

conſi-

conſiſtunt, nil in exiſtentibus extra ſeipſum habet, in quod per quendam motum, vel tranſitum fiat abſceſſio. Et in hoc ipſo Antirrhetico cap. xv. *Neque enim ignoramus quibus ex rebus Chriſti corpus, quando humano more cum hominibus converſatus eſt, conſtaret; nam ex carne, oſſibus, ſanguine, aliorum hominum inſtar, & illud conflatum fuiſſe, ex clavorum veſtigiis, & ex profuſo per lanceæ vulnus ſanguine apertè colligimus, ac præſertim quòd illis, qui poſt reſurrectionem apparenti non credebant, Dominus dixerit, Palpate me & videte, & cognoſcite, quoniam ſpiritus carnem, & oſſa non habet.* Præterea in Oratione I. de Chriſti reſurrectione diſertè ait tomo II. pag. 814. Chriſtum διὰ τῆς ἀναστάσεως ἅπαν τὸ κείμενον ἑαυτοῦ συνανεστῆσαι, *per reſurrectionem ſecum ſuſcitaſſe quidquid depoſuerat;* & pag. 824. ait, *Deum, qui totum hominem per ſuam cum illo conjunctionem in naturam divinam mutaverat, mortis tempore à neutrâ illius, quem ſemel aſſumpſerat, parte receſſiſſe; nunquam enim illum ſuorum munerum pœnitet.* Et paulò poſt, *Atque ita ex partium conjunctarum diviſione mors ſequitur, ex diviſarum autem conjunctione reſurrectio.* Similia habet lib. I. adv. Eunomium pag. 55. & in duobus aliis excerptis ejuſdem operis, quæ adverſus Aphthartodocetas profert Leontius Byzantinus in fine lib. III. adverſus Eutychem, & Dioſcorum. Quin & in Orat. V. de reſurrectione, corpus cum Chriſto reſurgens incorruptibilitatem, atq; immortalitatem adeptum fuiſſe teſtatur. Denique in hoc ipſo Antirrhetico omnia ferè repetit, quæ in oratione I. de Chriſti reſurrectione protulit, ut videre eſt toto capite XVII. & LV.

XXVII. Porrò ne de tempore tantùm illo Nyſſenum ita loqui credas, quo poſt reſurrectionem in terris commoratus eſt Jeſus, en alia ipſius verba ex oratione I. de Chriſti reſurrectione prope finem, in quibus delatum à Chriſto in cælos humanum corpus fuiſſe, apertè teſtatur, Ὁ δι᾽ ἡμᾶς γενόμενος καθ᾽ ἡμᾶς, ἵνα διὰ τοῦ γενέσθαι ἡμῖν ὁμογενὴς, ἀδελφοὺς ἡμᾶς ἑαυτοῦ ποιήσῃ, προσάγει τὸν ἑαυτοῦ ἄνθρωπον τῷ ἀληθινῷ Πατρὶ, ἵνα δι᾽ αὐτοῦ ἅπαν τὸ ὁμογενὲς ἐφελκύσηται, ὡς μηκέτι ὄνειδος εἶναι τοῖς δουλεύσασι τοῖς μὴ φύσει οὖσι Θεοῖς. *Qui pro nobis factus eſt homo, is cùm ſit Unigenitus, quò nos fratres efficiat ſuos, ſe hominem ad verum Patrem adducit, ut per ſe ipſum omnes cognatos ſecum trahat, ne poſſit illis ampliùs objici, quòd eos, qui naturâ Dii non ſunt, adoraverint.* Idem Nyſſenus in Orat. de Aſcenſione Domini duas Regii Vatis in Pſalmo XXIII. ad Angelos

allo-

allocutiones, quibus portas advenienti Chriſto attolli, ac reſerari jubet, exponens, primam quidem de eodem in orbem deſcendente interpretatur. De ſecundâ verò, quam Chriſto in cælos, poſt abſolutum humanæ redemptionis myſterium, revertenti convenire putat, ſic loquitur pag. 875. *Aſcendit in altum, captivam ducens captivitatem, qui vitam, & regnum, & præclara hæc dona hominibus tribuit. Impoſitæ illi rurſus patefaciendæ ſunt portæ. Occurrunt ei noſtri cuſtodes, & portas jubent recludi, ut in ipſis rurſum gloriam aſſequatur. Verùm non agnoſcunt eum, qui ſordidam vitæ noſtræ ſtolam indutus eſt, cujus rubra ſunt veſtimenta, ex humanorum malorum torculari. Itaque rurſus comites ejus vocibus illis interrogantur, Quis eſt iſte Rex gloriæ?* Similia prorſus habet Cyrillus Alexandrinus lib. xii. in Evangelium Joannis, cùm ait, *Ad cælum enim Unigenitum Dei Verbum, unà cum carne ſibi unitâ rediit, eratque novum hoc in cælis ſpectaculum. Obſtupuit enim Sanctorum Angelorum multitudo, cùm Regem gloriæ, exercituumque Dominum in formâ humanâ cernerent. Ajebant enim, Quis eſt iſte, qui venit ex Edom, id eſt, ex terrâ? & rubor veſtimentorum ejus ex Boſor? Boſor autem interpretatum ſignificat carnem, vel anguſtiam, & tribulationem &c.* His Nyſſeni locis alium libet attexere ex Orat. ii. in Reſurrectionem, licèt eam Franciſcus Combefiſius, quibuſdam conjecturis fretus, Nyſſeno abjudicare, & Heſychio, cui in veteri, quem laudat, codice inſcribitur, tribuere nitatur; nam hæc oratio in multis antiquis, optimæque notæ codicibus, ceteris Nyſſeni operibus, quæ in eiſdem continentur, conſtantiſſimè adnumeratur. In hac autem oratione, poſtquam pag. 834. in eâ ſe fide firmum, ſtabilemq; fuiſſe teſtatur, ut Chriſtum, quo corpore paſſus eſt, eodem etiam reſuſcitatum fuiſſe crederet, deinde pag. 838. hæc ulteriùs habet. *Cæterum quòd nudus Jeſus abſque linteaminibus reſurrexit, ſignificat eum nequaquam poſthac cibi potuſve, aut indumentorum egentem in carne cognitum iri.* Et pag. 840. Chriſtum in hæc verba loquentem inducit, Ἐπειδὴ γέγονα, φησὶ, κατὰ σάρκα πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, οὐκ ἐμαυτῷ νῦν, ἀλλ' ὑμῖν τοῖς ἀδελφοῖς, σωματικῶς ἀναβήσομαι πρὸς τὸν Πατέρα μου, καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου, καὶ Θεὸν ὑμῶν. *Quoniam, inquit, ſecundùm carnem primogenitus fui inter multos fratres, non mihi nunc, ſed vobis fratribus, corporaliter adſcendam ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, & Deum meum, ac Deum veſtrum.*

XXVIII. Vi-

XXVIII. Vides ut non uno in loco Chriſtum humano corpore prӕditum in cӕlos aſcendiſſe Nyſſenus affirmet. Quis autem talem tantumque Virum pugnantia inter ſe ſcripſiſſe, & à Catholicӕ Eccleſiӕ ſenſu diſceſſiſſe putaverit? Quamobrem videndum eſt quonam pacto contraria in ſpeciem ejus dicta conciliari, & commoda interpretatio illis Antirrhetici locis, in quibus à fidei veritate nonnullis fortaſſe declinare videbitur, adhiberi poſſit. Sed in promptu ſunt Anaſtaſii Sinaitӕ verba in ſuperiùs laudato Hodegi capite XIII. pag. 237. quibus res tota abundantiſſimè conficitur, *Si adverſariorum quiſpiam*, inquit, *ad hӕc reſpondeat, etiam ex SS. Patrum numero quoſdam, nominatim Nyſſenum, affirmare, carnem Domini non ampliùs humanis ſuis proprietatibus prӕditam eſſe, noverit imperitus, & rudis ſectarius, SS. Patres non eodem ſenſu, quo ipſi ſolent, hujuſmodi loquendi formulas uſurpaſſe; ſed longè diverſo. Initio enim conditus eſt homo à Deo corruptionis expers, & immortalis; at per peccatum effectus eſt corruptibilis, mortalis, materiӕ concretioni, ac mutationi, interitui, variis animi affectionibus, triſtitiӕ, laboribus, lacrymis, ſomnoque obnoxius. Divinum igitur Verbum, caro factum, aſſumptam maſſam noſtram emundavit, ac liberavit ab omnibus incommodis, & calamitatibus, quӕ ei per peccatum obtigerant. Quando igitur audis Doctorem aſſerentem, Chriſti carnem non ampliùs humanӕ carnis proprietatibus prӕditam eſſe, ſic accipe: humanam illam naturam à Chriſto aſſumptam, non ampliùs ſubjacere illis moleſtiis, quӕ corpori noſtro ex peccato evenerunt, ſed per unitionem cum divinitate, & per reſurrectionem poſt triduum factam, ſanctiſſimum Chriſti corpus in meliùs commutatum, ac reformatum eſſe, neque jam prioribus corporis conditionibus, & affectionibus ſubdi. Non enim ampliùs eſt mortis, & corruptionis capax, non mutationis, non laboris, ac moleſtiarum, neque egeſtatis; ſed tranſmutatum eſt ex mortalitate in immortalitatem, ex corruptione in incorruptionem; materiale evaſit immateriale; carnale, ſpirituale; patibile, impatibile; fluxile, ſtabile; fami obnoxium, nullius cibi indigum; aqueum, abſque aquâ; egenum, nullius rei indigens; ſpiſſum, tenue & ſubtile; temporarium, ӕternum; non tamen incircumſcriptum, non expers figurӕ, non immobile, non intactile, non inaſpectabile, non increatum, non abſque principio: hӕc enim ſolius divinitatis proprietates ſunt. Igitur SS. Patres piè, & orthodoxè Chriſti corpus nunc illis proprietatibus carere tradunt, quӕ ex peccato exti-*

extiterunt, *non illis*, *quas initio creationis ſuæ habuit Adamus à Deo conditus*. *Sic nimirum SS. Patrum dicta accipi debent*. Scitè Anaſtaſius Sinaita diſtinguit carnis proprietates, quæ à Græcis, *εἰδοποιοὶ*, à Latinis *Specificæ*, dicuntur, ſine quibus caro conſtare non poteſt, â proprietatibus illis, quas *Accidentales* vocant, puta, corruptibilem, mutabilem, & paſſionibus obnoxiam eſſe; & poſtremis hiſce tantùm proprietatibus Chriſti carnem in cælis carere cenſuiſſe Nyſſenum affirmat, non verò ſpecificis illis, quæ carnis eſſentiam, ut Scholæ loquuntur, formaliter conſtituunt. Apertè enim in ipſo Antirrhetici loco, quem declarandum ſuſcepimus, Nyſſenus ait, cęlo receptam Chriſti carnem mutationem in melius ſortitam fuiſſe; ſed hæc Nyſſeni verba de mutatione accidentali, non verò ſubſtantiali, intelligi debent; neque enim dicit carnis naturam interire, ſed è corruptibili incorruptibilem fieri; è fluxâ, fragilique, ſtabilem, & permanentem; ex temporaneâ immortalem, è corporeâ, & figuratâ, incorpoream, nullâque figurâ prędìtam. Cùm autem iſta carnis in melius mutatio de ſubſtantiæ interitu, aut abolitione nequaquam accipi poſſit, alioquin dicere oporteret ſubſtantiam carnis, ſecundùm Nyſſenum, in divinitatis ſubſtantiam, quæ ſola corpore, & figurâ caret, mutatam fuiſſe, & conſequenter aliquid novum, quo antea careret, divinitati accreviſſe, quod maximè abſurdum, impiumque eſt; itaque neceſſariò cenſendum eſt, omnem illam mutationem, quæ in glorificato Chriſti corpore factam fuiſſe dicit, ad accidentales tantummodo proprietates, quæ carni in præſenti ſtatu conveniunt, pertinere.

XXIX. Nec cuipiam ſcrupulum injicere debent Nyſſeni verba, quibus glorificatam Chriſti carnem *ἀσώματον*, *incorpoream*, & *ἀσχημάτιστον*, *minimè figuratam*, apertè vocat; nam illis vocibus Nyſſenus abutitur, more ab aliis Patribus interdum recepto, quos conſtat ad exactas Theologię regulas verba ſua non ſemper exigere, ut quàm maximè fieri poteſt, ſublimes de divinâ majeſtate notiones legentium animis imprimant. Sic S. Athanaſius Orat. IV. pag. 486. Chriſti carnem poſt reſurrectionem mortalitatem depoſuiſſe, *καὶ θεοποιηθῆσαν*, *& deificatam fuiſſe* dicit. Sic S. Hilarius lib. XI. de Trinitate cap. XL. *Quibus ſubjectis*, *ſubjicietur ſubjicienti ſibi omnia*, *Dominus ſcilicet*, *ut ſit Deus omnia in omnibus*, *naturę aſſumpti corporis noſtrî naturâ paternę divinitatis invectâ &c. nę ex parte Deus ſit*, *ſed totus Deus &c. nullâ ex parte terreni in eo*

corpo-

corporis reſidente naturâ, ut ante in ſe duos continens, nunc Deus tantùm ſit. Sic S. Ambroſius lib. de fide reſurrectionis capite xci. *Tunc ante reſurrectionem ſcilicet, ſecundùm carnem homo, nunc per omnia Deus; nunc enim ſecundùm carnem jam non novimus Chriſtum.* Sic Joannes Caſſianus in lib. iii. de Incarnatione cap. iii. eadem Apoſtoli verba explicans, ait, *Hoc eſt enim dicere, Cognovimus Chriſtum ſecundùm carnem, quamdiu quod ſecundùm carnem agnoſceretur, fuit; nunc jam non novimus, poſtquam eſſe deſivit. Natura enim carnis in ſpiritalem eſt tranſlata ſubſtantiam, & illud, quod fuerat quondam hominis, factum eſt totum Dei. Et ideo non novimus Chriſtum ſecundùm carnem, quia abſorptâ per divinam majeſtatem infirmitate corporeâ, nihil ſacro reſedit corpori, ex quo imbecillitas in eo carnis poſſit agnoſci. Ac per hoc quidquid fuerat priùs ſubſtantiæ duplicis, factum eſt virtutis unius*. Et paulò ante, *Priùs eum, & hominem ſcimus, & Deum, nunc tantùm Deum. Ceſſante enim infirmitate carnis, nihil in eo jam novimus, niſi virtutem divinitatis, quia totum in eo virtus eſt majeſtatis divinæ, ubi eſſe deſiit infirmitas imbecillitatis humanæ*. Sic S. Anſelmus in libro de Sacramento Altaris cap. iv. ait, *Iſtud corpus, quod ſuper omnes cælos in eo, qui ſuper omnia eſt, meruit exaltari, dignius, & ad omnia, quæ voluit, ſubtilius, & efficacius eſſe, quàm ſint aliqui non ſolùm inferiores ſpiritus; ſed & omnes illi, qui cælorum nomine meruerunt appellari*. Spiritale etiam eſſe Chriſti corpus in cælis, affirmare videtur Hilarius in Pſal. liv. n. vii. ubi interpretans illa verba regii Vatis, *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ? & volabo, & requieſcam*, ſic ait, *Evolare autem, ut columba, feſtinat, id eſt, in ſpiritalem redire naturam; nam & in columbæ ſpecie Spiritus in eum volando requievit, habitatione aliquando in eo homine, qui tum de Jordanis aquis adſcendebat, inventâ*. Simili etiam modo quidam interdum ſingulares loquendi modi à Patribus uſurpantur, cùm de humanorum corporum poſt reſurrectionem gloriâ loquuntur, quæ ſubſtantiæ mutationem primâ facie ſignificare videntur, licèt ab eâ ſententiâ quàm maximè alieni eſſent. Sic S. Hilarius in Pſal. cxxxviii. num. xxiv. reſurrectionem vocat, *Demutationem terrenorum corporum in ſpiritalem, atque æternam naturam*, vel ut plerique codices habent, *æthercam naturam*. Sic S. Auguſtinus lib. ii. contra Fauſtum cap. xvii. *Eadem ſubſtantia corporis in cæleſtem commutabitur qualitatem*; & Serm. xii. ex quadraginta à Sirmundo

mundo editis, *Caro mortalis convertitur in corpus Angeli*. Sic S. Macarius Homil. xxxiv. de Sanctis poſt reſurrectionem ait, Εἰς θεϊκὴν φύσιν ἅπαντες μεταβάλλονται. *Omnes in divinam naturam transſmutantur*. Quis autem auditis hiſce, aliiſque ſimilibus SS. Patrum effatis, eos omnes carnis naturam, tam in glorificato Chriſti corpore, quàm in hominum poſt reſurrectionem corporibus negare non crederet, cùm tamen ipſos iis verbis abuſos fuiſſe ad exprimendam tantummodo ſtatûs, atque conditionis mutationem, nec diverſa unquam ſenſiſſe â communi Catholicæ Eccleſiæ ſententiâ, ex aliis eorundem verbis lucidiſſimè conſtet. Itaque cùm Nyſſenum quòque audimus dicentem, humanam Chriſti naturam, poſt ejus in cælos reditum, è corporeâ, & figuratâ, in incorpoream, nullâque figurâ expreſſam immutatam fuiſſe, non ita ejus verba accipi debent, quaſi nullam carnis ſubſtantiam in glorificato Chriſti corpore permanere crediderit; ſed ea cum aliis ſuorum operum locis, quæ contrariam ſententiam præ ſe ferunt, collata, benignè interpretanda ſunt, eo prorſus modo, quo ſimiles aliorum Patrum locutiones ſuperiùs memoratas explicamus, licèt & illæ primâ facie omnem carnis ſubſtantiam è glorificato Chriſti corpore nihilo minus excludere videantur.

XXX. Sed & aliâ ratione excuſari poteſt Nyſſenus; interdum enim fit, ut Patres fidei zelo ſucceſi, quædam per contentionem ſcriptis ſuis aſſerant, quæ à veritate diſcrepare, & in contrarium errorem declinare videri poſſunt, licèt nullus eorum mentibus error inſederit. Hac ſanè ratione S. Baſilius, Gregorium Thaumaturgum ab eâ purgat calumniâ, qua nonnulli, ut ſuos tuerentur errores, eundem maculare conabantur, quaſi in Fidei expoſitione ab ipſo editâ, *Patrem, & Filium, juxta mentis quidem conſiderationem duos eſſe, hypoſtaſi verò unum*, affirmaſſet. Ait enim in ejus defenſionem Baſilius epiſt. lxiv. ea verba à ſanctiſſimo Præſule prolata fuiſſe, οὐ δογματικῶς, ἀλλ' ἀγωνιστικῶς, *non dogmaticè, ſed contentioſè*, ſeu *certativè*, ut Facundus Hermianenſis interpretatur, qui hôc Baſilii exemplo ad Theodori Mopſueſteni defenſionem utitur lib. x. cap. vi. Haud immeritò itaque dici poteſt, Nyſſenum quòque contradicendi cupiditate, non verò impium dogma docendi animo, glorificatum Chriſti corpus incorporeum, & figurâ carens vocaſſe. Cùm enim Apollinaris unam eandemque carnem cæleſtem, & æternam, tam eo tempore,

quo

quo cum hominibus converſatus eſt, quàm poſt ejus reſurrectionem, & aſcenſionem in cælos, Chriſtum habuiſſe putaret, ita ut non modò ſubſtantia carnis, ſed & eadem corporis forma, pondus, craſſities, atque moles, cæteræque proprietates, quas accidentales vocant, in glorificatâ Chriſti carne perdurarent, quemadmodum Nyſſenus ipſe inferiùs cap. LVII. teſtatur; hinc factum eſt, ut idem Nyſſenus adversùs Apollinarem acriter diſputans, Chriſti carnem in cælos aſſumptam, nec in ſuis proprietatibus perſeveraſſe, nec corruptibilem, nec corpoream, nec figuratam eſſe affirmaverit; non quòd ipſe Chriſti carnem in æthercam, & cæleſtem qualitatem converſam fuiſſe putaret; ſed quòd non ita corpoream, & figuratam eſſe diceret, quemadmodum Apollinaris autumabat. Non negat ergo abſolutè Nyſſenus in glorificato Chriſti corpore ſubſtantiam, figuramque carnis; ſed ab eodem corpore excludit dumtaxat craſſitiem illam, atque figuram magìs ſenſibilem, infirmam, atque ignobilem, quæ Chriſto in ſtatu mortalitatis competebat, quamque in eodem corpore adhuc perdurare putabat Apollinaris; & propterea dicendum eſt, verba illa, quibus glorificatum Chriſti corpus omni figurâ, atque circumſcriptione ſpoliare videtur, non δογματικῶς, ſed ἀγωνιστικῶς, à Nyſſeno prolata fuiſſe, ut ab Apollinaris impietate ſe quàm maximè alienum eſſe monſtraret.

XXXI. Denique notandum eſt Nyſſenum cum Gregorio Nazianzeno, & Damaſo Romano Pontifice communionem ſemper ſervaſſe; at id fieri non potuiſſet, ſi Nyſſenus in eum lapſus fuiſſet errorem; ut Chriſti carnem cælo eliminandam eſſe credidiſſet, idque ſuis inſuper ſcriptis propugnaſſet. Etenim Gregorius Nazianzenus cùm in ejus erroris ſuſpicionem incidiſſet, in Orat. LI. ſeu in priori ad Cledonium epiſtolâ pag. 739. talia de Chriſti carne ſentientibus anathema dixit his verbis, *Si quis ſanctam carnem nunc depoſitam eſſe, nudamque ac corpore vacuam divinitatem eſſe, non autem cum aſſumptâ parte, & eſſe, & venturam eſſe dixerit, præſentiæ illius gloriam non cernat. Ubi enim nunc corpus fuerit, niſi cum eâ naturâ, à qua aſſumptum eſt? Non enim, ſcilicet, juxta Manichæorum deliria ſoli impoſitum eſt, ut per dedecus honoretur, aut in aërem, fuſum, & diſſolutum eſt, ut vocis natura, & odoris fluxio, & fulguris curſus minimè conſiſtentis. Ubi etiam illud ponemus, quòd ipſe poſt reſurrectionem contactus fuiſſe ſcribitur,*

aut ab iis, à quibus confixus eſt, aliquando videbitur? Divinitas enim per ſe oculorum obtutum fugit, verùm cum corpore quidem, ut ſentio, veniet; talis autem, qualis Diſcipulis in monte apparuit, aut obiter oſtenſus eſt, divinitate carnem ſuperante. Scripta autem fuiſſe videtur hæc epiſtola poſtquam Damaſus Papa Vitalem Antiochenum Apollinaris diſcipulum, editâ ſubdolâ fidei profeſſione, in communionem receperat; nam ut ex pag. 738. colligitur, tunc temporis de Apoſtolicæ Sedis communione Apollinaris aſſeclæ gloriabantur. At Damaſus Papa agnitâ Vitalis perfidiâ, varios anathematiſmos, à V. C. Holſtenio in parte 1. Collectionis Romanæ pag. 184. vulgatos, condidit, quibus doloſam fidei profeſſionem, ab ipſo Romæ editam disertè damnavit. Inter hos autem unus habetur adversùs eos, qui Chriſti corpus in cælis eſſe negabant, verbis hiſce conceptus, *Si quis non dixerit, quòd in carne, quam aſſumpſit, ſedet ad dexteram Patris, in qua venturus eſt judicare vivos, & mortuos, anathema ſit:* Sanctus quòque Epiphanius circa eadem ferè tempora adversùs eos, qui Chriſto in cælis exiſtenti, corpus adimere conabantur, doctiſſimè ſcripſit in hæreſi LXXVII, qui Dimœritarum eſt num. XXIII. XXIX. & XXXV. Quis autem ſibi perſuaderi poterit, Nyſſenum, qui cum Damaſo, Nazianzeno, Epiphanio, cæteriſque catholicis Orientalis Eccleſiæ Epiſcopis, qui Damaſi anathematiſmos unanimiter receperant, communionis vinculo arctiſſimè jungebatur, eam opinionem illis ipſis temporibus ſectatum fuiſſe, quibus unanimi Orientalium, & Occidentalium Epiſcoporum conſenſu damnatam fuiſſe mox vidimus. Nullus itaque de glorificatâ Chriſti carne Nyſſeni animo error inſedit, ac propterea quæ tum in Antirrhetico adversùs Apollinarem, tum in aliis ejuſdem ſcriptis primâ facie eidem errori favere videntur, ea cum aliis ſuorum operum locis, accuratè collata, benignè interpretari, atque explicari debent, quemadmodum ab Anaſtaſio Sinaita factum fuiſſe, ſuperiùs abunde monſtravimus.

XXXII. Teſtimonia adversùs Judæos, quæ Antirrheticum adversùs Apollinarem excipiunt, Nyſſeni fœtum non eſſe putant, qui de Eccleſiaſticis Scriptoribus tractarunt, eâ ratione freti, quòd in eorundem calce quædam ex Chryſoſtomo deſumpta legantur, qui poſt Nyſſeni tempora floruit. Et ſanè poſt editionem noſtram, non eſt cur ampliùs hoc opus Nyſſeno abjudicent,

ſi eò tantùm argumento nitantur; cùm verba illa Chryſoſtomi pannum eſſe, huic Nyſſeni operi aſſutum, ex Vaticano codice n. MDCCCCVII. ex quo ipſū græcè primùm edidimus, lucidè appareat. Præterea capite III. ait, Chriſtum butyro, ac melle nutritum fuiſſe, cùm Maria mater ejus à cenſu deſcenderet. Similia autem habet Nyſſenus in oratione in illud Apoſtoli, *Quando ſibi ſubjecerit omnia, tunc ipſe quòque Filius ſubjicietur eis*, cujus verba in notis ad eum locum retulimus. Nemini autem, qui in Nyſſeni ſcriptis verſatus fuerit, latere poteſt, ipſum non eadem modò ſenſa, ſed & eadem ferè verba, ſæpe diverſis in locis repetere; quare hinc etiam comprobari poſſet, ea teſtimonia non alterius auctoris, quàm Nyſſeni opus eſſe; eò præſertim, quòd in omnibus ferè, quos vidi, optimæ notæ ſcriptis codicibus, cæteris Nyſſeni operibus accenſeantur. Verùm enim verò cùm eorundem exordium totidem verbis reperiſſem apud Baſilium in libro de Spiritu Sancto cap. XVI. pag. 180. & 181. & nonnulla in eis laudari videam, quæ in Sacrorum Bibliorum textu, quod ſciam, nuſquam apparent; hinc in eam opinionem adductus ſum, ut iſtud Nyſſeni opuſculum à quibuſdam interpolatum fuiſſe credam, præſertim in ejus exordio, uti etiam ex ſecundi capitis titulo colligi poteſt.

XXXIII. De duabus ſequentibus orationibus nequaquam dubitari poſſe videtur, quin genuinum Nyſſeni opus exiſtant. Prima autem, licèt alterum S. Stephani Encomium in ſcriptis Vaticanis codicibus, quibus uſus ſum, inſcribatur; ſequenti tamen feſto habitam fuiſſe, ex ejus lectione liquidò conſtat; nam pauca de S. Stephani laudibus præfatus, ſtatim ad celebrandos SS. Apoſtolos Petrum, Jacobum, & Joannem digreditur. Magnifica autem ſunt, quæ de eiſdem, ac totius cœtûs Apoſtolici laudibus habet, præſertim de Petro Apoſtolorum Principe, quem hiſce laudibus ornat, *Celebratur Petri memoria, qui Apoſtolorum eſt caput, & una quidem cum ipſo cætera Eccleſiæ membra glorificantur; Dei verò Eccleſia in ipſo ſolidatur. Hic enim juxta prærogatiuam ſibi à Domino conceſſam, firma, & ſolidiſſima Petra eſt; ſuper quam Salvator Eccleſiam ædificavit*. Ex hac autem Nyſſeni oratione diſcimus, Eccleſiæ, cui ipſe præerat, & fortaſſe totius Cappadocum gentis inſtituto, unâ eâdemque die, quæ S. Stephani ſolemnitatem proximè ſequitur, Apoſtolorum Petri, Jacobi, & Joannis, feſtum celebratum fuiſſe. Meminit autem hujus moris non

modò hôc in loco Nyſſenus noſter ; ſed & initio alterius orationis funebris in S. Baſilium fratrem, quam hiſce verbis orditur, *Bonum impoſuit Deus ordinem anniverſariis hiſce noſtris feriis, quas per ordinatam quandam viciſſitudinem, & ſeriem his diebus & jam celebravimus, & rurſus celebramus. Ordo autem nobis ſpiritualium celebritatum, atque conventuum is eſt, quem magnus etiam Paulus docuit &c. Ait enim ille in primis quidem Apoſtolos, & Prophetas conſtitutos, & ordinatos eſſe; poſt illos verò Paſtores, & Doctores. Convenit igitur ordo ſolemnium conventuum, & celebritatum cum apoſtolicâ hac ordinatione. Sed primam celebritatem unà cum aliis non numero. Nam quę propter divinam unigeniti Filii apparitionem per partum Virginis, feſtivitas inſtituta eſt, ea non ſimpliciter ſancta celebritas eſt; ſed ſancta ſanctarum, & celebritas celebritatum. Igitur eas, quæ hanc conſequuntur, enumeremus. Primùm nobis Apoſtoli, & Prophetæ ſpiritualis cœtûs initium fecerunt &c. Sunt autem hi Stephanus, Petrus, Jacobus, Joannes, & Paulus. Deinde poſt hos, conſervato ordine ſuo, Paſtor, & Magiſter præſentem nobis celebritatem auſpicatur.* S. Baſilium intelligit, cujus feſtum primo Januarii die celebrant Græci. Nec mirum cuipiam videri debet Nativitatis Domini feſtum die xxv. Decembris Occidentalium more in Cappadociâ celebratum fuiſſe; cùm eundem morem in ſuâ quoque Eccleſia obtinuiſſe teſtis ſit S. Gregorius Nazianzenus in Orat. xxxix. in Epiphaniam pag. 632. ubi Nativitatis Domini, & Magorum adorationis feſtivitatem, de qua peculiarem orationem habuit, ab Epiphaniæ feſto diverſam fuiſſe hiſce verbis affirmat; *At Chriſti quidem nativitas aptâ ſolemnitate priùs tùm à feſti duce, & auſpice, tum à vobis, atque adeo ab omnibus, tam qui in mundo verſantur, quàm qui mundo ſublimiores ſunt, celebrata eſt &c. Nunc verò alia Chriſti actio, aliudq; myſterium ſequitur.* Hinc autem colligimus Chryſoſtomi verba in ſermone xxxv. de Chriſti nativitate tom. v. ejus operum pag. 466. quibus ante decem annos idem feſtum, ſeorſim ab Epiphaniâ, die xxv. Decembris celebrari cœptum fuiſſe teſtatur, intelligenda eſſe de Antiocheni Patriarchatûs Eccleſiis, in quibus Ægyptiorum more unâ eâdemque die Epiphaniæ, & Nativitatis feſtum antiquitus agebatur; nam Antiochenæ Eccleſiæ Presbyter erat Chryſoſtomus, quo tempore eam orationem habuit, ut Combefiſius oſtendit in notis ad Joannis Nicæni epiſtolam tom. II. Auctarii Bibliothecę Patrum pag. 311.

Notandum tamen eſt, in Nyſſeni oratione de Baſilii laudibus Paulum, cum Petro, Jacobo, & Joanne conjungi, cujus in eo, quod primi edimus, S. Stephani encomio nulla mentio eſt, eâ fortaſſe de causâ, quòd id moris eſſet in Cæſarienſi Eccleſia, in qua orationem illam habitam fuiſſe, haud inani conjecturâ ex quibuſdam ejuſdem orationis locis colligit Hermantius in S. Baſilii vitâ lib. VIII. cap. IX. Similis mos in Gallicanis Eccleſiis vigebat, quas, hac eâdem die SS. Joannis, & Jacobi Apoſtolorum feſtum celebraſſe conſtat ex Miſſali Gothico, quod ſacrorum rituum ſcientiſſimus Joſeph Maria Thomaſius inter Sacramentorum codices Romanis typis primus edidit, & ex alio Miſſali Francorum, quod Clariſſimus Mabillonius in Muſæo Italico vulgavit.

XXXIV. Agendum modò nobis eſt de quatuordecim S. Gregorii Nyſſeni elegantiſſimis epiſtolis, quas Vaticanæ Bibliothecæ codex num. CCCCXXIV. ſuppeditavit. Harum prima feſtalis epiſtola eſt ad Euſebium quendam ſcripta, quem illum ipſum eſſe conjicio, cui inſcribitur S. Baſilii epiſtola inter editas num. XI. in qua ſe communem cum ipſo domum, focum, pædagogum, aliaque omnia habuiſſe teſtatur. Veriſimile enim eſt, hunc Gregorii etiam Nyſſeni, atque alterius Gregorii Nazianzeni ſodalem, amicumque fuiſſe; ideoque fieri poſſe arbitror, ut ad eundem ſcripta fuerit Nazianzeni epiſtola CLXXI. in qua de Euſebii cujuſdam nuptiis gratulatur, cùm in jam memoratâ Baſilii epiſtolâ nil reperiatur, unde Euſebium illum, ut Hermantius conjecit in vitâ S. Baſilii lib. I. cap. XIII. Epiſcopum fuiſſe clarè dignoſcamus. Porrò tota hæc epiſtola in reddendâ myſticâ causâ verſatur, cur nocte quidem ad longitudinis ſummum provectâ, Chriſtus naſci voluerit, tunc verò è mortuis reſurrexerit, cùm noctes diebus æquantur. Ejus autem ſcribendæ occaſionem præbuit mos, in Oriente tunc temporis vigens, quo in Paſchatis, atque Natalis Dominici ſolemnitatibus munuſcula quædam viciſſim Chriſtiani mittere ſolebant, quò mutuam benevolentiam teſtatam facerent. Hujus moris ſervandi causâ, epiſtolam hanc pietate refertam, muneris loco Nyſſenus ad Euſebium miſit, eo prorſus pacto, quo Baſilium fratrem, & Gregorium Nazianzenum ejuſdem generis literas ad amicos ſcripſiſſe in noſtris ad eam notis obſervavimus.

XXXV. Secunda epiſtola ad Sebaſtenos ſcripta eſt, quibus ſuſpecta erat Nyſſeni in aliquibus fidei capitibus ſententia. In

hac autem epiſtolâ de accuſatoribus primò Nyſſenus conqueritur, deinde rationem reddit, cur Marcellianos in ſuam communionem admiſerit; demum orthodoxorum quorundam rogatu fidei profeſſionem edit, in quâ trium Sanctiſſimæ Trinitatis perſonarum diſtinctionem adſtruit, & omnem hæreſeos ſuſpicionem a ſe removet. Plura autem hactenus incognita ex hac epiſtolâ diſcimus, & primò quidem Nyſſenum iiſdem ferè, ac Baſilium fratrem, calumniis obnoxium fuiſſe. Sanctus enim Baſilius in epiſtolis LXXIII. LXXX. & CCCXLV. crimini ſibi datum fuiſſe refert, quòd tres Deos diceret, Sabellii errores ſequeretur, & de Spiritûs ſancti divinitate nō bene ſentiret. Atqui de his ipſis criminibus in hac epiſtolâ ſeſe purgat Nyſſenus; ſiquidem anathema illis dicit, qui duos, vel tres Deos, vel tres divinitates admitterent, quique ex non entibus Filium, vel Spiritum Sanctum factum fuiſſe affirmarent. Plura etiam habet de trium Sanctiſſimæ Trinitatis perſonarum diſtinctione, deque Spiritûs Sancti divinitate, quam eâdem prorſus ratione comprobat, ac S. Baſilius in epiſtola CCCLXXXVII. nempe, in eam fidem à nobis credendum eſſe, in quam baptizati ſumus; & quemadmodum juxta Domini noſtri mandatum, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti baptiſmus celebratur, nec ad æternam vitam quempiam regenerari poſſe credimus, ſi una ſanctiſſimæ Trinitatis perſona, qualiſcumque illa ſit, in ſalutari baptiſmo prætermittatur, ita nec æternæ ſalutis compotes eſſe poſſimus, ſi aliquâ de eiſdem perſonis divinis omiſsâ, in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum non credamus.

XXXVI. Quod attinet ad alterum accuſationum caput de Marcellianis inexploratò, & ſine debitâ deliberatione à Gregorio Nyſſeno ad eccleſiaſticam communionem admiſſis, idem quòque Baſilio crimini datum fuiſſe, ex ejus epiſtolâ CCCXXI. liquet. Celebre eſt apud Eruditos Marcelli Ancyrani nomen. Hic in Nicæna Synodo acriter cum Ario dimicavit; mox adverſùs librum ab Aſterio quodam Sophiſtâ in Arianæ hæreſeos defenſionem editum, confutationem elucubravit, cùmque eo in opere contradicendi cupiditate in contrarium errorem labi viſus eſſet, Euſebiani hac occaſione Arii damnationem ulciſcendi libenter arreptâ, Marcellum unà cum ejus libro, tum in Conſtantinopolitanâ Synodo anno CCCXXXVI. celebratâ, tum etiam in aliis Synodis poſtmodum habitis, damnari, & à Conſtantino Magno, atque à Conſtantio

ejus

ejus filio ab Epiſcopatu deturbari curarunt. Adfuit exulanti Marcello Julius I. eumque unà cum Athanaſio Romam venientem, poſt editam catholicæ fidei profeſſionem, quam Epiphanius in hereſi LXXII. integram refert, in priſtinam dignitatem reſtituit. Hinc nova Euſebianorum odia, novæque Marcelli damnationes, quibus ut tandem aliquando finis imponeretur, coacta apud Sardicam Oecumenica Synodus anno æræ chriſtianæ CCCXLVII. Julii Papæ de Marcello judicium juſtum, legitimumque fuiſſe declaravit, refragrantibus Euſebianis, qui ſeceſſione ab Occidentalibus factâ, coactoque in Philippopolitanâ Urbe conciliabulo, Marcellum rurſus unà cum S. Athanaſio, & aliis Epiſcopis, qui cum eodem communicabant, anathemate percuſſerunt, & eò uſque ab eorum Eccleſiis arceri curarunt, quoad Conſtantius Conſtantis fratris metu, liberam ad eas redeundi facultatem ipſis conceſſit. At Marcello Ancyram reverſo, Eccleſiæ illi diutiùs præeſſe non licuit. Sanctus enim Athanaſius, Marcellum, *Ubi quædam alia nova*, inquit Hilarius in fragmentis cap. II. num. XXII. *miſcere ſenſit*, *& ambiguis prædicationibus*, *ejus in quam Photinus erupit*, *doctrinæ viam quærere*, *à ſuâ communione ſeparavit*; & ut Sulpitius Severus ait in Hiſt. Eccl. lib. II. *Habuit* Marcellus *hanc verecundiam*, *ut tanti viri judicio notatus*, *ſponte concederet*, hoc eſt, ut iterum Hilarii verbis loquar, ultro ſeſe Epiſcopatu abdicavit, ſine ullâ Synodi auctoritate. Geſta hæc fuiſſe videntur circa annum æræ Chriſtianæ CCCL. ut alibi oſtendimus. Et Orientales quidem ex hoc Athanaſii facto tum Sardicenſis Concilii auctoritatem elevandi, tum etiam à Marcelli communione penitus recedendi occaſionem arripuiſſe affirmat Hilarius loco ſuprà memorato; Athanaſii verò diſſidium ad breve tempus duraſſe, vel inde conſtat, quòd eundem ſuis in operibus paſſim excuſat, ac nominatim in epiſtolâ ad Solitarios non ante annum CCCLVII. ſcriptâ, ut multis probat Dionyſius Petavius in diſſert. de Photini damnatione cap. III.

XXXVII. Interea dum Marcellus, Epiſcopatu depoſito, privatam vitam agebat, & non pauci Orientalis Eccleſiæ Epiſcopi ab ejus communione abſtinebant, Cæſarienſis Eccleſiæ infulis admotus fuit S. Baſilius, Gregorii Nyſſeni frater, qui ab ipſo ſuî Præſulatus exordio adversùs hæreſim Marcello tributam invehi cœpit, utpote qui Meletii Antiocheni, ut ex ejus epiſtolâ CCCXXV. conſtat, & aliorum Orientis Epiſcoporum partes ſequeretur,

retur, licèt Arianæ hæreſeos ſuſpicione apud Occidentales laborarent. Hinc Athanaſium Alexandrinum, de mittendâ ad Damaſum Romanum Pontificem legatione, per literas conſulens, eundem, quem præcipuum Marcelli defenſorem eſſe non ignorabat, enixè rogavit, ut apud Occidentales de damnandâ Marcelli hæreſi ſedulò ageret, ut in ejus epiſtolâ LII. legimus. Marcellum quòque hæreſeos accuſat, tum in fidei profeſſione, quam ab Euſtathio Sebaſteno anno CCCLXXII. ſubſcribi curavit, tum in epiſtolâ LXIII. ad Neocæſarienſes eodem ferè tempore miſsâ, tum denique in epiſtolâ LXXIV. ad Occidentales, quæ multorum Orientis Epiſcoporum nomine ſcripta fuiſſe videtur. At verò Athanaſius Alexandrinus, & Epiphanius Conſtantiæ Cypri Epiſcopus, atque Paulinus Antiochenus, qui cum Occidentalibus arctiori quàm cæteri Orientis Epiſcopi, communionis vinculo jungebantur, Marcellum, quem Apoſtolica Sedes, & Sardicenſis Synodus abſolverat, pro virili tuebantur. Sanctum enim Athanáſium etiam poſt privatæ ſuæ communionis ſubtractionem Marcellum excuſaſſe ſuperiùs vidimus, Epiphanius verò numquam apertè Marcello hæreſeos notam inuſſit, deque ejus fide recta ne an falſa eſſet, nil definire voluit, ut ex ejus hæreſi LXX. liquet: denique de Paulino Antiocheno, quòd Marcelli aſſeclas promiſcuè ad ſuam communionem admitteret, apertè conqueritur S. Baſilius in mox laudatâ epiſtolâ LXXIV. ad Occidentales prope finem.

XXXVIII. Quin etiam ad tuendum, defendendumque Marcellum momenti plurimum attulit, quod, ipſo juxta Epiphanii calculum in hæreſi LXXII. anno circiter CCCLXXIII. jam defuncto, accidit. Siquidem Presbyteri nonnulli ejus diſcipuli cum aliis Clericis, qui Ancyræ ſeorſim à cæteris, vivente Baſilio, atque Athanaſio, in Marcelli locum ſuffectis, eccleſiaſticos cœtus agebant; Epiſcopos non paucos Valentis Imp. juſſu apud Diocæſaream Paleſtinæ Urbem jam ab anno CCCLXXI. quo S. Athanaſius obiit, exulantes, convenere anno circiter CCCLXXV. ut Hermantius in lib. VII. Vitæ S. Baſilii cap. XV. rectè conjecit, & eorundem communionem adepti ſunt, tum quòd à S. Athanaſio ſe numquam damnatos fuiſſe, prolatis communicatoriis ejuſdem literis, docuerint; tum potiſſimùm quia editâ fidei profeſſione, quæ integra ab Epiphanio, ſequenti anno adversùs hæreſes ſcribente, refertur, ſeſe ab omni hæreſeos ſuſpicione abunde purgaverint. Marcel-

celliani itaque communicatoriis horumce Confeſſorum literis freti, ut in Catholicorum numero haberentur, à cæteris Orientis Epiſcopis poſtularunt. Et multæ quidem hac de cauſâ in Orientis Eccleſiis turbæ excitatæ fuiſſe videntur, nonnullis, ſcilicet, Confeſſorum factum probantibus, aliis verò eos à Marcellianis deceptos fuiſſe contendentibus. Baſilius ſanè Cæſarienſis Antiſtes in epiſtolâ ccxcııı. ad eoſdem Confeſſores ſcriptâ, eos de damnatâ quidem Apollinaris hæreſi laudat, de Marcellianis verò in communionem receptis acriter increpat, idque etiam feciſſe Gregorium Nyſſenum, alioſque Orientis Epiſcopos dubitari non poteſt.

XXXIX. Teſtis eſt idem Nyſſenus in epiſtola, quam illuſtrare conamur, Orientalis Diœceſeos Epiſcopos, eos nempe, qui Antiocheno Præſuli parebant, & fortaſſe cum Paulino, quem Marcello faviſſe vidimus, communicabant, cùm diſſidii hujus inter Confeſſores, alioſque Epiſcopos exorti, notitiam habuiſſent, ab ipſo poſtulaſſe, ut accuratè in Marcellianorum receptionem inquireret, ſuamque de eâdem re ſententiam promeret; nec à vero procul eſſe videtur, eoſdem ad Baſilium quòque Nyſſeni fratrem, & cæteros Orientis Epiſcopos eâdem de re literas dediſſe, ut hac ſaltem in parte Eccleſiæ, nimiùm alioqui turbatæ, pax redderetur. Baſilium ſanè, reſponſo ab exulantibus Epiſcopis accepto, ſententiam mutaſſe, & Marcellianos, quos antea acriter inſectatus fuerat, in Catholicorum numero tandem habuiſſe, ex ejus epiſtolâ cccxxı. ad Petrum Alexandrinum lucidiſſimè apparet. Nyſſenum quòque, maturâ deliberatione hábitâ, communionem ſuam eiſdem impertitum fuiſſe, idque ipſum Orientis Epiſcopos comprobaſſe, ex hac, quam primi edimus, ejuſdem epiſtolâ diſcimus. Porrò in modò memoratâ Baſilii epiſtolâ legimus, Galatas Marcellianorum receptionem ægrè ferentes, multas eâ de cauſâ Baſilio turbas concitaſſe, unde factum fuiſſe videtur, ut Baſilius datis ad Petrum Alexandrinum literis, quarum paulò ante mentionem fecimus, quidnam de illis agendum ſibi videretur, poſtularet. Non defuere qui Nyſſenum etiam criminarentur, quòd à Niceni Concilii fide deſciſceret, & cum Marcellianis communicaret. Sed Petrum quidem Alexandrinum Baſilio adſtipulatum fuiſſe, ex ejus reſponſivis ad Petrum literis toties memoratis apparet. Nyſſenus verò aliis apologeticis literis ſeſe ab adverſario-

rum

rum calumniis purgaſſe, in hac ipsâ ad Sebaſtenos epiſtolâ teſtatur. Denique Baſilium quòque ad Galatas in ſuî defenſionem literas dediſſe conjicimus ex ejus epiſtolâ cccxxi. ad Petrum Alexandrinum, in qua ſic ait, *Galatis, qui frequentes mihi turbas concitarunt, adhuc non potui quicquam reſpondere, quòd veſtrum de hac re judicium expectarem. In præſenti autem, ſi Dominus voluerit, ipſique nobis aſſenſerint, ſpes eſt nos poſſe populum ad Eccleſiam reducere, ut ne poſſint illud nobis in os reponere, ad Marcellianorum partes nos acceſſiſſe, ſed membra illos extitiſſe illius Eccleſiæ, quæ eſt corpus Chriſti; ita ut malitioſa de hæreſeos crimine calumnia, quaquaverſum diffuſa, per noſtram receptionem deleatur, nec ampliùs nos pudere debeat, quòd eorum partes ſecuti ſimus*. Galatas autem frequentes ſibi turbas concitaſſe ait Baſilius, non tam ad Marcellianorum receptionem reſpiciens, quàm ad Galatas illos, qui ab Euſtathio Sebaſteno Sebaſtiam acciti fuerant, & cum Baſilio nequaquam communicabant, quorum mentio habetur in Baſilii magni epiſtolâ lxxxv. vel potiùs ad diſſidium illud, quod ipſi cum Athanaſio Ancyrano, Euſtathii Sebaſteni calumniis, ut rectè Hermantius conjicit, in libro vi. Vitæ S. Baſilii cap. ix. nimiùm credenti, interceſſit, de qua re meritò in epiſtolâ liii. & ſequenti conqueritur. Cæterùm quid poſtea in Marcellianorum negotio à Baſilio factum fuerit, ignoramus, cùm inter ejus opera nil reperiatur, unde iſtarum rerum, quæ in poſtremis ejus vitæ temporibus evenere, notitiam haurire poſſimus. Nyſſeno tamen priores ſuas apologeticas literas ad obſtruenda calumniantium ora ſatìs non fuiſſe, inde patet, quòd novas literas in ſuî defenſionem ad Sebaſtenos illos ſcribere coactus fuerit, qui, Baſilio teſte in epiſtolâ viii. & cclxiv. cum Euſtathio nequaquam communicabant, quoſque detractorum calumniæ in eam ſuſpicionem adduxerant, ut de rectâ Nyſſeni in fidei rebus opinione dubitarent; quæ quidem literæ alias Baſilii fratris, ut vidimus mirificè illuſtrant, atque inſuper præſtant, ut non ampliùs tot hactenus ignoratarum rerum notitiâ careamus.

XL. De tertiâ Nyſſeni epiſtolâ, in qua reditum quendam ſuum ad Eccleſiam divinitus ſibi commiſſam deſcribit, hîc tantùm repetere poſſum, quod in meis ad ipſam notis obſervavi, ſcriptam, ſcilicet, fuiſſe videri, vel poſt Conſtantinopolitanam primam Synodum, vel eo tempore, quo Nyſſenus ab exilio reverſus

ſus eſt. Quis enim crederet, redeuntem Epiſcopum eo cum honore, cumque iis lætitiæ ſignificationibus, quæ in hac epiſtolâ deſcribuntur, exceptum fuiſſe, niſi vel diuturno tempore procul ab Eccleſiâ extitiſſet, vel poſt egregiam aliquam operam Eccleſiæ navatam, ad ſedem ſuam reverſus eſſet? Si prior conjectura placet, ſcripta eſt hæc epiſtola anno CCCLXXXI. deſinente; ſin verò poſterior conjectura magìs arriſerit, dicendum eſt, ſcriptam fuiſſe, vel paulò ante Valentis obitum, vel ſtatim ab ejus morte, quæ contigit die IX. Auguſti anno CCCLXXVIII. Quartam, & quintam epiſtolam Cynegio Nyſſeni amiciſſimo Viro, ut patet ex ejuſdem epiſtolis nonâ, & decimâ ſcriptam fuiſſe conjicimus. In priori enim ait, eum, cui Syneſium conſanguineum ſuum, hactenus nobis ignotum, capitalis criminis reum commendat, virum fuiſſe, cui de vitâ, ac morte ſuffragium ab Imperatore concreditum fuerat: in ſecundâ verò, quæ pariter commendatitia eſt Alexandri cujuſdam ſibi amiciſſimi viri, ſenem ſe eo, quo ſcribebat tempore, fuiſſe aſſerit. Cynegius autem Prætorii Præfecturam in Oriente geſſit ab anno CCCLXXXIV. ad annum CCCXC. ut ex pluribus Theodoſiani codicis legibus colligit accuratiſſimus Dionyſius Gothofredus in Proſopographiâ, & in Notitiâ dignitatum ejuſdem codicis, quo ſanè tempore ad ſexageſimum ferè ætatis annum Nyſſenus pervenerat. Octavæ epiſtolæ argumentum deſumptum eſt ex quibuſdam Homeri Odyſseæ verbis, quod & interdum Baſilium feciſſe ex ejus epiſtolâ CCCLVI. liquet. Hæc autem epiſtola ſcripta eſt à Nyſſeno, cùm ſenex admodum eſſet, ad eruditum quendam juvenem cappadocem, vel in Cappadociâ commorantem, qui Nyſſenum, peragre agentem, ſuis literis patri commendaverat. Nona epiſtola, ut ex ejus contextu apparet, ſcripta fuit ad Cappadocem virum, in quodam Ponti loco degentem, ut eum in patriam ad Paſchatis ſolemnitatem ſecum celebrandam accerſeret. Moris enim tunc erat amicos ad celebriores dies feſtos, præſertim Paſchatis, ſimul agendos invitare, ut patet ex Nazianzeni epiſtolis XCIX. C. & CII. ad Eulalium, junctis epiſtolæ CCXXX. ad Palladium. In hac autem epiſtolâ de feritate, atque aſperitate morum, qua Cappadoces laborabant, Nyſſenus conqueritur.

XLI. Decima atque undecima epiſtolâ tunc temporis à Nyſſeno ſcriptæ fuiſſe videntur, cùm eloquentiæ artes, Nazianzeno teſte in epiſtolâ XLIII. publicè profitebatur. His autem Nyſſenus

ad

ad alias duas literas reſpondet, quas à S. Baſilii fratris magiſtro acceperat; qui non alius eſſe videtur, quàm Libanius ſophiſta, tot adhuc ſuperſtitibus elegantiſſimis ſcriptis celeberrimus. Nam auctor eſt Socrates lib. iv. Hiſt. Eccleſ. cap. xxvi. & Sozomenus lib. vi. cap. xxvii. Baſilium, atque Gregorium Nazianzenum, Himerii, Prohæreſii, & Libanii diſcipulos extitiſſe. At de Himerio multùm vereor, ne perperam id Socrates, & Sozomenus affirment; nam teſtis eſt Eunapius Sardianus in Philoſophorum vitis paginâ mihi 109. Pontum univerſum, ac finitimas gentes Prohæreſio, apud Athenas docenti, diſcipulos ſubmiſiſſe. Oportet itaque hanc epiſtolam, aut Prohæreſio, aut Libanio ſcriptam fuiſſe. Atqui Prohæreſius eodem Eunapio teſte pag. 126. Chriſtianæ fidei jam ante Juliani Imperatoris tempora nomen dederat; has verò epiſtolas ad ethnicum aliquem eloquentiæ magiſtrum miſſas fuiſſe, ex ejuſdem lectione clarè colligitur, & quamvis fieri poſſit, ut Prohæreſio, antequam Chriſtianus fieret, has epiſtolas Nyſſenus dederit, attamen cùm Baſilius ipſe in epiſtolâ cxlvi. ſe Libanio operam dediſſe referat antequam Athenas iret, idque ipſum Libanii aſſertione in epiſtolâ cxliii. inter Baſilii epiſtolas confirmetur; propterea dicendum videtur, vel hoc nomine, quòd Prohæreſium in docendo Baſilio Libanius præceſſerit, haud immeritò ejuſdem magiſtrum κατ᾽ ἐξοχὴν, à Nyſſeno vocari potuiſſe, & conſequenter non Prohæreſio, ſed Libanio, qui ſummâ cum laude ſophiſticam iiſdem temporibus exercebat, à Nyſſeno duas haſce epiſtolas ſcriptas fuiſſe. Porrò earundem prima reſponſiva eſt ad Libanii epiſtolam, in qua Nyſſeni eloquentiam debitis laudibus proſequebatur. Ejus ſcribendæ auctor fuit Cynegius ille, quem ſub Theodoſio Auguſto Prætorii Præfecturam in Oriente geſſiſſe ſuperiùs vidimus, quiq; eo tempore, quo Nyſſenus has duas epiſtolas exaravit, Libanio magiſtro ad eloquentiam ſibi comparandam utebatur. Hunc enim Libanii amiciſſimum fuiſſe, eidemq; domum ſuam venienti, cùm Præfecti Prætorii munere fungeretur, unico exemplo obviam iviſſe, teſtis eſt idem Libanius in Orat. adverſùs ingrediẽtes Magiſtratuum domos pag. 97. ex editione Gothofredi. Poſterior etiam epiſtola reſponſiva eſt ad aliã Libanii, in cujus fine docẽdi munus ſe ideo deſerturum comminabatur, quòd juvenes, neglecto rhetorices ſtudio, belli artibus operam darent, & militare ſtipendium ſcitè eleganterque loquendi gloriæ preferrent.

 Hanc

Hanc Libanii epiſtolam ſibi redditam fuiſſe Nyſſenus ait, in Cappadocum metropoli, Cæſareâ, ſcilicet, quò fortè venerat; & quidem Kalendis Januariis, qua die amicos dona ſibi invicem benevolentię ergo mittere ſolebant, ipſomet Libanio teſte in ἐκφράσει καλανδῶν tom. 1. ejuſdem operum edit. Morellianæ pag. 178. quæ hanc Nyſſeni epiſtolam non mediocriter illuſtrat. Hinc autem Libanii literas laudandi occaſione ſumptâ Nyſſenus, eas loco muneris, & quidem auro, gemmiſque pretioſioris, ſibi fuiſſe ait, ac præterea eundem Libanium rogat, ut docendi munus non deſerat, & Cynegium vel invitum curet eloquentiæ ſtudiis incumbere. Cæterùm inter Libanii epiſtolas adhuc ineditas, quæ ſupra duarum chiliadum numerum in Vaticanâ Bibliothecâ ſervantur, nulla Gregorio Nyſſeno inſcripta reperitur, quamobrem, ſi has epiſtolas Libanio miſſas fuiſſe rectè conjecimus, hinc etiam diſcere poſſumus, non omnes ab eximio illo rhetore ſcriptas epiſtolas, in antiquiſſimis earundem collectionibus contineri. In duodecimæ epiſtolæ initio, quę cuinam ſcripta fuerit, ignoramus, ſeſe excuſat Nyſſenus, quòd libros à ſe adversùs hæreſim editos, non antea mittere potuerit ob librariorum penuriam, quo Cappadoces laborabant, de qua etiam clarè conqueritur S. Baſilius in fine epiſtolæ CLXVII. & ſuboſcurè in epiſtolâ CCCXLI. Videtur autem loqui Nyſſenus nòn de Antirrhetico adversùs Apollinarem, ſed de tredecim ejus libris adversùs Eunomium; prioris enim operis, non admodum prolixi, exemplar unum facilè Nyſſenus conficere potuiſſet, non item ſecundi, quòd longiſſimum eſt. Hæc itaque epiſtola paulò poſt Conſtantinopolitanam I. Synodum ſcripta fuit; nam uno ante ejus Synodi celebrationem anno libros illos edidiſſe Nyſſenum, ſcitè probat Hermantius in Vitâ S. Baſilii lib. VIII. cap. XXIII. Porrò Nyſſenus ait, juvenem, fideique catholicæ acerrimum defenſorem illum fuiſſe, ad quem libros ſuos miſit; quamobrem auctor ipſi eſt, ut de difficilioribus quibuſque locis, quæ inter legendum occurrent, Viros divinarum rerum peritos conſulat, eoſque evitet, qui pilæ luſorum inſtar, callidis conſiliis, ceu ſimulatis pilæ jactibus, amicos decipiunt; & hac occaſione trigonalis pilæ ludum, vel alium eidem planè ſimilem, eleganter deſcribit, ejuſque verba non modicam lucem iis afferunt, quæ de eo ludi genere Eruditiſſimi prophanarum antiquitatum Scriptores tradunt.

XLII. Sequitur epiſtola XIII. quam Nicomedienſi Eccleſiæ paſtore orbatæ, & idcirco in plures factiones diſciſſæ, ſcriptam fuiſſe pluribus argumentis evincitur. Primò enim ait, Urbem illam, ad cujus cives ſcribit, regiam olim ſedem fuiſſe, & totius provinciæ principatum obtinuiſſe, antequam vicina ipſi urbs eſfloreſceret; hoc autem de Nicomediâ intelligi debet, quæ olim quidem Bithyniæ Regum ſedes extiterat, & poſterioribus temporibus à Diocletiano in Imperii ſedem delecta fuerat; deinde verò vicinâ Nicææ urbe in Bithyniæ partis metropolim evectâ, multum priſtini ſplendoris, atque dignitatis amiſerat, ut in noſtris ad hanc epiſtolam notis obſervavimus. Præterea ait Nyſſenus ejuſdem Urbis, de qua loquitur, ædificiorum pulchritudinem, atque magnificentiam periiſſe; quod etiam de Nicomedia intelligi debet, quam ędificiorum ſplendore, atque multitudine Urbi Romæ parem reddere conatus eſt Diocletianus, ut Lactantius ait in libro de Mortibus perſecutorum cap. VII. quæque Datiano, & Cereale Coſs. anno ſcilicet æræ Chriſtianæ CCCLVIII. repentino terræ motu funditus ſubverſa fuit, vicinis urbibus ex parte ſervatis, quemadmodum refert Ammianus Marcellinus lib. XVII. cap. XIII. Idatius in Faſtis, Socrates in Hiſt. Eccl. lib. II. cap. XXXIX. Hieronymus in Chronico, & Libanius in Monodiâ de ejuſdem urbis ſubverſione; quin & reliquam Nicomediam, Juliano imperante, novo terræ motu collapſam fuiſſe, idem Ammianus Marcellinus lib. XXI. cap. XXXI. teſtatur. Denique in hac epiſtolâ mentio fit Patricii, & Euphraſii quondam Epiſcoporum Eccleſiæ illius, ad cujus fideles ſcribit Nyſſenus; & quamvis prioris nulla, quod ſciam, mentio in antiquis ejuſdem ævi monumentis habeatur, poſteriorem tamen Nicomedienſem Epiſcopum fuiſſe, & Conſtantinopolitanæ I. Synodo interfuiſſe ex ejuſdem ſubſcriptionibus liquet. Dubitari itaque non poteſt ſcriptam fuiſſe hanc epiſtolam ad Nicomedienſem Eccleſiam, Euphraſii obitu vacantem, & quidem poſt Oecumenicam Conſtantinopolitanam I. Synodum, cui Euphraſius interfuit, cùm poſt ejus obitum antiquæ fidelium diſſenſiones in Eccleſiâ illâ acriùs, quàm antea, invaleſcerent; quas, dum hac epiſtolâ componere ſtudet Nyſſenus, fortiſſimis rationibus evincit, in Epiſcopi electione non tam mundanæ nobilitatis, atque potentiæ, quàm animi virtutum rationem habendam eſſe. Præclara ſunt hæc Nyſſeni verba, *Multùm expedire arbitror, ut in*

Epiſcopi electione quod juſtum rectumque eſt; præ oculis habeatur; ut nempe idoneus ad eam dignitatem promoveatur; genus autem clarum, divitias, & mundanæ nobilitatis ſplendorem, Epiſcopi dotibus annumeranda eſſe, nunquam Apoſtolicâ ſanctione ſtatutum fuit; veruntamen ſi hæc omnia ultro, & non quæſita in Epiſcopo reperiantur, ea utique, velut umbram caſu, & fortuitò comitantem, non rejicimus, ſed nihilo ſeciùs, quæ præſtantiora hiſce rebus ſunt, animi, ſcilicet, dotes majori in pretio habebimus, tametſi illis omnibus caruerint. Et paulò poſt. *Quidnam Urbi Romæ antiquis temporibus magìs conducebat, nobilemne aliquem, atque faſtu tumentem Senatorii ordinis virum in Eccleſiæ Præpoſitum accipere, an potiùs Petrum piſcatorem, cui nil ad gloriam ex mundanis rebus ſuppetebat? Quæ domus, qui famuli, quæ poſſeſſiones proventibus ſuis rerum omnium affluentiam ſuppeditantes; ſed peregrinus homo, domo, & victu carens, ditior illis erat, qui omnia poſſidebant, quia nil poſſidendo, Deum totum obtinuit.* Affert inter alia Cappadocum, & Meſopotamiæ incolarum exemplum, qui non nobilem quempiam, aut potentem virum in primum ſuarum regionum Epiſcopum elegerunt; ſed Thomam Apoſtolum, & Longinum Centurionem, qui lanceâ Chriſti latus in Cruce perfodit, cujus rei neſcio an apud alium veterem Scriptorem mentio habeatur; ait enim, *Ita & Meſopotamiæ incolæ, etſi inter ipſos ditiſſimi Satrapiarum rectores eſſent, attamen Thomam cunctis digniorem eſſe cenſuerunt, quem ſibi ipſis præficerent. Ita & Titum Cretenſes, & Hieroſolymæ cives Jacobum in Epiſcopum elegerunt; noſque Cappadoces Centurionem illum, qui paſſionis tempore divinitatem Domini faſſus eſt, tametſi multi tunc temporis apud nos eſſent illuſtres genere, & nutritores equorum, quique primas in Senatu partes obtinerent.* Legimus apud Sozomenum lib. VIII. Hiſt. Eccl. cap. VI. Gerontium quendam Mediolanenſis Eccleſiæ Diaconum medicæ artis peritum, cùm ob facinus quoddam injunctam ſibi à divo Ambroſio pœnitentiam agere renuiſſet, in Conſtantinopolitanam urbem migraſſe, ubi captatâ potentium quorundam Aulicorum amicitiâ, non multò poſt eorundem operâ, atque favore ab Helladio Cæſarienſi Epiſcopo, cujus filio militare munus comparaverat, Nicomedienſi Eccleſiæ Epiſcopū ordinatum fuiſſe; idq; cùm reſciviſſet Ambroſius, ad Nectarium Conſtantinopolitanum Epiſcopum ſcripſiſſe, ut eidem ſacerdotium adimeret; cumque Nectarius, reluctantibus Nicomediæ civibus, morem Ambroſio

nunquam gerere potuiſſet, à Joanne tandem Chryſoſtomo eundem Gerontium depoſitum fuiſſe, ſuffecto in ejus locum Panſophio uxoris Archadii Auguſti pædagogo. An autem Gerontius iſte eo tempore Nicomedienſis Epiſcopus ab Helladio factus fuerit, quo ad eoſdem Nicomedienſes Epiſcopo orbatos ſcripſit Nyſſenus, alii videant; nam quamvis tempora conveniant, tamen de re perobſcurâ, valdeque incertâ quidpiam in præſenti definire non auſim.

XLIII. In decimâ quartâ epiſtolâ de miſero vitæ ſuæ ſtatu, de adverſariorum ſuorum inſidiis, deque perverſis ſuorum temporum moribus latè conqueritur Nyſſenus. Scripta autem fuiſſe videtur quo tempore ab Eccleſiâ ſuâ Valentis Imp. juſſu exulabat: ait enim ſe chariſſimis, jucundiſſimiſque rebus deſtitutum in bellis verſari, & eos, quos deſerere coactus fuerat, filios extitiſſe, quos per ſpirituales ſuos dolores Domino parere meruerat, quique dilectionis vinculo ſecum conjungebantur, & difficillimis perſecutionum temporibus, quantumvis gravibus ærumnis vexati, benevolentiæ tamen erga ſe ſuæ majorem ſemper cumulum addiderant. Deſignare autem in hac epiſtolâ videtur Nyſſenus Euſtathii Sebaſteni aſſeclas, aut potiùs Macedonianos, qui poſt eorum celebrem legationem anno CCCLXVI. Liberio miſſam, cum Catholicis promiſcuè communicabant; hi enim calumnias orthodoxis nunquam non ſtruebant, & oris corporiſque habitu ad modeſtiam ſuperſtitioſè compoſito, exquiſitâ etiam veſtium concinnitate morum probitatem, qua alioquin præditi erant, putidè nimis affectabant. Huc reſpexiſſe videtur Gregorius alter Nazianzenus Epiſcopus in orat. XLIV. pag. 711. ubi poſt commendatos eorum mores, hæc habet, Καὶ τοσοῦτον ὑμᾶς αἰδοῦμαι τὴν εὔκοσμον ταύτην στολὴν, καὶ τὸ χρῶμα τῆς ἐγκρατείας &c. *Adeo vos amplector atque exoſculor, adeo concinnam hanc veſtram, & compoſitam veſtem revereor, & contractum ex continentiâ colorem &c.* Eos quòque rigidiſſimos Orthodoxorum cenſores extitiſſe teſtatur S. Baſilius in capite ultimo libri de Spiritu Sancto, ubi miſerum Orientis Eccleſiarum ſtatum deſcribens, hæc ait, *Refrigeratâ omnium charitate, ſublata eſt fratrum conſpiratio, concordiæ verò etiam nomen ignoratur. Sublatæ ſunt autem etiam amicæ admonitiones, nuſquam viſcera humana, nuſquam lacryma ex condolentiâ. Non eſt qui infirmum in fide ſuſcipiat, ſed tantum odium inter contribules exarſit; ut quiſque magis*

de

de proximi lapſibus, quùm de propriis rectè factis exultet. Et paulò poſt, *Hinc implacabiles, & amari ſedent erratorum examinatores, iniqui verò, & malevoli rectè factorum judices; ac tantum, ut videtur, malum nobis inſedit, ut etiam brutis facti ſimus brutiores.* Sanè ſimilia perpetraſſe conſtat, quos in poſtremâ hac epiſtolâ Nyſſenus redarguit.

XLIV. Cæterùm cùm in Archelai diſputatione, tum in hiſce Nyſſeni operibus edendis ſummâ religione veterum codicum lectionem ſecuti ſumus, & vel manifeſta librariorum ſphalmata, quæ à nobis emendata ſunt, in noſtris notulis, πιριεργῶς fortaſſe, indicavimus. Præterea cùm Antirrheticus adversùs Apollinarem in Vaticano codice, quo uſus ſum, æquè veteri manu ab antiquo ſcriptorum codicum correctore, atque emendatore, quem δοκιμάζοντα τὰ γεγραμμένα, idem Nyſſenus vocat epiſtolâ xi. correctus fuerit, partim quidem ex ingenio, ut mihi videtur, partim verò ex alterius codicis collatione, & cunctæ ejus emendationes ſupra corrupta loca ita cinnabari exaratæ fuerint, ut prior etiam lectio atramento delineata non obliteraretur, idcirco nos priori lectione in contextu plerumque ſervatâ, antiquas haſce emendationes, variaſque lectiones in notas retulimus; niſi tamen tantî ponderis eſſe viſę fuerint, ut in orationis contextum eas transferre neceſſarium exiſtimaverim; tunc enim lectionem à correctore indicatam in textum retuli, memoratâ tamen in notis lectione, quę priùs in ſcripto codice reperiebatur; licèt interdum acciderit, ut quædam in notis poſuerim, quæ potiùs in textum referenda eſſe, re meliùs deinde conſideratâ, cognoverim. Sed & hîc repetendum videtur, quod in notis ad xii. Nyſſeni epiſtolam monui, tres ſcilicet, poſtremas ejuſdem epiſtolas lacunis quibuſdam in Vaticano codice deturpari, non veteris librarii culpâ, ſed quia in alio codice, ex quo ante quingentos annos Vaticanus tranſcriptus fuit, nonnullæ erant paginæ in unâ earum extremâ parte vetuſtate conſumptæ, quarum defectum accuratè adeo antiquus Vaticani codicis ſcriptor repræſentavit, ut deficientium verborum numerum, relicto nunc majori, nunc minori ſpatio diligentiſſimè deſignaverit. Nos autem, ne tot hiatus in earundem epiſtolarum textu conſpicerentur, lacunas illas habitâ ratione majoris, minoriſve intervalli, quod antiquus librarius diligenter expreſſit, ex ingenio ſupplevimus, & conjecturas noſtras, qualeſçumque illæ

fuerint, ſemicirculis incluſimus, ne eas quiſpiam Nyſſeni verba eſſe putaret. Et hæc de Nyſſeni operibus, quæ primi è Vaticanis codicibus eruimus, pro inſtituto noſtro ſint ſatis.

XLV. Nunc nobis ad Euthalii lucubrationes accedendum eſt, cujus capitula, argumenta, & ςιχομετρίας, in Actus Apoſtolorum, & ſeptem Catholicas, & alias quatuordecim S. Pauli epiſtolas cùm inter Svecorum quondam Reginæ codices, qui nunc eximiâ Alexandri VIII. Pontificis Optimi Maximi munificentiâ Vaticanam Bibliothecam adaugent, reperiſſem, ea omnia edere operæ pretium mihi viſum eſt, tum quia quidquid ab antiquis Patribus in ſanctiſſimæ Chriſtianæ legis illuſtrationem præſtitum fuit, maximâ obſervatione, ac reverentiâ dignum eſſe nemo, ut arbitror, dubitaverit, tum ut ampliùs Eruditi non ignorent, quis primùm in Novi Teſtamenti libris Maſoretam egerit, tum demum ut Euthaliana mox memoratarum Novi Teſtamenti partium editio integra, & omnibus numeris abſolutiſſima in lucem prodiret, ratus ex eâ non modicam Chriſtianæ fidei utilitatem ortum iri, hoc potiſſimùm tempore, quo curioſæ nimis quæſtiones de Novi Fœderis textûs ſynceritate, non ſine magno religionis diſcrimine, excitantur. Non agam hîc pluribus de veteris teſtamenti diviſionibus, nec de latinâ Novi Fœderis editione ſermonem inſtituam; ſed tantùm de græco ejuſdem textu, cùm ſolius Euthalii Sulcenſis Epiſcopi gratiâ ad tractationem iſtam acceſſerim, quem in iis tribus tantùm Novi Teſtamenti partibus illuſtrandis, & in capitula, & verſus dividendis, laborem ſuum ſtudiumque contuliſſe, quæ nunc ex Regio-Alexandrino Vaticano codice in lucem prodeunt, ejus monumenta teſtantur. Apoſtolos, & Evangeliſtas uno tenore, & abſque ullis capitulorum diſtinctionibus ſua, in humani generis ſalutem, ſcripta edidiſſe, una eſt omnium Eruditorum opinio; verùm de tempore, quo in Novum Teſtamentum inducta eſt hujuſmodi partitio, ejuſque auctoribus inter Eruditos non conſtat. Joannes Crojus, qui in Obſervationum Eccleſiaſticarum libro cap. iv. de hac Biblicarum antiquitatum parte adversùs Heinſium acriter diſputavit, Evangeliſtarum, & Apoſtolorum ſcripta, ſtatim atque edita fuere, atque in manus Chriſtianorum pervenere, ab iis, quibus prædicationis cura, & Eccleſiæ adminiſtratio mandata fuerat, aut ab aliis piis viris, & ſtudioſis in περικοπὰς, ſeu ſectiones diviſa fuiſſe cenſet, ut commo-

diùs

diùs legi, ſive privatim, ſive publicè, ac faciliùs intelligi poſſent. Quæ ſanè Croji ſententia, ſi de lectionibus in publicis fidelium ſynaxibus recitatis, aut de inſtitutâ ab aliquibus privatum in uſum, & ad commodiorem ſacrî textûs lectionem diviſione intelligatur, aliquam veritatis ſpeciem habet. At verò ſi ſtatas aliquas, fixaſque diviſiones, capitulis, quibus nunc utimur, ſimiles, in Evangelia, & reliqua Apoſtolorum ſcripta, ſtatim atque publicam lucem aſpexere, communi uſu inductas fuiſſe cenſeat, id à veritate multùm diſcedere, non modò altum de hac diviſione apud vetuſtiſſimos Eccleſiæ Patres ſilentium innuit; ſed & Euthalii noſtri nunc primùm editæ præfationes, in quibus ad ſua uſque tempora majorem Apoſtolicorum ſcriptorum partem, verſuum, & capitulorum diſtinctionibus caruiſſe dicit, luculentiſſimè evincunt. Perperam etiam ad opinionem ſuam fulciendam allegat Crojus vocis περικοπὴ, apud Clementem Alexandrinum, & alios veteres Scriptores uſum, ea enim vox in adductis exemplis non ſectionem, ſeu partem contextûs ſacrî, ſed ῥῆσιν, *dictum*, χωρίον, *locum*, vel teſtimonium aliquod ex ſacris paginis depromptum ſignificat, ut ipſe Crojus in quibuſdam Philoponi locis ibidem interpretatur. Porrò antiquiſſimam Biblicorum librorum diſtinctionem illam eſſe, quam Euſebius Cæſarienſis ad Evangeliſtarum conciliationem per canones quoſdam à ſe excogitatos ineundam adhibuit, rectè notat diligentiſſimus Eccleſiaſticarum antiquitatum ſcrutator Morinus lib. II. Exerc. Biblicarum Exerc. XVII. cap. III. ſi tamen fieri poſſe concedat, ut Euſebii quòque temporibus tam Evangeliorum, quàm reliquorum novi, ac veteris Teſtamenti librorum partitiones ab aliis Patribus privatum in uſum adinventæ fuerint. Cum enim nullæ ſacrî textûs diviſiones ab ejuſdem auctoribus profluxiſſent, rectè cap. VII. Crojus obſervat, liberum unicuique fuiſſe, eam partitionis ſpeciem ſequi, aut edere, quæ ſacro textui convenientior, ſibique commodior videbatur. Hinc autem factum arbitror, ut ex pluribus, quæ olim excogitatæ fuerunt, Sacrorum librorum diviſionibus, nonnullæ quidem temporis proceſſu obſoleverint, aliæ verò perpetuo in uſu apud Græcos extiterint, illæ, nempe, quæ accuratiores, ac utiliores cæteris videbantur, aut quas inſignioris alicujus Eccleſiæ auctoritas, uſuſque probaſſet.

XLVI. Teſtes hujus moris laudo Sacrorum librorum ſcri-

ptos

ptos codices duos, omnium, quotquot ſuperſunt, antiquiſſimos, quorum unus inter præcipua Vaticanæ Bibliothecæ ornamenta, cenſetur, alter Cyrilli Lucaris Patriarchæ C. P. munere in Regis Anglorum ſcriniis aſſervatur. Poſtremus enim horum codicum quadratis literis circa Niceni, ut putant, Concilii tempora ſcriptus, in Evangeliorum textu titulos habet ſimiles illis, qui initio cujuſq; Evangelii in elegantiſſimâ Roberti Stephani editione repræſentantur; iique tituli, ſeu potiùs capita, in minutiores ſectiones, ſeu ςίχȣς, dividuntur, quæ ſecundùm canones Euſebianos, minio in ejus codicis margine diſtinctæ habentur, quemadmodum Brianus Vvaltonus teſtatur in nono ad Polyglotta Biblia prolegomeno num. XXXIV. Vaticanus verò codex, quadratis itidem literis exaratus, longè diverſam ſacrorum Novi Fœderis librorum diviſionem init. Nam Evangelia nec titulos habent, nec capita Euſebianis canonibus accõmodata; ſed tantùm rubras numerorum notas diviſionem quandam textûs in ejus margine indicantes. Matthæus enim habet numeros CL. Marcus LXII. Lucas CLII. Joannes LXXX. Acta Apoſtolorum LXIX. Epiſtola Jacobi IX. Petri Prima VIII. Joannis Prima XI. Judæ II. Pauli autem epiſtolæ, licèt una ſeorſim ab altera in iſto codice ſcriptę fuerint, propriâ tamen numeratione carent, quippe quæ non interruptâ ſerie in earum marginibus numerorum notas habeant, perinde ac ſi unum librum Paulinæ omnes epiſtolæ conficerent. Sunt autem numeri XCIII. eo tamen ordine diſpoſiti, ut in fine epiſtolæ ad Galatas numerus LIX. collocetur, deinde numerus LXX. ſuccedat initio epiſtolæ ad Epheſios, omiſſis decem numeris, qui epiſtolæ ad Hebræos, poſt ſecundam ad Theſſalonicenſes epiſtolam in eo codice poſitæ, marginibus adſcribuntur. Deeſt tamen in eodem codice pars poſtrema epiſtolæ ad Hebræos, cum aliis Pauli ad Timotheum, Titum, & Philemonem literis, totâque Apocalypſi, nonnullis, ſcilicet, quaternionibus præ codicis vetuſtate deperditis; unde quot præciſè extiterint, iſtæ Paulinarum epiſtolarum ſectiones, & an Apocalypſis, ſi tamen in eo codice olim habebatur, in partes ſimiliter diſſecta fuerit, ſcire non licet.

XLVII. Porrò utra earundem diviſionum Anglicani, & Vaticani codicum vetuſtior fuerit, definiri non poteſt. Illud tamen liquidò conſtat, partitiones in Vaticano codice deſcriptas, cùm abſque ullâ publicâ auctoritate in privatũ quorundam uſum concinnatæ

cinnatæ fuiſſe videantur, in nullis aliis, quod ſciam, vetuſtis codicibus reperiri; at verò Evangeliorum diviſio cum titulis,& cum capitibus Euſebianis, utpote Alexandrinæ Eccleſiæ uſu approbata, cæteriſque diviſionibus exactior, atque commodior, in omnibus ferè aliis Græcorum codicibus recepta, communis quodammodo totius Eccleſiæ Græcæ, temporis proceſſu, facta fuit. Epiphanius ſanè in Ancorato cap. 1. & Cæſarius Gregorii Nazianzeni frater dialogo 1. interrog. XXXIX. Evangeliis tribuunt capita MCLXII. unde patet eorum ævo receptam fuiſſe Euſebii diviſionem canonibus ab eodem excogitatis accommodatam. Sed titulorum apud ipſos nulla mentio, de quibus tamen loquitur poſteriorum longè temporum ſcriptor Suidas, dum inquit, Τίτλος διαφέρει κεφαλαίου· καὶ ὁ μὲν Ματθαῖος ἔχει τίτλους ξη'. κεφάλαια τνε'. ὁ δὲ Μάρκος τίτλους μη'. κεφάλαια λϛ'. lege σλϛ'. ὁ δὲ Λουκᾶς τίτλους πγ'. κεφάλαια τμη'. lege τμβ'. ὁ δὲ Ιωάννης τίτλους ιη'. κεφάλαια σλβ'. *Titulus differt à capitulo: & Matthæus quidem titulos habent LXXIX. capitula CCCLV. Marcus habet titulos XLIX. capitula CCXXXVI. Lucas titulos LXXXIII. capitula CCCXLII. Joannes titulos XVIII. capitula CCXXXII.* Hæc enim Suidæ diſtinctio, ut Morinus ſuprà laudatus ait, nil aliud eſt, quàm Euſebianæ diſtinctionis, modò titulos excipias, commemoratio. Quòd autem Alexandrinæ Eccleſiæ auctoritate tituli Euſebianis capitulis ſuperadditi fuerint, inde conjicitur, quòd Anglicanus codex ex Alexandrinæ Eccleſiæ ſcriniis deſumptus, & Conſtantinopolim à Cyrillo Lucari Patriarcha delatus, deinde ab eodem Cyrillo ad Carolum II. Angliæ Regem dono miſſus fuerit, ut ex Cyrilli teſtificatione apud Vvaltonum loco ſuprà laudato colligitur.

XLVIII. Poſt primam hanc Evangeliorum diviſionem antiquus Scriptor, cujus nomen ignoramus, epiſtolas Pauli Apoſtoli in capita digeſſit, & eiſdem breviaria, ſeu titulos adjecit, Arcadio IV. & Honorio III. Coſs. hoc eſt, anno Chriſtianæ ſalutis CCCXCVI. Colligimus hæc omnia ex Euthalio noſtro, qui in præfatione ad eaſdem Pauli epiſtolas cap. II. ſe earum ſingulis præfixiſſe ait capitula à ſapientiſſimo quodam, Deique amantiſſimo Patre elucubrata; & in præfationis calce adnotationem ejuſdem Scriptoris de tempore, quo Paulus paſſus eſt, ſubjungit, in qua ait, Paulum Apoſtolum capite truncatum fuiſſe anno XXXVI. à Chriſti morte, & anno LXIX. ab ejuſdem adventu, die V. menſis Panemi ſecun-

cundùm Syro-macedonas, quæ dies apud Romanos eſt iii. Cal. Julii, apud Ægyptios verò dies v. menſis Epiphi, & ſtatim ſubdit, *Summa itaque totius temporis, ex quo martyrium ſuſtinuit, tercentorum & triginta annorum eſt, uſque ad præſentem hunc conſulatum, qui quartus quidem eſt Archadii, tertius verò Honorii duorum fratrum Augg. Indictione ix. periodi quindecennalis, vigeſimo nono die menſis Junii*, hoc eſt, æræ vulgaris anno cccxcvi. Quæ quidem verba ab Oecumenio quòque ſuis in Pauli epiſtolas Commentariis inſerta, malè Gulielmus Cave in Eccleſiaſticorum Scriptorum hiſtoriâ literariâ de Euthalii ætate intelligit, nam hunc longè poſt vixiſſe, alia hactenus ignorata temporis martyrii S.Pauli deſignatio, quæ in noſtro codice allatis modò verbis ſubjungitur, clarè, ut mox videbimus, oſtendit. Cæterùm omnes temporum notæ in hac adnotatione memoratæ cum æræ vulgaris anno cccxcvi. prorſus conveniunt; ſed ſupputatio annorum à Chriſti adventu ab annis eâdem ęrâ vulgari duobus diſcrepat; nam S.Pauli mors accidit an. xii. Imperii Neronis juxta Epiphanium in hær.xxvi. cap.vi. qui quidem annus incipit à die xiii. Octob.æræ vulgaris anno lxv. & definit in die xii. Octobr. anni ſequentis, qui uſque ad diem xxv. Martii eſt annus xxxvii. à Chriſti morte, & ab hac die annus xxxviii. ejuſdem æræ incipit ſecundùm eos, qui Chriſti mortem ponunt in duorum Geminorum Conſulatu, & æræ vulgaris anno xxix. Itaque ſi juxta adnotationis hujus Scriptorem Pauli martyrium accidit ann. xxxvi. à Chriſti morte, & an. lxix. ab ejuſdem adventu, & à Pauli paſſione uſque ad Conſulatum Archadii IV. & Honorii III. qui cadit in æræ vulgaris annum cccxcvi. ſupputantur anni cccxxx. conſequens eſt, ut Chriſti nativitatem anno xliii. Periodi Julianæ, Lentulo, & Meſſalino Coſs. accidiſſe cenſuerit, quæ etiam eſt Clementis Alexandrini, Caſſiodori, Hieronymi, Baronii, & multorum aliorum ſententia. Allegatio autem Panemi menſis Syro-macedonici, ejuſque diei v. cum die xxix. Junii comparatio, neglectâ Aſiaticorum ſupputatione, qui ſextam menſis Loi diem cum Junii vigeſima nonâ jungebant, non obſcurè, ut arbitror, indicant, antiquum hunc Patrem, qui in capita partitus eſt Pauli epiſtolas, Syriæ regiones Ægypto proximiores incoluiſſe, quarum populi, puta, Gazenſes, Raphiotæ, & Aſcalonitæ, quamvis nominibus menſium Syro-Macedonum uterentur, attamen non Aſiaticorum, ſed ſolaris Ægyptiorum anni ty-

pum

pum admiſerant, ut ex doctiſſimis Henrici S.R.E. Cardinalis Noriſii obſervationibus in libro de Epochis Urbium Syriæ Diſſert. v. cap.II.in noſtris ad eundem Euthaliũ pag.523.& 536,oſtendimus.

XLIX. Sed & hic Jacobi Fabri Stapulenſis rejicienda venit opinio, qui in præfatione ſuorum in epiſtolas Pauli Commentariorum, Euſebium, & Ammonium inter Græcos Patres, Canones, ut ipſe vocat, Pauli epiſtolis præfixiſſe putat, in pleriſque vetuſtis codd. adhuc ſervatos. Canonum enim nomine intelligere potuit Faber, vel ſingularum Pauli epiſtolarum capitula, vel argumenta, vel potius dogmatum, & materiarum, quæ in eiſdem Pauli epiſtolis continentur, indicem, capitulis antiquis accommodatum, prout illi canones ſunt, quos Clariſſimus Joſeph Maria Thomaſius, alio cognomine Carus, in Veteribus Sacrorum Bibliorum Titulis par. II. pag. 63. edidit. Sed quovis modo Fabri verba accipiantur, quod de Euſebio, & Ammonio idem Faber ait, nullo pacto verum eſſe poteſt. Canonum enim Euſebii Cæſarienſis, aut Ammonii in epiſtolas Pauli nemo unquam veterum Scriptorum meminit; nec tale quidpiam opus Euſebii, vel Ammonii nomine inſignitum, ulli apud nos, quod ſciam, ſcripti codices exhibent. Quin & Euthalius nullâ Euſebii, aut Ammonii mentione factâ, diſertè tradit, incognitum illum Patrem, de quo modò egimus, capitulorum ſeriem in epiſtolas Pauli, antequam ipſe prologum in eaſdem epiſtolas ſcriberet, edidiſſe; idque anno æræ Chriſtianæ CCCXCVI.ut ex paulò ante allatâ ejuſdem adnotatione de S. Pauli martyrio evidentiſſimè apparet. Quare valde ſuſpicor, Joannem Fabrum, hujus incogniti Patris capitula, cùm ſine auctoris nomine, Paulinis præfixa epiſtolis, in ſcriptis codicibus reperiſſet, Euſebii ea, vel Ammonii opus eſſe, fallacibus ductum conjecturis judicaſſe.

L. Porrò hanc Paulinarum epiſtolarum partitionem à Syro nobis ignoto Patre confectam, Euthalius noſter integram ſervare ſatiùs duxit, quàm aliam de novo cudere. Rogatus enim ab alio quodam Patre, cujus nomen reticet, ut Prologum in univerſas Pauli epiſtolas ſcriberet, in quo admirandorum ejus geſtorum hiſtoriam texeret; Euthalius non modò id accuratiſſimè eſt executus, verùm etiam ſingulas epiſtolas in lectiones diviſit, & verſibus ad quandam cantûs ſimilitudinem, & ad elegantiorem legendi formam, ut ipſemet Euthalius ait in fine prologi in Apo-

ſtolorum Actus, diſtinxit; teſtimonia quòque veteris teſtamenti, aliaque à Paulo Apoſtolo allegata; in unum collegit, & adjectis capitulis, à præcedenti nobis incognito Scriptore excogitatis, abſolutiſſimam, & undequaque perfectam Paulinarum epiſtolarum editionem concinnavit, eamque manu ſuâ deſcriptam, ad Patrem illum, qui id operis ipſi injunxerat, miſit. Colliguntur hæc omnia ex Euthalii prologo in Pauli epiſtolas cap. II. & ex aliâ ejuſdem in Acta Apoſtolorum præfatione. Dubitari tamen poteſt, an argumenta vetera in Pauli epiſtolas, quæ apud Euthalium habentur, ejuſmet opus ſint, aut potiùs illius Patris vetuſtioris, qui capitulis eaſdem epiſtolas ornavit. Et ſanè hunc argumenta in epiſtolas Pauli elucubraſſe nequaquam teſtatur Euthalius, cùm tantùm dicat in Prologo mox laudato epiſtolarum S. Pauli, ſe unicuique epiſtolæ præfixurum compendioſam capitulorum ſeriem à ſapientiſſimo quodam, & Chriſti amantiſſimo Patre elaboratam. Sed nec S. Pauli epiſtolas argumentis ullis ſe illuſtraſſe ait Euthalius, quinimo argumenta illa, quæ in ejuſdem editione juxta antiquos codices reperiuntur, interdum non conveniunt cum adnotationibus de locis, è quibus epiſtolæ ſcriptæ ſunt, quæ in earundem epiſtolarum calce habentur: nam in argumento epiſtolę I. ad Corinthios dicitur eam epiſtolam ſcriptam fuiſſe ab Epheſo, in calce verò ejuſdem epiſtolæ, & in fine elenchi teſtimoniorum S. Scripturæ, quæ in Pauli epiſtolis afferuntur, pag. 547. clarè dicitur à Philippis Macedoniæ urbe miſſam fuiſſe. Idem in epiſtolâ II. ad Theſſalonicenſes, & in primâ ad Timotheum accidit, quas aliis è locis datas fuiſſe in earum argumentis dicitur, quàm quòd in earundem calce, & in fine elenchi teſtimoniorum S. Scripturæ ab Euthalio aſſeratur. Dicendum itaque videtur, nec Euthalium, nec antiquiorem ipſo Patrem, qui Pauli epiſtolas in capitula diſſecuit, argumenta ulla eiſdem præfixiſſe, ſed ſecutis deinde temporibus, cùm pius aliquis doctuſque vir id præſtitiſſet, tunc utique factum fuiſſe, ut librarii, qui Euthalii editionem tranſcribebant, argumenta illa ejuſdem elenchis capitulorum adjunxerint, quò exemplaria ſua novis additionibus locupletarent. Idem factum fuiſſe videtur in Apoſtolorum Actibus, & in epiſtolis catholicis, ut ſuo loco videbitur.

LI. Euthalium, cùm hęc in epiſtolas Pauli commentatus eſt, Epiſcopalem adhuc non obtinuiſſe dignitatem, ex primis verbis

Pro-

Prologi, quem in eaſdem Pauli epiſtolas conſcripſit, apertè colligitur, ubi Patrem maximè venerandum vocat illum, cujus impulſu id operis aggreſſus eſt, fratrem utique, juxta illius temporis conſuetudinem vocaturus, ſi tunc Epiſcopus extitiſſet. Oecumenius quòque partem prologi in epiſtolas Pauli, Euthalii Diaconi nomine inſignitam, ſuis commentariis attexuit; & ex Oecumenio fortaſſe, vel ex Complutenſi Bibliorum editione, in qua itidem reperitur, ſimilia prorſus fragmenta Robertus Stephanus edidit in elegantiſſimâ Novi Fœderis editione majori formâ ab ipſo procuratâ. Tempus autem, quo Euthalius noſter Pauli epiſtolas meliori luce donavit, ex deſignatione illâ Martyrii Sancti Pauli diſcimus, quam alteri deſignationi vetuſtioris Patris, de qua ſuprà egimus, ipſe in hæc verba ſubjunxit, Ἐσημειωσάμην ἀκριβῶς τὸν χρόνον τοῦ μαρτυρίου Παύλου τοῦ ἁγίου. Καὶ ἀπὸ τῆς ὑπατείας τετάρτης μὲν Ἀρκαδίου, τρίτης δὲ Ὀνωρίου μέχρι τῆς παρούσης ὑπατείας πρώτης Λέοντος αὐγούστου, ἰνδικτιῶνος δωδεκάτης ἐπιφὶ ε΄. Διοκλετιανοῦ ροδ΄. ἔτη ξγ΄. ὡς εἶναι τὰ πάντα ἀπὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίας μέχρι τοῦ προκειμένου ἔτους ἔτη τετρακόσια ἑξήκοντα δύο. *Præciſiùs deſignavi tempus martyrii S. Pauli, & à Conſulatu quarto quidem Arcadii, tertio verò Honorii, uſque ad præſentem Conſulatum I. Leonis Auguſti indictione XII. Epiphi menſis die V. Diocletiani verò annum CLXXIV. ſunt anni LXIII. ita ut omnes anni à Salvatoris noſtri adventu uſque ad modò memoratum annum ſint anni CCCCLXII.* Ex hac autem temporis deſignandi ratione lucidè apparet, Euthalium Alexandrinæ, vel alterius Ægypti Eccleſiæ Diaconum extitiſſe, nam Diocletiani æra, & Ægyptiorum menſium nomine utitur. Et Diocletiani quidem æra cum conſulatu primo Leonis Auguſti rectè convenit, uſque ad totam diem XXVIII. Auguſti, non item indictio, quæ menſe Junio ejuſdem anni undecima eſt, deſinitque in menſe ſeptembri, à quo duodecima indictio inchoatur; niſi quis putaverit, Euthalium Antiochenam indictionem intelligere, quæ à menſe majo ſecundùm Scaligerum in lib. de Emend. Temp. lib. V. pag. 504. & ſeq. incipit. Præterea anni à Chriſti nativitate ab ære Dionyſianæ, ſeu vulgaris annis toto quadriennio differunt; quia, ſcilicet, Euthalius Chriſto triginta tres completos vitæ annos tribuit, ejuſque mortem ponit in conſulatu duorum Geminorum, anno, ſcilicet, vigeſimo nono, non verò trigeſimo quarto æræ vulgaris, ſeu Dionyſianæ; & propterea annus CCCCLXII. à Chriſti adventu, ſecundùm Euthalium

incidit in conſulatum primum Leonis Auguſti, qui eſt æræ vulgaris annus cccclviii. Sed & hinc liquet errare Gulielmum Cave in Scriptorum Eccleſiaſticorum hiſtoriâ literariâ, cùm ob ignoratam hanc Euthalii adnotationem, eum vixiſſe ſcribit an. cccxcvi. quo utique tempore antiquiorem illum Euthalio Scriptorem Pauli epiſtolas in capitula diſſecuiſſe ſuperiùs vidimus.

LII. Extat in Actis Conc. Chalcedonenſis actione iii. prope finem, epiſtola ejuſdem Concilii ad Charmoſynum Presbyterum, & Oeconomum, & ad Euthalium, non Archidiaconum, ut habent græca, ſed Diaconum, ut legitur in Ruſtici editione, aliiſque antiquis latinis codicibus, & ad reliquos Clericos Eccleſiæ Alexandrinæ de damnatione Dioſcori, alteroque in ejus locum Epiſcopo eligendo. Videndum autem an diverſus ſit ab Euthalio noſtro, Euthalius hic primarius Alexandrinæ Eccleſiæ Diaconus. Et ſanè ſi tempus, quo Euthalius ſe in epiſtolas Pauli Prologum ſcripſiſſe ait, ſi patriam ejus, dignitatemque ſpectemus, hæc omnia Euthalio, cujus Chalcedonenſe Concilium meminit, apprime convenire nemo non videt. Verùm quominus id certum eſſe cenſeamus Euthalii noſtri verba vetare videntur, qui poſt annum ccccxc. ut mox videbimus, Acta Apoſtolorum, & Catholicas epiſtolas in capita, & verſus dividens, ſe *νέον χρόνων καὶ μαθημάτων*, tunc temporis extitiſſe dicit pag. 428. quibus verbis cùm ſe juvenem, dum ea commentabatur, fuiſſe, innuere videatur, vix credi poteſt, ipſum Concilii Chalcedonenſis temporibus inter Alexandrinæ Eccleſiæ Diaconos primas obtinuiſſe. Euthalius enim ante vigeſimum quintum ætatis annum Diaconus, juxta receptos ab Orientali Eccleſiâ canones, ordinari non poterat; nec veriſimile eſt juvenem hominem, recenſque ordinatum, cæteris Diaconis nobiliſſimæ Alexandrinæ Eccleſiæ, vacante Sede, præiviſſe. Ab anno autem ccccli. quo celebrata eſt Chalcedonenſis Synodus, ad annum ccccxc. vel ccccxcii. quo ſe *νέον χρόνων, καὶ μαθημάτων* vocat, anni xxxix. aut xli. excurrunt, quibus ſi xxv. ſaltem addas annos, jam non juvenem, ſed ſexagenario majorem hominem habebis. At nihilo ſeciùs tanti non eſt hæc ratio, ut Euthalium noſtrum ab alio Chalcedonenſis Concilii temporibus vivente Euthalio diverſum eſſe, abſque ullâ dubitatione cenſere debeamus. Deſignatio enim temporis, quo Euthalius noſter Pauli Epiſtolas eruditâ præfatione illuſtravit, ſeptem tantùm an-

norum

norum ſpatio diſtat à tempore, quo Chalcedonenſis Synodus acta eſt; nec de numeri annorum depravatione ſuſpicio ulla oriri poteſt; nam eorum nonnulli per extenſas voces, non per numericas notas in Regio-Alexandrino codice ſcribuntur, omneſque æræ ibidem relatæ ſecum, ut vidimus, majori ex parte concordant. Præterea Ægyptiacæ Eccleſiæ Diaconum extitiſſe Euthalium, memorata modò temporis martyrii S.Pauli deſignatio apertiſſimè indicat. Denique cùm Euthalius initio prologi in Apoſtolorum Actus, venerandi cujuſdam Patris juſſu ſe Pauli epiſtolas in verſus, & lectiones non aliter diſſecuiſſe dicat, ac equulum quendam, gradiendi nondum gnarum, vel inexpertum quendam juvenem per deſertam, nec tritam viam ire juſſum; quibus verbis ſe valdè juvenem fuiſſe innuit, quo tempore opus illud aggreſſus eſt, anno ſcilicet, æræ vulgaris CCCCLVIII. cùmque dubitari non poſſit, unum eundemque Euthalium Pauli epiſtolas, & Apoſtolorum Actus ſuis ſectionibus illuſtraſſe, nec itidem credi debeat, falſa de ſuis rebus Euthalium ſcripſiſſe, cùm ait, ſe juvenem Pauli epiſtolas verſibus diſtinctas edidiſſe, eandemque operam poſt triginta duo, & ampliùs annos impendiſſe in Actus Apoſtolorum, ſeptemq; Catholicas epiſtolas, cùm eſſet νέος τ͂ χρόνων, καὶ μαθημάτων; propter hæc, inquam, omnia dicendum eſt, Euthalium jam ſenem eadem Apoſtolorum acta, & Canonicas epiſtolas in capitula, verſuſque partitum fuiſſe, & conſequenter verba illa, quibus ſe νέον χρόνων, καὶ μαθημάτων aſſerit, neceſſariò ita interpretari debent, ut ſe antiquis Eccleſiæ Patribus comparatum, recentium potiùs temporum, quàm ætate juvenem Scriptorem eſſe dicat, & ab eorum antiquitate, ac doctrinâ ſe multùm diſtare fateatur; quo ſanè pacto ſi hæc Euthalii verba explicentur, nil vetat, quò minus ipſum Chalcedonenſis Concilii temporibus vixiſſe, & Alexandrinæ Eccleſiæ Diaconum extitiſſe concedamus.

LIII. Porrò ob egregiè præſtitam in Pauli epiſtolas operam videtur Euthalius Epiſcopalem dignitatem fuiſſe conſecutus. Sulcenſis enim Epiſcopus dicitur, tum in eo, quo uſi ſumus, codice, tum in alio, quem laudat Turrianus in præfatione ad Clementis Papæ Conſtitutiones Apoſtolicas. Non unam autem urbem hôc, aut ſimili nomine inſignitam, in veterum Geographorum ſcriptis, & in antiquis Epiſcopatuum notitiis reperio. Siquidem Sulci Sardiniæ urbs in Antonini, ut vulgò vocant, Itine-

rario pag. 17. memoratur, quæ à Strabone lib. v. pag. 224. & Mela lib. II. cap. VII. Σουλχοὶ, à Ptolomeo Σόλχοι, & à Stephano Σύλχοι vocatur. Hujus quòque urbis fit mentio in antiquis Epiſcopatuum Notitiis, & apud Victorem Vitenſem in fine catalogi Epiſcoporum, qui Carthaginem venerunt pro reddendâ fidei ratione anno v. Regis Hunerici, ubi *Sulcitanus*, aliis accenſetur Epiſcopis. Reperitur etiam Σούλκη, Mauritaniæ II. urbs, ut ex Notitiâ Epiſcopatuum Leonis, ut putant, Imperatoris apparet, quæ fortaſſe colonia *Sulchul*, eſt in Peutingerianæ tabulæ ſchedâ priori, inter Velſeri opera pag. 730. memorata, niſi eadem ſit, ac Sulci urbs Sardiniæ, cujus quidam alii Epiſcopatus ſub Mauritaniȩ II. Provinciâ ibidem recenſentur. Atqui neutræ urbis Euthalium Epiſcopum fuiſſe conſtat, quippe qui græcè ſcripſit, & Alexandrinæ Diœceſeos Epiſcopus fuiſſe videtur. Sed in ejuſdem Diœceſeos Epiſcopatuum Notitiis nulla urbs hujus nominis legitur; quamobrem aut ejus Eccleſiæ memoria penitus periit, aut Sulca, cujus Epiſcopus fuit Euthalius, eadem eſt, ac Ψέλχη, *Pſelcha*, urbs Syeni Thebaidis celeberrimæ civitati propinqua, quam Strabo lib. XVII. pag. 820. commemorat, & Ptolemæus Ψέλχιν vocat, quamque Antoninus in Itinerario pag. 34. & 35. Plinius lib. VI. cap. XXVI. & Ariſtides in Orat. Ægyptiaca Tom. III. ejus operum pag. 594. *Pſelcim* appellant; ex quibus corrigenda forſitan eſt vetus tabula Peutingeriana inter Velſeri opera pag. 755. in qua *Spelci* ſcribitur, juxta alios quoſdam antiquos Antonini, & Plinii codices, ab Eruditiſſimo Hieronymo Zuritâ in notis ad eundem Antonini locum memoratos. Hujus itaque civitatis Epiſcopus fuiſſe videtur Euthalius, quo tempore Athanaſius junior cognomento Celetes, ſeu Herniosſus Alexandrinam Eccleſiam regebat, qui Petro Moggo anno CCCCXC. juxta Victorem Tunonenſem, & Baronium in rebus geſtis ejuſdem anni, ſucceſſit. Meminit hujus Athanaſii Eutychius Alexandrinus in Annalibus Tom. II. pag. 108. qui ad præcedentem annum ejus ordinationem refert his verbis, *Anno XVI. Imperii Zenonis factus eſt Abinas* (ſic Athanaſios vocare aſſolet) *Patriarcha Alexandrinus, qui Jacobita fuit, ſeptem annos ſedit, dein mortuus eſt, Multas Alexandriæ Eccleſias extruxit, multaque monumenta*. Ejuſdem quòq; Athanaſii mentionem fecere Evagrius lib. III. Hiſt. Eccleſ. cap. XXIII. Liberatus Diaconus in Breviario cap. XVIII. Leontius Scholaſticus in libro

de

de Sectis act. v. & Nicephorus in Hiſt. Eccl. lib. xvi. cap. xx. qui omnes eum Petri anteceſſoris hæretici nomen in diptychis retinuiſſe, & cum his, qui Chalcedonenſe Concilium non ſuſcipiębant,communionem ſervaſſe referunt; licèt Evagrius ipſum, antequam in hæreticorum partes concederet, diu multùmque laboraſſe tradat, ut eos, qui fidei, & Chalcedonenſis Concilii causâ inter ſe diſſidebant, ad concordiam revocaret. Hôc fortaſſe tempore Euthalium noſtrum, quem hæreticis adhæſiſſe non conſtat, rogavit Athanaſius, ut quod olim in Pauli epiſtolas præſtiterat, in Catholicis aliis epiſtolis,& in Apoſtolorum Actibus exequeretur.

LIV. Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini mandata, alacri ſuſcipiens animo Euthalius, ad Cæſaream Paleſtinæ Urbem ſe tranſtulit, ut ad exactiſſima exemplaria, quæ adhuc in Bibliothecâ ibidem à Pamphilo Martyre, & Euſebio Cæſarienſi conſtructâ, ſervabantur, epiſtolarum Catholicarum, & Actuum Apoſtolicorum textum conferret, eo prorſus pacto, quo Apollinarium quendam Cœnobiarcham ex codicibus ejuſdem Bibliothecę Cæſarienſis, Eſaiam, & Ezechielem tranſcripſiſſe legimus in utriuſque Prophetæ titulis, quos ex vetuſtiſſimo Renati Marchali codice cum Procopii in Eſaiam commentariis Curterius edidit. Etenim magno in pretio ſemper fuere Cæſarienſis Bibliothecæ codices, utpote qui ab Origene primùm, deinde à Pamphilo Martyre, ac demum ab Euſebio Cæſarienſi Viris doctiſſimis congeſti fuerant. Sanctum enim Hieronymum iiſdem codicibus uſum fuiſſe, argumento eſt, quòd Nazarenorum Evangelium in Bibliothecâ Cæſarienſi ſe reperiſſe teſtetur: nec mirum videri debet eandem Bibliothecam ad Euthalii uſq; tempora duraſſe; nàm ejus codices vetuſtate fatiſcentes, plurimo labore ab Euzojo Cæſarienſi Epiſcopo in membranis roſtauratos fuiſſe, teſtis eſt idem Hieronymus in libro de Script. Eccleſ. cap.cxiii. & in epiſtolâ cxli. Collatos ad exactiſſima Euſebii exemplaria Actuum Apoſtolicorum, & Catholicarum Epiſtolarum libros Euthalius in capitula, lectiones, verſúſque diſtinxit, & aliorum S. Scripturæ locorum, qui in iiſdem Actibus, & epiſtolis memorantur, catalogum texuit, & ad Athanaſium ἐργοδιώκτην miſit. Diſcimus hæc omnia ex Euthalii epiſtolâ, qua opus iſtud ſuum Athanaſio dedicat, & ex ejus præfatiunculâ epiſtolarum Catholicarum capitibus præfixâ, ac præterea ex aliâ adnotatione, quam in earundem epiſtolarum

calce ſubjunxit : ex quibus multùm errare patet Turrianum, qui Euthalium Sulcenſem Epiſcopum S. Athanaſio alteri celeberrimo Alexandrinæ Urbis Epiſcopo, qui ſub Conſtantio potiſſimùm floruit, lucubrationes ſuas in Apoſtolorum Acta dicaſſe putavit. Errat etiam Clariſſimus Lambecius, qui cùm Euthalii prologum in epiſtolas Catholicas ad Athanaſium Alexandriæ Epiſcopum, ſine auctoris nomine, reperiſſet in Cæſareæ Bibliothecæ ſcripto cod. theologico n.xxxvii. illius prologi auctorem fuiſſe cenſet, vel Adelphium Epiſcopum, & Confeſſorem, ad quem extat S. Athanaſii epiſtola contra Arianos, vel Epictetum Corinthi Epiſcopum, ad quem itidem extat Athanaſii epiſtola. Eam enim præfationem, Euthalii primùm Diaconi, ac deinde Sulcenſis Epiſcopi fœtum eſſe ex pluribus Vaticanis codicibus luculenter evincitur. Sed & antiqui codicis Vaticani ſignati num. ccclxvii. emendandus eſt error, qui capitula, tum epiſtolarum Catholicarum, & Actuum Apoſtolicorum, tum aliarum Sancti Pauli epiſtolarum, Euthalio Diacono adſcribit, nullâ diſtinctione factâ eorum operum, quæ Diaconus, & quæ jam Epiſcopus ſcripſit; cùm tamen Pauli epiſtolas, adhuc Diaconus, verſibus diſtinxerit, Actus verò Apoſtolorum, & epiſtolas Catholicas, eundem Epiſcopali jam præditum dignitate, in capita, & verſus diviſiſſe, ex hactenus dictis evidentiſſimè conſtet. Dubitari tamen poteſt an argumentum Actuū Apoſtolicorum, & peregrinationes Pauli Apoſtoli eidem ſubjunctæ, Euthalii opus exiſtant, quippe quòd ipſe in fine prologi in Apoſtolorum Actus nonnulla de Lucâ Evangeliſtâ eorundem ſcriptore poſuerit, quæ cùm argumenti vices ſupplere poſſint, parum veriſimile eſt, Euthalium de novo ejuſdem libri argumento conſcribendo cogitaſſe. Accedit quòd nunquam aſſerat Euthalius, ſe in novi Teſtamenti libris, quos illuſtrandos ſuſcepit, argumen ta ulla ſcripſiſſe, & quæ Pauli epiſtolis in ejuſdem editione præfiguntur, ea alterius Auctoris eſſe ſuperiùs oſtenſum eſt: quamobrem idem prorſus de Actuum Apoſtolorum, & Catholicarum epiſtolarum argumentis cenſendum eſſe videtur, ea nempe, uti & alia epiſtolarum Paulinarum argumenta, poſt vulgatam Euthalii editionē, ab aliquo pio viro edita, & ab antiquis librariis eidem inſerta fuiſſe, quò ſuis codicibus majorem exiſtimationem conciliarent.

LV. Jam verò diviſionum eorundem ſacri textûs librorum, ab Euthalio editarum, diſerta mentio habetur apud Heſychium

Hieroſolymitanum, quem ſexto Chriſtiano ſæculo floruiſſe putant, in libro, quem inſcripſit, Στιχηρὸν Duodecim Prophetarum, in quo hiſce verbis opus illud orditur: *Libros Prophetarum majoris perſpicuitatis causâ per verſuum cola dividere, vetus inventum eſt SS. Patrum. Nam initio ſine ullâ diſtinctione legebantur; poſtea verò Viri docti, & ſacrarum literarum ſtudioſi, majoris, ut dixi, perſpicuitatis gratiâ hujuſmodi verſuum diſtinctionem excogitarunt. Ita Prophetarum libri ab illis editi ſunt; ſic Davidis Pſalmi; ſic Proverbia, & Eccleſiaſtes, & Canticum Canticorum; ſic liber Jobi per verſus diſtinctus reperitur. Sed & librum Apoſtolicum hoc modo ab aliquibus deſcriptum inveni.* Ἀποστολικὴν βίβλον, quem vocat Heſychius, & ſi de Pauli Epiſtolis propriè accipiatur, quemadmodum Euthalius quòq; noſter uſurpavit initio prologi in librum Actuum Apoſtolorum, tamen de eiſdem etiã Apoſtolorum Actis, Catholiciſque epiſtolis intelligi poteſt. Qui autem Apoſtolicum librum in verſus diſtinxiſſe ab Heſychio dicitur, is eſt Euthalius noſter, cujus diviſionem, ſtatim atque prodiit, non in Alexandrinæ modò Eccleſiæ, cujus Epiſcopi juſſu edita fuerat, uſum ceſſiſſe; ſed & à multis aliis Orientis Eccleſiis ſuſceptam fuiſſe, tum ex ejus mentione, ab Heſychio Hieroſolymitano factâ, licet colligere, tum etiam ex Lolliniano Vaticanæ Bibliothecæ codice, à nobis in notis ad cap. 1. Præfationis in Pauli epiſtolas pag. 523. memorato, in quo, cùm de tempore martyrii S. Pauli agitur, dies ſexta menſis Loi cum die xxix. Junii conjungitur; unde apparet, codicem illum in alicujus Aſiaticæ Eccleſiæ uſum ſcriptum fuiſſe; nam Aſiani menſem Loum die xxiv. Junii inchoabant, ut ad eum locũ ex Doctiſſimi Cardinalis Noriſii obſervationibus oſtendimus. Alii etiã codices, in quibus quinta Panemi dies cum Epiphi quintâ copulatur, in Syriæ Eccleſiarum uſum exarati fuere. Syriæ quippe populi Ægypto viciniores, ut ſuperiùs cap. xlix. vidimus, retentis Aſiaticorum, ſeu Syro-macedonum menſium nominibus, ſolaris Ægyptiorum anni typum ſequebantur. Sanè Euthalii præfationes, & teſtimoniorum, atque lectionum elenchi cum programmatibus, & verſuum ſupputatione, ac reliquo apparatu, quem Regio-Alexandrinus codex exhibet, diu in antiquis Novi Teſtamenti codicibus, expreſſo interdum auctoris nomine, plerumque autem prætermiſſo, ſervati fuere, licèt librarii lucri amore, vel brevitatis causâ ſæpè eorum partem omiſerint, ut videre eſt in Va-

ticano

ticano quingentorum circiter annorum codice ſignato n. cccLXVII. nam in alio ſexcentorum ſexaginta annorum ejuſdem Bibliothecæ codice ſignato num. MDCL. qui olim ad Cryptoferratenſe Monaſterium pertinuit, cuncta ferè continentur, quæ in Regio-Alexandrino codice reperiuntur. At verò Euthalii diviſiones perpetuo in uſu apud Græcos fuiſſe ii probè norunt, qui veteres Bibliorum codices græcos perluſtrarunt, in quibus ferè omnibus habentur capitula ab Euthalio excogitata. Vidit enim multos Novi Teſtamenti ſcriptos codices Robertus Stephanus, cùm eidem elegantiſſimè edendo adlaboravit. Viderunt & alios codices Viri Doctiſſimi, qui de Biblicis rebus tractarunt; ſed hos omnes uno eodemque modo, in Evangeliorum quidem textu juxta Alexandrinum Cyrilli Lucaris codicem, in reliquis verò ejuſdem libris, Apocalypſi exceptâ, juxta Euthalium noſtrum diviſos fuiſſe liquet. Vidi & ego plurimos Novi Teſtamenti ſcriptos codices, quorum nonnulli eximiâ ſunt vetuſtate venerandi, eiſdem Alexandrini exemplaris, & Euthalii noſtrî capitulis inſignitos. Solùm in Othobonianæ Bibliothecæ veteri codice his literis, & his numeris ſignato, R. II. VII. Apoſtolorum acta in capitula LI. diviſa reperi, & in Aldi Manutii, Pauli filii, Aldi nepotis codice, qui nunc ejuſdem munere inter Vaticanos ſexceteſimus trigeſimus tertius numeratur, alius à vulgatis titulorum ordo in Evangeliis habetur, modò ſcilicet retentis, modò mutatis vulgatorum titulorum verbis, eorumque numero interdum diminuto, interdum aucto. Matthæus enim habet capita LXXIV. Marcus XLVI. ſublatis duobus ultimis editorum codicum capitulis. Lucas LVII. Joannes XVIII. ut & vulgata; ſed titulorum verba à Stephanianâ editione multùm diſcrepant. In reliquis cum Euthalio convenit, niſi quòd Apoſtolorum Actis nulla præfigit capitula, & ſeptem Euthaliana capita epiſtolæ ad Titum, in tria capita, nullo mutato eorundèm verbo, contraxit. Aliam quòque diviſionem ſecutæ ſunt in tribus prioribus tantùm Pauli epiſtolis editio Aldina, & Eraſmiana, quarum deſcriptio apud Morinum lib. II. Exercit. Biblicarum Exercit. XVII. cap. III. videri poteſt; ſed valde incertum eſt, an hæc trium Pauli epiſtolarum diviſio, codicis alicujus veteris auctoritate fulciatur, an potiùs Aldi inventum ſit; reliquæ verò, de quibus ante egimus, peculiares ſunt diviſiones, in privatum uſum excogitatæ, quæ in uno, alterove codice reperiuntur: at verò

Alex-

Alexandrini codicis tituli cum capitibus Euſebianis, & Euthalii noſtri partitiones univerſos ferè veteres ſacrorum Bibliorum codices Græcos occuparunt, quia nimirum publicâ auctoritate editæ fuerant, & magno cum plauſu ab Orientalium Eccleſiis ſuſceptæ.

LVI. Nec audiri debet Joannes Crojus in Obſerv. Eccleſ. cap. VII. qui ut capitum diviſionem, quæ hodie in latinis Novi Teſtamenti editionibus proſtat, à priorum ſæculorum Patribus excogitatam fuiſſe probet, vetuſtiſſimos Novi Teſtamenti codices græcos, & latinos, qui hodiernam diviſionem retinent, in teſtimonium adducit, & Theophylactum, qui XI. Chriſtiano ſæculo inter Græcos floruit, eâdem uſum fuiſſe contendit. Quidquid enim de Latinâ Eccleſiâ dicendum ſit, illud tamen liquidò conſtat, Græcos ferè ſemper Alexandrini codicis, & Euſebianorum canonum in Evangeliis, Euthalii verò in Apoſtolicis libris diviſiones, atque capitula retinuiſſe. Et optandum quidem erat, ut Crojus ſingulos quoſque codices græcos, quos antiquiſſimos vocat, eorumque poſſeſſores indicaſſet, ut dictis ſuis majorem fidem auctoritatemque conciliaret; multùm enim vereor, ne hac in re hallucinatus ſit. Sanè quod ex Theophylacti in Evangelia commentariis idem auctor opponit, ſcriptorum codicum auctoritate falſum eſſe convincitur. Vetuſtus enim Theophylacti Vaticanus codex numero DCXLV. eadem, quæ Alexandrinus, & cæteri Evangeliorum Græci codices, habet capitula. Idem in alio codice n. MCCXXI. ejuſdem Bibliothecæ obſervatur; ſcriptus eſt autem manu Simonis Notarii, adnitente Paulo Hegumeno Monaſterii S. Mariæ de Cornu in Siciliæ Inſulâ, die III. Aprilis anni MCLIV. indictione II. ut in fine commentariorum in Lucam apertè dicitur. At in codice num. DCXLIV. non Græcorum capitula, ſed numeri, qui Euſebianis canonibus inſerviunt, ad ſingula Evangeliorum loca, à Theophylacto expoſita, in margine apponuntur Theodori Agiopetriti manu, qui anno MCCLXXX. codicem illum, Cyrilli cujuſdam juſſu, exaravit, ut in ejus calce ſcribitur. Ex quibus omnibus colligere licet, Theophylactum quidē Evangelia, non interruptâ textûs ſerie, expoſuiſſe; diviſiones verò, quæ cum ejuſdem cōmentariis habentur, à Librariis, ut Lectorum cōmoditati conſulerēt, adjectas fuiſſe. Denique vulgatæ Latinorum editionis capitula in codice, qui Theophylacti commentariorum editoribus præſto fuit, à re-

centi

centi aliquo librario adhibita fuiſſe videntur, ideoque nullum inde argumentum deduci poteſt, ad antiquum earundem ſectionum uſum apud Græcos probandum. Oecumenius ſanè, qui paulò ante Theophylacti tempora in Apoſtolorum Acta, & epiſtolas Pauli, aliaſque ſeptem Catholicas commentaria conſcripſit, excogitatas ab Euthalio noſtro diviſiones ſecutus eſt, quin & partem prologi ejuſdem Euthalii in epiſtolas Pauli, ſuppreſſo auctoris nomine retulit; ſi tamen ab Oecumenio, & non potiùs à librariis antiquis ejuſdem commentario addita fuerit.

LVII. Cæterùm in Actuum Apoſtolicorum capitulis concinnandis ſe à Patribus, qui ipſum ætate præceſſerunt, normam accepiſſe, ait Euthalius in præfatiunculâ eiſdem capitulis præfixâ, quibus verbis, vel ad Paulinarum epiſtolarum diviſionem, anno CCCXCVI. ut diximus, factam, reſpexit, vel ad titulos illos, ſeu capitula Evangeliorum, quæ in Alexandrino codice reperiuntur, vel fortaſſe ad aliquos Veteris Teſtamenti libros, qui tunc temporis in ſectiones, ſeu capita partiti fuerant. Dubitari tamen poteſt, an Euthalius præter horum novi Fœderis librorum diſtinctiones, commentarium aliquod in Apoſtolorum Acta conſcripſerit. Franciſcus enim Turrianus in præfatione ad Conſtitutiones Apoſtolicas pag. 17. Euthalium comm. in Acta Apoſtolorum ſcripſiſſe, ejuſq; eruditiſſimum in ea ipſa Acta prologum extare tradit, in quo ſic ſe Acta expoſiturum pollicetur, ut multis in locis τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων, hoc eſt, Apoſtolicarum conſtitutionum mentionem faciat, quas, inquit, ἥ τε πρὸς τὺς ἐναντίυς, ἥ τε πρὸς τὺς οἰκείυς πεποίηνται, *quas ſive contra adverſarios, ſive etiam ad fideliam uſum fecerunt*. Holſtenius quòque Vir Doctiſſimus in Obſervationibus ad Stephanum de Urbibus, verbo Ἀττάλεια, Euthalii Diaconi in Acta Apoſtolorum commentaria laudare videtur. Attaliam enim urbem notat ab Euthalio Diacono, aliiſque juxta D. Lucam in Actis cap. XIV. ver. XXIV. Pamphyliæ aſſignari. Præterea Lambecius lib. III. Bibliothecæ Cæſareæ teſtatur, in ejuſdem Bibliothecæ codice Theologico XLVI. extare Catenam Patrum in Pauli epiſtolam ad Romanos, in qua cum aliis Patrum expoſitionibus, Euthalii fragmenta quędam fol. 4. & 5. continentur. Gulielmus denique Cave in Eccleſiaſticorum Scriptorum Hiſtoriâ literariâ, ubi de Euthalio agit, ipſum in Apoſtolorum Acta, & in Lucæ Evangelium Commentaria, quæ alicubi latent, ſcripſiſſe tradit. Et ſa-

nè

nè quę ex Euthalii in Acta Apoſtolorum commentariis laudant Turrianus, atque Holſtenius, in prologis, & capitulis, nunc primùm à nobis editis, non reperiuntur: codices tamen, quibus ipſi uſi fuiſſe videntur, adhuc invenire non potui, licèt eos in Urbanis Bibliothecis diu multùmque quæſierim. Quòd autem Euthalii fragmentum in Catenâ Patrum in Pauli epiſtolam ad Romanos extare, ait Lambecius, fieri poteſt, ut ex prologo in epiſtolas Pauli deſumptum fuerit. Sed in vetuſtiſſimis Vaticanæ Bibliothecæ codicibus, qui variorum continent commentaria in Pauli epiſtolas, nullum Euthalii operum fragmentum apparet, multùmque vereor ne iſta commentaria in Lucæ Evangelium perperam à quibuſdam Euthalio tribuantur.

LVIII. His de Euthalii ætate, ac ſcriptis, quantùm obſcuritas antiquorum temporum ſinit, adnotatis, nunc de ordine, quem in Actis Apoſtolorum, & Catholicis epiſtolis dividendis, idem Auctor adhibuit, breviter mihi diſſerendum eſt. Primùm itaque Euthalius Apoſtolorũ Acta, & Catholicas epiſtolas ad Euſebii Cæſarienſis Bibliothecæ codices contulit, & juxta eorum fidem, ſi quid à Librariis erratum fuerat, emendavit. Deinde utriuſque libri textum in lectiones, capita, & verſus accuratè diſtinxit. Lectiones modò unum caput, modò plura, non tamen æqualis numeri, aut quantitatis complectuntur. Capita duplicis generis ſunt, majora, ſcilicet, & minora. Prima κεφάλαια αὐτοτελῆ, Euthalius, eumque ſecutus Oecumenius, appellat, quia nimirum integrum aliquod argumentum continent, nec in partes aliquas, ſeu membra quædam, ut Crojus cap. VII. ait, diviſa ſunt. Verùm quia argumentum illud prolixum interdum eſt, aliaque minora argumenta, à primario argumento pendentia, includit, hinc minores ſectiones, ſeu ὑποδιαιρέσεις, adhibuit Euthalius, ut qui argumenti primarii partem aliquam noſſe cuperent, integrî, prolixîque capitis lectione non indigerent. Hæ autem ſubdiviſiones, undenam incipiant, nec in Oecumenii commentariis, nec in Stephanianâ Novi Teſtamenti editione indicatur, licèt utrobique capitula illa ὑποδιαιρέσεις, habere, in eorundem elencho diſertè dicatur. Notandum tamen eſt, Euthalium non ſemper ab ipſo Actuum Apoſtolicorum, & ſingularum epiſtolarum initio, ſed interdum poſt aliquot verſus, modò plures, modò pauciores, capitum diſtinctionem ordiri, eoſque verſus libri, vel epiſtolæ procemii lo-

co habere, atque procemium appellare, quemadmodum Sanctum quòque Joannem Chryſoſtomum Actuum Apoſtolicorum initium προοίμια vocaſſe, in commen. ad cap. 1. ejuſdem libri pag. 447. comperimus. Præter hæc capita Euthalius omnium locorum, qui ex veteri Teſtamento, aliiſque tum ſacris, tum prophanis libris, à Lucâ, aliiſq; Apoſtolis citantur, duplicem catalogũ texuit, in quorum primo Sacræ Scripturæ, & aliorum etiam Auctorum libri, quot vicibus laudentur in textu, deſcribit; in ſecundo verò ſingulos locos iiſdem, quibus concepti ſunt, verbis recitat. Hæc autem omnia ad faciliorem, & commodiorem lectorum uſum ante ſingulos libros hoc ordine collocavit Euthalius. Primo enim loco poſuit Præfationes ad eos, qui ſibi, ut opus iſtud aggrederetur, auctores fuerant; deinde ſyllabum lectionum cum capitulorum, & locorum, ſeu teſtimoniorum, ut ipſe vocat, & verſuum in unâquaq; lectione contentorum numero. Hunc excipit ἀνακεφαλαίωσις, hoc eſt, recapitulatio, ſi ita latinè loqui licet, omnium teſtimoniorum, quæ in ſingulis libris continentur; in qua quidem recapitulatione quot vicibus unuſquiſque Sacræ Scripturæ, vel aliorum Auctorum liber citetur, nigris numerorum notis deſignavit, aliaſque inſuper addidit, minio exaratas, ad indicandum ordinem, quem iidem loci in ſacro textu obtinent, ut nempe, Lector ſtatim ſcire poſſet, quoti ſint in eodem textu, qui ex ſingulis quibuſque libris loci afferuntur, quemadmodum in programmate, ſeu præviâ ad elenchum capitum libri Actuum Apoſtolorum adnotatione Euthalius admonet. Poſt hæc alium locorum, ſeu teſtimoniorum elenchum ponit, in quo eorundem verba afferuntur. Denique Elenchus capitum, eorumque ſubdiviſionum apponitur, cum præviâ admonitione, in qua numeros majorum capitum atramento, minorum verò, ſeu ὑποδιαιρέσεων, minio ſe indicaſſe ſignificat. Omiſimus in hac Euthaliani operis deſcriptione argumenta tum libri Actuũ Apoſtolorum, tum Catholicarum epiſtolarum, quæ capitulorum elenchis in omnibus, quibus uſi ſumus codicibus, præfiguntur, quia ea non Euthalii, ſed alterius recentioris auctoris eſſe, & à librariis antiquis ejuſdem editioni inſerta fuiſſe ſuperiùs monſtravimus.

LIX. Porrò idem ordo in Pauli epiſtolis ſervatur, niſi quòd alia quædam eiſdem propria opportunis in locis immiſcet. Primò enim prologum habet ampliſſimum de S. Pauli geſtis, ejuſ-

que epiſtolis, in quorum fine antiqui Patris, qui eaſdem in capita diviſit, brevem alium de Pauli martyrio prologum ſubdit, unà cum appendice, in qua quot anni ab ejuſdem paſſione ad ſua uſque tempora præterierint, & ipſe rurſus ſupputat. Sequuntur lectionum, & teſtimoniorum elenchi, in quorum fine loca enumerat, ex quibus datæ fuerunt epiſtolæ, & quorum nomine ſcriptæ fuerint ulteriùs exponit. Hos excipiunt ipſa teſtimoniorum verba, cum eorum ſyllabo, quæ bis, aut ter à Paulo afferuntur. Denique argumenta ſingulis epiſtolis præfiguntur cum capitulorum, & ὑποδιαιρέσεων elenchis, ab antiquiore quodam Patre elucubratis; ſed argumentorum illorum Euthalium auctorem non eſſe ſuperiùs capite ı. probavimus. Cæterùm in ſcriptis codd. omnes lectionum, capitulorum, & locorum, ſeu teſtimoniorum elenchi notas arithmeticas habent, quæ deinde in textûs margine apponuntur ad eum locum, ubi lectio, capitulum, vel teſtimonium incipit. In ſingulorum enim librorum textûs margine proprios lectionum, capitulorum, eorundemque ſubdiviſionum numeros, ordine collocat; & numericas quidem capitulorum, & lectionum notas atramento, ſubdiviſionum verò cinnabari exaravit. Præterea ſummaria capitum, vel ſubdiviſionum, quæ ſingulis jam libris præfixerat, modò in infernâ, modò in ſupernâ pagine orâ iterum ſcripſit: locos denique ex ſacris, atq; prophanis interdum libris ab Apoſtolis allatos, in Actis quidem Apoſtolorum uno tantùm numero, quoti illi ſint, indicante, ad marginem itidem appoſuit; in epiſtolis verò D. Pauli, aliiſque Catholicis eorundem locorum citationes duplicibus numerorum notis inſignivit, quorum primæ citationibus præfixæ, atque cinnabari ſcriptæ, teſtimoniorum cujuſque epiſtolæ ſeorſim acceptæ numerum denotant; ſecundæ verò ad citationis calcem nigro colore adjectæ, quotus ille ſit ex locis in toto epiſtolarum Paulinarum, vel Catholicarum corpore laudatis oſtendunt; quare hunc καθολικὸν ἀριθμὸν, hoc eſt, univerſalem numerum, ſeu ad univerſas ſimul acceptas epiſtolas pertinentem, vocare ſolet. Nec inſolitum cuiquam videri debet, eâ per colores diſtinctione Euthalium uſum fuiſſe; nam & Euſebium Cæſarienſem literas, lineaſq; diverſis coloribus diſtinctas, ad varias Regum dynaſtias diſcernendas, in Chronico adhibuiſſe, teſtis eſt Hieronymus in præfatione ad idem Chronicon. Canonum quòque Evangeliorum numeros diverſo cinnabaris, & atramenti

colore diſtinxit Euſebius, ut in epiſtolâ ad Carpianum affirmat. Aliam tamen utraſque diviſiones in capitulis diſtinguendi rationem ſecutus eſt librarius, qui veterem græcum Pentateuchi codicem, in Paulinâ Lipſienſi Bibliothecâ ſervatum, deſcripſit; nam majores ſectiones majuſculis, minores verò minuſculis literis expreſſit, teſte Georgio Henrico Goëzio de ritu ſacrarum apud veteres lectionum num. xvi.

LX. Præter hos autem lectionum, & locorum, ſeu teſtimoniorum, atque capitulorum indices, habet etiam in margine codex Regio-Alexandrinus, aliam eccleſiaſticarum lectionum ſeriem illi plerumque ſimilem, quæ in Græcorum Eccleſiis per anni circulum hodie recitatur, quemadmodum in multis aliis antiquis codicibus fieri ſolet. Quid Lectiones iſtæ ab aliis lectionibus, ab Euthalio in margine itidem recenſitis, de quibus paulò ante egimus, differant, nunc eſt videndum. Et meo quidem judicio lectiones, quibus Euthalius ſacrum textum diſtinxit, illæ ſunt, quæ ſuo tempore in Alexandrinâ Eccleſiâ feſtis diebus legebantur, vel quas ipſe, in publicis ejuſdem Eccleſiæ ſynaxibus legendas Athanaſio Epiſcopo Alexandrino propoſuit: eæ verò lectiones, quæ ad oram Regio-Alexandrini codicis adnotantur, Euthalium noſtrum non habent auctorem; ſed ejuſdem diviſionibus à poſterioris ævi librariis ſunt ſuperadditæ, ut Apoſtolicum textum temporum conſuetudini, in quibus ipſi codices ſuos conflabant, accommodarent. Sanè lectiones iſtas Euthalii non eſſe ex eo colligitur, quod cap. vii. ver. vii. epiſtolæ ad Hebræos incipere ait lectionem recitandam in feſto Hypapantes, ſeu Purificationis, quod Juſtiniani Imp. temporibus per Orientem celebrari cœptum fuiſſe, probat Baronius in Martyrologio ad diem ſecundam Februarii, aliique Scriptores. Præterea in lectionibus Regio-Alexandrini codicis margini adſcriptis, ordo ab eo diverſus habetur, quem in Pauli epiſtolis ſecutus eſt Euthalius; hic enim epiſtolam ad Hebræos non in calce epiſtolarum S. Pauli; ſed poſt epiſtolam ii. ad Theſſalonicenſes poſuit, juxta antiquiſſimum Vaticanum codicem, Anglicano codici vetuſtate parem, & alios in noſtris ad ejus argumentum notis memoratos, quibus addendi ſunt duo Vaticani codices, Cophtorum linguâ conſcripti, quorum unus ſignatus num. iii. quingentorum circiter annorum antiquitatem præfefert; alter verò ſcriptus eſt anno æræ Diocletiani mccxx.

Chri-

Chriſtianæ, ſcilicet, æræ anno MDIV. in quo ad catalogum epiſtolarum S. Pauli adnotatur, epiſtolam ad Hebræos à Cophtis quidem poſt epiſtolam II. ad Theſſalonicenſes, ab Arabibus verò in omnium Pauli epiſtolarum calce collocari; ſervato, ſcilicet, adhuc apud Ægyptios in Pauli epiſtolis, Euthalianæ editionis ordine, licèt in eiſdem codicibus epiſtolas Pauli Catholicæ ſeptem epiſtolæ excipiant, & in harumce fine Apoſtolorum Actus habeantur. At lectionarium, de quo agimus, tum in Regio-Alexandrino codice, tum in aliis ſcriptis codd. tum etiam in vulgatis Græcorum ritualibus incipit ab epiſtolâ ad Romanos, & poſt abſolutam epiſtolam II. ad Theſſalonicenſes, ſtatim cum epiſtolâ ad Timotheum, Titum, & Philemonem continuatur, & deinceps ſequuntur lectiones ex epiſtolâ ad Hebræos deſumptæ; quod utiq; non feciſſet Euthalius, ſed potiùs juxta ſemel inſtitutam epiſtolarum ſeriem, lectionibus ex epiſtolâ II. ad Theſſalonicenſes mutuatis, alias ex epiſtolâ ad Hebræos ſtatim ſubjunxiſſet, ut lectionum ſeries cum epiſtolarum ordine, quemadmodum in omnibus lectionariis fieri ſolet, conveniret. Denique Euthalii ævo ſynaxes publicæ quotidie non habebantur, quamobrem fieri non poteſt, ut ipſe lectionarium conderet, in quo ſingulorum dierum ſynaxibus propriæ lectiones deputarentur. Quæ omnia ut clariora fiant, de ſacrarum lectionum antiquo uſu, atque numero, nunc mihi breviter agendum eſt.

LXI. Hebræos in Synagogis ſuis Sacrarum Scripturarum, legis, videlicet, & Prophetarum lectioni, earumque explicationi ſingulis quibuſque ſabbatis vacaſſe ex Lucæ cap. IV. ver. XVI. Apoſtolorum Actis cap. XIII. ver. XIV. & ex epiſtolâ II. ad Corinthios cap. III. ver. XIV. notum eſt Eruditis. Eam in rem Moyſis quidem, ſeu Pentateuchi libros in LIV. ſectiones diviſerant; licèt enim LIII. eſſent ſabbata, in eorundem tamen poſtremo duæ recitabantur lectiones, ut ſcitè probat Crojus Sacr. Obſervationum cap. II. De Propheticorum ſcriptorum diviſione nihil conſtat; ſed ex Apoſtolorum Actis cap. XIII. ver. XXVII. Prophetarum quòque certas ſectiones, unà cum legis textu, ſingulis ſabbatis in ſynagogis fuiſſe perlectas, & doctorum Virorum explicationibus illuſtratas, liquidò apparet. Morem hunc è Synagogis in Eccleſias Chriſtianorum tranſiiſſe dubitari non poteſt, & ante promulgatos Evangeliorum libros, legem quòque, & Prophetas ad fidelium mores excolen-

dos, demonſtrandumque Filii Dei adventum, Dominicâ potiſſimùm die in ſacris ſynaxibus publicè lectos, & ab Apoſtolis explicatos fuiſſe, eorundem Apoſtolorum acta cap. xx. ver. vii. cum ſeqq. ſuboſcurè nos docent. Ibi enim legimus Paulum unâ ſabbatorum ſynaxim habentem, antequam panem fidelibus frangeret, de ſacris utique Scripturis diſſeruiſſe. Poſt promulgata Evangelia, ſcriptaſque ab Apoſtolis epiſtolas, eorundem lectio veteris Inſtrumenti libris adjuncta fuit; Scripturarum enim divinarum in univerſum lectioni, ſacrorum conventuum tempore, Chriſtianos operam dediſſe, Tertullianus in Apologetico refert cap. xxii. & xxix. & in lib. ii. ad Uxorem cap. vi. Quin & idem auctor in libro de animâ cap. ix. ſacræ ſynaxeos ordinem deſcribens, primò ſcripturarum lectionem ponit, deinde Pſalmorum cantum, mox allocutionem, ſeu lectarum ſcripturarum expoſitionem. Hinc Hippolytus Martyr, ſi is auctor eſt homiliæ de Conſummatione ſæculi, pag. 357. editionis Duceanę de mundi interitu loquens, ait, *Liturgia extinguetur, Pſalmorum decantatio ceſſabit, Scripturarum recitatio* ἀνάγνωσις τῶν γραφῶν, *non audietur.* Et Evangeliorum quidem lectionis meminit Cyprianus epiſtolâ xxxiii. & epiſtolâ xxxiv. Apoſtolorum verò epiſtolas, & Prophetarum ſcripta ſuis temporibus in Eccleſiis lecta fuiſſe Juſtinus Martyr in Apologiâ ii. pag. 98. teſtatur, dum inquit, *Solis qui dicitur die* (nempe Dominicâ) *omnium, qui vel in oppidis, vel ruri degunt, in eundem locum conventus fit, & commentaria Apoſtolorum; aut ſcripta Prophetarum, quoad tempus fert, leguntur. Deinde Lectore quieſcente, Præſidens orationem, qua populum inſtruit, & ad imitationem tam pulchrarum rerum cohortatur, habet.* Et Apoſtolorum quidem epiſtolæ priùs in Eccleſiis, ad quas ſcriptæ fuerant, ac deinde per reliquum Chriſtianum Orbem perlectæ fuiſſe videntur; Evangeliſtarum verò ſcripta an ſtatim, atque prodierunt, in fidelium ſynaxibus recitata fuerint, certò ſcire non poſſumus. Sed & reliquos Veteris Teſtamenti libros in eiſdem fidelium ſynaxibus lectos fuiſſe patet ex multis Origenis operum locis, quos Doctiſſimus, atque cultiſſimus ſcriptor Petrus Daniel Huetius congerit in notis ad eundem pag. 8. & 104. licèt ex illis plerique de lectionibus alio, quàm ſacrarum ſynaxium, tempore habitis intelligi poſſint. Inſignis eſt alius ejuſdem Origenis locus in libro iii. contra Celſum pag. 142. ubi Chriſtianorum hoc inſtitutum adversùs Celſi

ca-

calumnias ita defendit, *Conſidera quomodo hîc quòque nobis calumniam ſtruat, quos confert cum circulatoribus fandas, infandaſque nugas garrientibus. At quas tandem? aut quid nos facimus ſimile? qui lectionibus, earumque enarrationibus populum hortamur ad pietatem erga Deum Optimum Maximum, cateraſque virtutes pietatis comites individuas, & abducimus à contemptu numinis, cateriſque affectibus à præſcripto rationis exorbitantibus.* Porrò non quotidie, ſed ſtatis diebus, Chriſtianos in unum conveniſſe ad literarum divinarum commemorationem, ſacrorumque myſteriorum celebrationem, teſtis eſt Plinius in celeberrimâ epiſtolâ de Chriſtianis lib. x. epiſt. xcvii. Statorum hujuſcemodi dierum numerus, licèt præcisè deſignari non poſſit, illud tamen certum eſt, Dominicos in primis totius anni dies Apoſtolorum ævo, & ante Concilii Nicæni tempora ſacræ Synaxi celebrandæ, & Scripturis in eâdem legendis, atque exponendis fuiſſe deſtinatos, id enim disertè tradit D. Lucas in Actis cap. xx. Juſtinus Martyr loco ſuprà laudato, atque Dionyſius Corinthius apud Euſebium hiſtor. Eccl. lib. iv. cap. xxiii. prope finem. Sabbatū Dominicæ adjungitur in Apoſtolorum Conſtitutionibus lib. vii. cap. xxxvii. & lib. viii. capite xxxiii. quem librum, etſi Clementi abdicemus, tamen ante Concilii Nicęni tempora ſcriptum fuiſſe dubitari non poteſt. His adjungendam eſſe quartam, ſextamque feriam ex Epiphanio quiſpiam colligeret in expoſitione fidei catholicæ n. xxii. qui ſynaxes, quæ in iv. & vi. feriâ, atque Dominicis, ſuo ævo, celebrabantur, ab Apoſtolis inſtitutas fuiſſe tradit, ſed meritò quiſpiam dubitaverit, an Apoſtoli tot ſynaxes ſingulis hebdomadibus cogere potuerint, vel à fidelibus adeo frequenter cogi mandaverint, eò præſertim, quòd varii de hac re in Eccleſiis mores fuerint, quæ utique varietas non accidiſſet, ſi Apoſtoli publicarum ſynaxium numerum determinaſſent. Præterea in martyrum quòque feſtis ſolemnes ſynaxes præcedentibus Nicænum Concilium temporibus habitæ fuere; ſed quinam, quantive hujuſcemodi feſti Martyrum dies tunc extiterint, ignoramus.

LXII. Poſt Concilii Nicæni tempora in ſingulis publicis conventibus recitatas fuiſſe ſacrarum Scripturarum lectiones ſupervacaneum eſt pluribus oſtendere, id præſertim teſtante Baſilio Magno in Pſal. lix. cùm inquit, *Noſtra eſſe divina oracula, & in unoquoque conventu legi ſolita, tanquam cæleſtia dona, quæ animam*

cibis à Spiritu Sancto adminiſtratis alant. Sed & ſacrorum conventuum, illis temporibus celebratorum, & lectionum in eiſdem recitatarum numerus adhuc manet incertus. Illud tantùm affirmari poteſt in pleriſque Eccleſiis Sabbato, atque dominicâ die publicos fidelium conventus ad Sacramentorum participationem habitos fuiſſe. Teſtatur hoc Socrates lib. vi. Hiſt. Eccleſ. cap. viii. ubi de Arianis, S. Joannis Chryſoſtomi temporibus extra Conſtantinopolitanam urbem collectas agentibus, ita ſcribit, *Singulis hebdomadis quoties feſti dies occurebant, ſabbatum intelligo, ac diem dominicum, quibus collectæ in Eccleſiis agi ſolent, ipſi intra civitatis portas, circa porticus publicas congregati, hymnos aptè ad Arianam hæreſim compoſitos, alternatim ſibi reſpondentes, canebant, idque majori noctis parte faciebant: diluculo verò eaſdem antiphonas canentes, per mediam urbem incedebant, & extra portas egreſſi, proficiſcebantur ad locum, in quo collectas celebrabant*. Idem quòque legitur apud Sozomenum lib. viii. cap. viii. ubi loco ſabbati, atque dominicæ habet, τῇ πρώτῃ, καὶ τελευταίᾳ τῆς ἑβδομάδος, *primo*, ſcilicet, *atque ultimo hebdomadis die*, quæ verba Nicephorus Calliſtus lib. xiii. Hiſt. Eccl. cap. viii. malè de ſolâ dominicâ intelligit, ut ſcitè ad eum Sozomeni locum notat Valeſius. Præterea Socrates lib. vi. cap. xxii. pag. 286. de variis Eccleſiarum moribus agens, ſic ait, *In collectis verò non minor eſt varietas. Nam cùm omnes, ubique terrarum Eccleſiæ per ſingulas hebdomadas die ſabbati ſacra myſteria celebrent; Alexandrini tamen, & Romani, vetuſtam quandam traditionem ſecuti, id facere detrectant. Sed Ægyptii, qui Alexandrinis vicini ſunt, & ii qui Thebaidem incolunt, ſabbato quidem collectas celebrant, non tamen, ſicut mos eſt Chriſtianorum, ſacra myſteria percipiunt. Poſtquam enim epulati ſunt, & omnium ciborum genere ſaturati, ſub veſperam, oblatione factâ, communicant*. Ait autem Socrates dominicâ die, & ſabbato per univerſam Eccleſiam, Alexandrinâ, atque Romanâ exceptis, publicas Synaxes habitas fuiſſe, at apud Ægypti, & Thebaidis incolas hoc peculiariter obſervari, ut poſt ſumptum cibum, ſub veſperam oblatione factâ, communicent: unde corrigi debet Epiphanii Scholaſtici verſio in Hiſt. Tripartitâ lib. ix. cap. xxxviii. ubi ſic habet, *Sabbato quidem collectas agunt, ſed Dominicâ, ſicut moris eſt, ſacramenta percipiunt*; legendum ſiquidem eſt, *ſed dominica, non ſicut moris eſt, ſacramenta percipiunt*, ut non dominicâ die id factum

fuiſſe, ſed dominica ſacramenta diverſo à cæteris Eccleſiis more ab ipſis percepta fuiſſe ſignificet. Joannes enim Caſſianus lib. III. de Inſtitutis Monachorum cap. II. de Ægypti Monachis loquens, ait, *Exceptis veſpertinis, nocturniſque congregationibus, nulla apud eos per diem publica ſolemnitas, abſque die ſabbati, vel dominicâ celebratur; in quibus horâ tertiâ ſacræ communionis obtentu conveniunt.* Hinc apud Palladium in hiſtoriâ Lauſiacâ cap. XXXVIII. legimus S. Pachomium juſſiſſe, ut Monachi, *Ingredientes ad Chriſti communionem* κατὰ σάββατον, καὶ κυριακὴν, *ſabbato, & dominicâ zonas ſolverent, & pellem ovinam deponerent, & cum ſolâ cucullâ ingrederentur*: quæ Palladii verba, in ſuam hiſtoriam transferens Sozomenus, habet, τῇ πρώτῃ, καὶ τελευταίᾳ, hoc eſt, *primâ, & ultimâ hebdomadis die*, loco illorum verborum, κατὰ σάββατον, καὶ κυριακὴν; idemque auctor lib. VI. cap. XXXI. de Nitriæ Monachis loquens, ait, *Univerſi in eundem locum conveniunt, & collectas celebrant, primo quoque, & ultimo hebdomadis die*, hoc eſt, ſabbato atque dominicâ, ex quibus omnibus patet, erráſſe Nicephorum Calliſtum lib. IX. hiſtor. Eccleſ. cap. XIV. & lib. XI. cap. XXXVIII. ubi hæc duo Sozomeni loca de ſolo dominico die interpretatur. Porrò de ſabbati, atque dominicę ſynaxibus Homil. X. in Joannem Chryſoſtomus ſic loquitur, Τί ποτ' οὖν ἐστὶν, ὅπερ αἰτοῦμαι ὑμᾶς; κατὰ μίαν σαββάτων, ἢ κατὰ σάββατον, τὴν μέλλουσαν ἐν ὑμῖν ἀναγινώσκεσθαι τῶν εὐαγγελίων περικοπὴν, ταύτην πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν μετὰ χεῖρας λαμβάνων ἕκαστος, οἴκοι καθήμενος, ἀναγινωσκέτω συνεχῶς, *Quid igitur à vobis contendimus? Ut eam Evangeliorum ſectionem, quæ vobis Dominicâ die, atque ſabbato legenda eſt, unuſquiſque in manibus ante hos dies habens, domi inceſſanter perlegat.* Ita enim hic locus, non benè à Viris doctis intellectus, interpretandus eſt. Similia habet in homiliâ in Pſal. XLVIII. Idem quòque Concilii Laodiceni canone XVI. confirmatur, in quo Evangelia, & Scripturas ſabbato legi debere, adversùs quoſdam ritum illum, ut arbitror, improbantes, ſancitur. Huc ſpectat Gregorii Nyſſeni locus in Orat. adversùs eos; qui caſtigationes ægrè ferunt, paulò poſt initium, ubi ſabbatum, atque dominicam, ἀδελφὰς ἡμέρας, hoc eſt, *Germanos dies* vocat, quòd in utrâque ſolemnitate publicæ ſynaxes pariter celebrarentur. De his etiam intelligendus S. Joannes Chryſoſtomus initio homiliæ XXIV. in Joannem, ubi fideles hortatur, ut duabus ſaltem hebdomadæ diebus, & brevi earum parte ſibi concionanti aures adhiberent;

berent; at initio commentariorum in epiſtolam ad Romanos binis hiſce diebus Martyrum ſolemnitates adjungit; ait enim, Συνεχῶς ἀκούων ἀναγινωσκομένων τῶν ἐπιστολῶν τοῦ μακαρίου Παύλου, καὶ καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα δὶς, πολλάκις δὲ τρὶς, καὶ τετράκις, ἡνίκα ἂν Μαρτύρων ἁγίων μνήμας ἐπιτελῶμεν, χαίρω &c. *Beati Pauli epiſtolarum lectionem aſſiduè dum auſculto, perque hebdomadas ſingulas bis, & ſæpenumero ter, & quater, quando SS. Martyrum memoriam agimus, gaudio exulto &c.* Scripſit commentaria in Joannem, & in epiſtolam ad Romanos apud Antiochiam, cùm adhuc Presbyter eſſet, licèt Nicephorus lib. XIII. Hiſt. Eccl. cap. II. in univerſas Pauli epiſtolas, epiſcopali jam dignitate præditum, commentaria ſcripſiſſe dicat. Photius enim in Bibliothecæ codice CLXXIV. homilias à Joanne Chryſoſtomo Antiochiæ recitatas, illis, quas epiſcopalibus infulis ornatus habuit, elegantiores nitidioreſque eſſe ait, cujus utique generis ſunt commentaria, ſeu homiliæ in Joannis Evangelium; & in epiſtolam ad Romanos; quamobrem in Antiochenâ Eccleſiâ bis tantùm ſingulis hebdomadibus, niſi Martyrum feſta acciderent, publicas ſynaxes habitas fuiſſe ex laudatis modò ejuſdem verbis apparet.

LXIII. At idem Auctor homil. VIII. in epiſtolam ad Hebræos pag. 1817. ſic inquit, Καίτοι καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα δὶς, ἢ καὶ τρὶς ταῦτα ὑμῖν ἀναγινώσκεται. καὶ ἀνελθὼν ὁ ἀναγνώστης, λέγει πρῶτον, τὸ βιβλίον τίνος ἐστὶν, τοῦ δεῖνος Προφήτου, καὶ τότε λέγει, ἃ λέγει &c. *Atqui ſingulis hebdomadis hæc vobis bis, vel etiam ter leguntur, & quum Lector aſcenderit, dicit primùm cujus ſit liber, nempe hujus, vel illius Prophetæ, & tunc dicit, quæ dicit, ut ea vobis clariora fiant, & non ſolùm ſciatis, quæ illic habentur, ſed & cauſam eorum, quæ ſcripta ſunt, & quis ea dixerit.* De lectionibus ex Prophetis tantùm deſumptis hîc loquitur Chryſoſtomus, quia illis temporibus epiſtolæ, atque Evangelio in ſacris ſynaxibus Prophetica lectio præmittebatur, ut infrà videbimus. Tertia autem illa dies ſacræ Scripturæ lectioni deputata, cujus Chryſoſtomus idem meminit, non ad peculiares aliquos feſtos dies, in quampiam hebdomadam incidentes, pertinere videtur; ſed potiùs ad Paraſceven, quam Sabbato, Dominicæ, & Martyrum ſolemnitatibus jungit idem Auctor in homil. V. in epiſt. I. ad Timotheum pag. 1548. cùm inquit, *Noſtis profectò qui initiati eſtis id quod dicimus, ſive ſextâ feriâ, ſive ſabbato, ſive dominicâ die, ſive in celebritate Martyrum*

tyrum eadem litatur hoſtia. Epiſtolam ad Hebræos quo tempore Conſtantinopolitanam regebat Eccleſiam, ſuis homiliis illuſtravit Chryſoſtomus, ut ex homiliâ IV. in eandem epiſtolam colligere licet; ubi illis, qui paganorum more in ſuorum morte ejulabant, excommunicationem comminatur pag. 1785. Idem quòque de aliis in epiſtolam ad Timotheum homiliis cenſendum eſt; neque enim in ipſis tantus nitor, tantaque elegantia, quanta in aliis homiliis ſuperiùs memoratis, quas Antiochiæ recitatas fuiſſe certò ſcimus, apparet. Sanè Conſtantinus Imperator, *Ut dominico die feriæ agerentur, utque diem, qui eſt pridie ſabbati, cuncti fideles honorarent, in memoriam, ut videtur, earum rerum, quæ à communi omnium Servatore illis diebus geſtæ eſſe perhibentur*; enixè curavit, Euſebio teſte, cujus hæc ſunt verba in Vitâ Conſtantini lib. IV. cap. XVIII. Hoc autem Conſtantini placitum in Conſtantinopolitanâ, ubi potiſſimùm reſedit, urbe, executioni præ cæteris Romani Imperii civitatibus mandatum fuiſſe par eſt, ideoque in eâdem urbe publicæ ſynaxes Paraſceves die celebrabātur. Huc etiam referendus eſt alius Chryſoſtomi locus in homil. XLV. in Acta Apoſtolorum pag. 788. in quo per totum Epiſcopatus ſuî triennium ſe non nocte, dieque, ſed *διὰ τριῶν πολλάκις ἡμερῶν, ἢ δι' ἑπτὰ*, hoc eſt, ſæpenumero tribus, vel etiam ſeptem diebus populum ſacris concionibus ſe allocutum fuiſſe teſtatur, quia nimirum ſæpe fieri ſolebat, ut plures Martyrum feſtivitates in quibuſdam hebdomadibus acciderent. Denique inſtitutas ab Apoſtolis, ſi Epiphanio ſuprà laudato credimus, quartæ, & ſextæ feriæ ſynaxes, per varias Orientis Eccleſias præter ſabbatum, atque dominicam ſuis temporibus actas fuiſſe tradit Baſilius in epiſtolâ CCLXXXIX. ad Cæſariam patriciam, ubi ſic inquit, *Quater nos ſingulis hebdomadis communicamus, dominico die, feriâ IV. in Paraſceve, & ſabbato; ſed & per dies etiam alios, ſi Martyris alicujus memoria celebretur*.

LXIV. Videndum modò an certæ lectiones in ſingulis ſynaxibus recitandæ, Orientalis Eccleſiæ conſenſu, atque uſu præſcriptæ fuerint, vel potiùs ab Eccleſiarum Præpoſitorum arbitrio earum in ſingulis quibuſque feſtis deſignatio penderet. Et ſanè poſt Concilii Nicæni tempora propriam cuicumque feſto lectionem addictam fuiſſe, teſtatur Chryſoſtomus Homil. LVII. in Joannem, ubi ſic inquit, *Siquis templum ingreſſus, ea, quæ ibi dicuntur, attentè audierit, licèt domi Scripturas non legat, is tamen poterit intra*

annum

annum unum, magnum in verbi divini cognitione progreſſum facere, οὐ γὰρ νῦν μὲν ταύτας, αὔριον δὲ ἑτέρας ἀναγινώσκομεν γραφάς· ἀλλὰ ἀεὶ τὰς αὐτὰς, καὶ διὰ παντός; *Neque enim nunc has, nunc alias legimus; ſed ſemper eaſdem; & omni tempore*. Idem Chryſoſtomus homil. xix. in Acta Apoſtolorum prope finem illos redarguit, qui Scripturis in Eccleſiâ recitatis non attendendum eſſe ajebant, quòd eædem ſemper legerentur. Idem in Serm. lxiii. Tom. v. cui titulus, Cur in Pentecoſte Apoſtolorum Acta legantur paginâ 951. *In reſurrectione*, inquit, *omnia legimus, quæ ad reſurrectionem pertinent, & in ſingulis feſtis, quæ in ſingulis acciderunt*. Vide ibidem pag. 949. Sanè D. Athanaſius in Sermone de Aſcenſione Domini, ut alia multa exempla omittam, hiſtoriam Aſcenſionis, Actuū cap. 1. deſcriptam, interpretatur, quod & Chryſoſtomus facit Homil. xxxv. tom. iii. in eandem feſtivitatem. Ex eodem quòque Chryſoſtomo Apoſtolorum Acta, ut & nunc, in Pentecoſtes feſtivitate apud Antiochiam lecta fuiſſe mox vidimus, & ex aliâ ejuſdem homiliâ in Inſcriptionem Actorum uberiùs confirmatur. Sic & apud Latinos extitiſſe dies feſtos, in quibus certas ex Scripturâ ſacrâ lectiones oporteret in Eccleſiâ recitari, diſertè S. Auguſtinus ſcribit in Præfatione, & in tractatu ix. Commentariorum in 1. Joannis epiſtolam, & in ſerm. cccxv. de Apoſtolorum Actibus loquens, ait, *Ipſe liber incipit legi à dominico Paſchæ, ſicut ſe conſuetudo habet Eccleſiæ*. Cæterùm ſacræ Synaxeos lectiones ex Evangeliis potiſſimùm, & Apoſtolorum Actis, epiſtoliſque deſumptas fuiſſe, quæ modò attulimus SS. PP. loca palàm oſtendunt. Sed & Lectionum ex Veteris Teſtamenti libris, ac præſertim Prophetis deſumptarum, itemque Pſalmorum in S. Synaxi recitatorum, diſertè meminit S. Baſilius initio Homiliæ xxi. quæ habita eſt in Lacizis, & in Exhortatione ad Baptiſmum homiliâ xiii. paulò poſt initium. S. Jo. Chryſoſtomus in Homiliâ 1. de Lazaro pag. 28. Homil. viii. in epiſtolam ad Hebræos ſuprà laudatâ, & in Homil. xix. in Acta Apoſtolorum prope finem. Vide Conſtitutiones Apoſtolicas lib. ii. cap. lvii. & lix. lib. v. cap. xix. & lib. viii. cap. v. Quin & apud Occidentales olim in multis Eccleſiis lectioni epiſtolæ prophetica lectio præmittebatur, ut videre eſt apud Gregorium Turonenſem lib. 1. Miraculorum S. Martini capite v. & poſt epiſtolam Pſalmus, qui gradalis vicem ſuppleret, ante Evangelii lectionem cantari ſolebat, ut ex multis Sancti Auguſtini

locis

locis colligit Hugo Menardus in notis ad Sacramentarium Sancti Gregorii Magni pag. 368.

LXV. His de ſacræ Synaxeos lectionum apud antiquos uſu, ac numero breviter expoſitis, vera nos de earum ſerie ab Euthalio diſpoſitâ, cenſuiſſe apparebit. Primò enim fieri non poteſt, ut lectiones illæ, quæ lectionariis hodierno uſu in Eccleſiâ Græcâ receptis, prorſus reſpondent, Euthalii temporibus in Miſſarum ſolemniis adhiberentur; hæc enim ſingulis per anni circulum diebus accommodatæ ſunt; clarè autem oſtenſum eſt, quarto, & quinto Chriſtianæ ſalutis ſeculo, raras fuiſſe publicarum Synaxium celebrationes, & in Eccleſiis illis, in quibus plures præ cæteris ſolemnes Synaxes agebantur, quaternarium numerum ſingulis hebdomadibus nequaquam exceſſiſſe; miſſas verò privatas, tunc temporis apud Græcos lectiones proprias habuiſſe, neutiquam demonſtrari poteſt. At verò lectiones à præcedentibus diverſæ, in quas Apoſtolorum Actus, epiſtolas Pauli, atque Catholicas Euthalius noſter diſſecuit, ad publicas, ut præfati ſumus, Alexandrinæ Eccleſiæ Synaxes pertinere videntur, ſive eas ex veteri ejuſdē Eccleſiæ inſtituto Euthalius expreſſerit, ſive Athanaſii Epiſcopi juſſu partitionem illam primus excogitaverit. Hoc autem verum eſſe, vel ex ipſo lectionum numero evidenter apparet; omnes enim iſtæ Actuum Apoſtolicorum, & prædictarum epiſtolarum lectiones LVII. exiſtunt, quare totius anni dominicas quaternario tantùm numero excedunt. At harum quatuor lectionum una in Aſcenſionis feſto, aliæ verò tres in Chriſti Natali, in Epiphaniâ, & Paſſionis forſitan die legi poterant. Vidimus enim ſuperiùs, Alexandrinam Eccleſiam in nullo alio hebdomadis die, præterquam dominicâ publicas Synaxes celebraſſe. Quin & Alexandriæ, & per Ægyptum univerſam ſemel in hebdomadâ, nempe die dominico, ſacrificium peractum, & fidelibus ſacramenta diſtributa fuiſſe clarè teſtatur Baſilius in laudatâ epiſtolâ CCLXXXIX. ad Cæſariam Patriciam, ubi ſic inquit, *Alexandriæ autem, & per Ægyptum unuſquiſque etiam de plebe, ut plurimùm habet domi ſuæ communionem. Nam cùm ſemel Sacerdos ſacrificium peragat, & diſtribuat, qui ſuſceperit illud integrum ſimul, & quotidie de illâ ſumpſerit, quam à dante acceperat Sacerdote, credere debet, & tenetur; nec injuriâ, ſe eandem ſuſcipere, & percipere.* Idem affirmat Socrates ſuprà laudatus num. LXII. qui anno CCCCXXXIX. æræ vulgaris

non

non multò ante Euthalii ætatem, ſcribebat. Quod autem Baſilius, ait, per Ægyptum quòque dominicis tantùm diebus publicum miſſæ ſacrificium peragi conſueviſſe, intelligendum utique eſt de unâ illâ Ægyptiacæ diœceſeos provinciâ, quæ Ægyptus propriè dicitur, in qua ſita eſt Alexandria; vidimus enim ſuperiùs num. xxii. ſabbato atq; dominicâ die in reliquâ Ægyptiacâ diœceſi publicas ſynaxes fuiſſe celebratas. Nec iſtæ Euthalii lectiones ad feriam iv. ac vi. in quibus citra Sacramentorum conſecrationem, & participationem, Scripturæ apud Alexandrinos, eodem Socrate teſte lib. v. cap. xxii. pag. 287. legebantur, atque exponebantur, pertinere poterant; nam illorum dierum numerus duplo major eſt lectionibus ab Euthalio præſcriptis; atque inſuper alios ſacræ paginæ libros, præter Apoſtolorum Acta, & Epiſtolas, in eiſdem diebus perlectos, expoſitoſque fuiſſe, vel inde conſtat, quòd Origenem illis potiſſimùm diebus in Eccleſiâ Alexandrinâ ſacras Scripturas explanaſſe, Socrates mox laudatus affirmat. Origenes autem lectionum tam ex veteri, quàm ex novo Teſtamento in Eccleſiâ recitatarum, ſuiſque ad populum homiliis illuſtratarum, meminit variis in locis apud Huetium in notis ad ejuſdem commentaria in libros Regum, & in Evangelium Joannis pag. 8. & 104. nec veriſimile videtur ex paucis Sacrarum Scripturarum libris, Apoſtolorum ſcilicet Actibus, & Epiſtolis, dimidiam illarum lectionum partem deſumptam fuiſſe, cùm è contrario dominicis, aliiſque ſolemnioribus totius anni feſtis planè reſpondeant. Denique hac eâdem ratione probari poteſt, nec etiam in privatum uſum lectiones iſtas Euthalium adinveniſſe, quemadmodum, & Marium Victorinum libros Ciceronis de Rhetoricâ in clxxvi. lectiones, ut ipſe vocat, partitum fuiſſe patet ex ſcriptis codicibus, & ex Pitheanâ Veterum Latinorum Rhetorum editione; nam cur in eum potiùs, qui publicas Ægyptiacæ Diœceſeos ſynaxes æquaret, non verò in alium ſuo propoſito accommodatiorem numerum eam Novi Teſtamenti partem diſtinxiſſet, aut cur eandem ita diſtinctam Alexandrino Epiſcopo obtuliſſet, niſi publico uſui eam recitandi normam deſtinaſſet. Utinam autem aliquis Euthalianæ editioni coævus Evangeliorum codex, quem Alexandrina Eccleſia in publicis olim ſynaxibus adhibuerit, ad noſtram uſque ætatem perduraſſet, ut aliarum ex Evangeliis lectionum in eiſdem ſynaxibus recitandarū numerum, ordinemq; diſcere poſſemus. Sed quo-

niam

niam temporum nimiâ vetuſtate factum eſt,ut nullam talium codicum copiam habeamus, Apoſtolicarum ſaltem lectionum notitiâ Eruditorum curioſitatem mihi ſat erit expleſſe.

LXVI. Cæterùm ex his,quæ huc uſque diximus, quantî facienda ſint hæc Euthalii noſtrî monumenta nemo non videt. Reſtat modò, ut quænam eorum pars ante editionem noſtram vulgata fuerit, & quid ad eorum illuſtrationem ipſe contulerim,paucis explicetur. Franciſcus Cardinalis Ximenius Vir magni nominis,primus omnium in Complutenſi Bibliorum editione partem prologi, quem Euthalius Paulinis epiſtolis præfixit, à capite III. editionis noſtræ uſque ad finem, Euthalio Diacono inſcriptam, anno MDXIV. ante eaſdem Pauli epiſtolas vulgavit, unà cum Pauli peregrinationum hiſtoriâ, quæ etiam in Regio-Alexandrino codice reperitur. Præterea vetera incerti auctoris in S. Pauli, & ſeptem alias Catholicas epiſtolas argumenta iis fragmẽtis attexuit. Circa hæc eadem tempora Eraſmus ex antiquis codicibus græcolatinam Novi Teſtamenti editionem abſolvit,anno ſcilicet MDXV. in cujus quartâ editione, neque enim priores mihi videre licuit, eandem partem Euthaliani prologi in Pauli epiſtolas, & narratiunculam de S. Pauli peregrinationibus, abſque auctoris nomine, & abſque ullâ diſtinctione, tanquam unum idemque opus eſſent, in Apoſtolicorum Actuum limine leguntur, unâ cũ temporis martyrii S. Pauli deſignatione,ex alterius Patris Euthalio antiquioris programmate mutuatâ, & cum eiſdem in catholicas, atque Paulinas epiſtolas argumentis,quę in Complutenſi editione habentur. Poſt annos autem XVII. Oecumenii, & aliorum veterum Patrum commentaria in Apoſtolorùm Acta, in Catholicas, & in alias D. Pauli epiſtolas Gibertus Veronenſis Epiſcopus græçè edidit Veronæ. In his autem commentariis vetera modò memorata Actuũ Apoſtolicorum,& ſeptem Catholicarum,aliarumque S. Pauli epiſtolarum, argumenta,unà cum capitulorum indicibus, quos tum Euthalius in Acta Apoſtolorum,& Catholicas epiſtolas,tum Scriptor ipſo antiquior in Pauli epiſtolas edidere, nullâ tamen eorundem Auctorum mentione factâ, & capitulorũ ſummarijs plerumq; decurtatis, continentur. Sed Apoſtolorum Actibus præfationis loco adjunxit excerpta varia de XII. Apoſtolis, aliaque nonnulla, quæ in Euthalianâ editione deſiderantur, itemque narratio de S. Pauli peregrinationibus, nec non argumentum in eoſdem Actus

cum Apoſtolorum nominibus, eorundemque miraculis, quæ licèt in Regio-Alexandrino quòque codice reperiantur; Euthalii tamen non eſſe ſuprà conjecimus. In horum calce habet elenchum locorum, qui in eiſdem Actibus ex ſacræ paginę libris, aliiſque auctoribus citantur: inſeritur autem poſt Pauli peregrinationes deſignatio illa temporis martyrii S. Pauli, quam alterius Scriptoris Euthalio antiquioris eſſe conſtat. Porrò commentariis in epiſtolas Pauli prologum præfigit de ejuſdem Pauli geſtis, Euthalii nomine inſignitum, omiſſo exordio, quo Athanaſium Alexandrinum alloquitur, unà cum toto cap. II. editionis noſtræ, cujus loco ponit peregrinationes S. Pauli, & in prologi fine iterum habet eandem temporis martyrii S. Pauli deſignationem, quam ante Pauli epiſtolas collocaverat. Et hæc quidem Oecumenius in editione Giberti Epiſcopi Veronenſis. Robertus deinde Stephanus, cùm anno MDL. elegantiſſimam Novi Fœderis editionem majori formâ ad umbilicum duxiſſet, fragmenta quidem omnia præfationum Euthalii, quæ in Complutenſi editione habebantur, eodem ordine, ſed ante Apoſtolorum Acta poſuit: in argumentis verò Paulinarum, & Catholicarum epiſtolarum, & in earundem, Actuumque Apoſtolicorum capitulis recudendis, Giberti Veronenſis editionem potiſſimùm expreſſit, ut videre eſt in argumento epiſtolæ II. ad Corinth. & epiſt. ad Hebræos, itemque in argumentis epiſtolæ Jacobi, & primæ Joannis; ſed hac in re Giberto, vel Oecumenio exactior eſt Stephanus; quòd eorum librorum capitula integra juxta veteres codices repræſentaverit, & cuncta quæ ex Euthalio edidit, ad eoſdem codices accuratè contulerit. Denique Joannes Henricus Bœclerus, è Berneggeri Bibliothecâ nactus perantiquum codicem Actuum Apoſtolicorum, Catholicarum, Paulinarumque epiſtolarum, in quo integer Euthalii prologus in Pauli epiſtolas ſine auctoris nomine continebatur, rem Eccleſiæ admodum utilem ſe facturum cenſuit, ſi Novi Fœderis librorum editioni, à ſe typis Argentoratenſibus anno MDCLX. procuratæ, eundem prologum græcè tantùm, & ſine auctoris nomine, prout illum in Berneggeri codice repererat, cum eruditâ prçfatiunculâ adjungeret. Hęc autem editio in Criticorum Sacrorum corpus relata fuit, tomo VII. pag. 5011. Berneggeri verò codex, Bœcleri munere in Chriſtinę Auguſtę poſſeſſionem tranſlatus, nunc Alexandri VIII. munificentiâ Vaticanam Bibliothecam exornat.

LXVII. Quòd hactenus integrum Euthalii opus non prodierit in lucem, librariorum culpa fuit, qui cùm in hujus Auctoris prologis, & programmatibus nonnulla eſſe viderent, à ſuorum temporum uſu abhorrentia, & præterea ex tot numerorum, & elenchorum laborioſâ tranſcriptione magnum ipſis incommodum oriretur, non omnes ejus lucubrationes, ſed quæ magis neceſſariæ ipſis videbantur, in illis, quos exſcribebant, codicibus, interdum indicato, ſæpiùs ſuppreſſo auctoris nomine, inſeruere. At librarios lucro addictos id præſtitiſſe, mirum videri non debet; Oecumenium verò, ſeu potiùs veterem catenæ, ſub ejus nomine editæ, collectorem ſimilia perpetraſſe, nullam excuſationem admittit. Sanè tot rerum ſcitu digniſſimarum cognitione caruiſſemus, ni aliter de Euthalii prologis ſenſiſſet eruditus ille vir, qui in ſuum uſum Regio-Alexandrinæ Bibliothecæ codicem ex vetuſtiſſimo altero Euthalii exemplari ante ſexcentos annos deſcribi curavit. Licèt enim in eo codice colorum diſtinctionem modò librarius omiſerit, modò perperam adhibuerit, & alias etiam diſtinctiones parum fideliter expreſſerit; attamen integros prologos, cunctoſque lectionum, capitulorum & teſtimoniorum elenchos deſcripſit, atque inſuper antiquiſſimam Euthaliani codicis orthographiam in diphthongorum, & ſimiliter ſonantium vocalium promiſcuo uſu, illi ſcribendi rationi planè ſimilem, quæ in vetuſtiſſimo Alexandrino Bibliorum ſcripto codice, Briano Vvaltone teſte in Prolegom. IX. ad Biblia Polyglotta num. XXXIV. obſervatur, fideliter retinuit; ſæpiſſimè enim in Regio-Alexandrino codice ponitur αι, pro ε, & ι, pro ει, ſeu οι, & è converſo. Sic in eodem plerumque ſcribitur μ, pro ν, juxta eundem Alexandrinum codicem, cùm alterum μ ſubſequitur, puta ἐμμέσῳ, pro ἐν μέσῳ. Impropriis quòque diphthongis nunquam jota ſubſcribitur, ſed ad vocalis latus apponitur, ut in majuſculis literis fieri ſolet. Denique literam ν ante σ, non mutatur in alterum σ; habet enim συνσωμα, non σύσσωμα; quæ omnia antiquiſſimam ſcribendi rationem præ ſe ferunt. Præterea in Regio-Alexandrino codice verſuum diſtinctiones, punctis in ſuperiori lineæ parte collocatis, indicantur, eorumque ſupputationes ſparſim ad codicis marginem notantur. Quin & omnis ſacer textus à coævo librorum correctore, ut & S. Gregorii Nyſſeni Antirrheticus, accuratè collatus fuit, & fortaſſe ab ipſomet Librario, qui integrum codicem ſcri-

pſerat; nam correctionum,& textûs ipſius characteres adeo ſimiles ſunt, ut ab unâ eâdemque manu exarati fuiſſe videantur. Hujus itaque codicis prologos omnes, atque lectionum, capitulorum, & teſtimoniorum elenchos, ordine nil prorſus mutato, cum latinâ verſione edidimus. Capitula quòque, eorumque ſubdiviſiones à Roberto Stephano,aliiſque non indicatas, ubi nam in ſacrî Textûs capitulis hodierno uſu receptis incipiant, deſinantque, accuratè adnotavi, Eraſmi Schmidii exemplum ſecutus, qui in Evangeliorum antiquis titulis eandem operam, licèt minori, eò quòd ſubdiviſionibus careant, labore præſtitit. Quoniam verò ad exacta Euſebii Cæſarienſis exemplaria Actus quidem Apoſtolorum, & Catholicas epiſtolas ſe contuliſſe, in Paulinis verò epiſtolis earundem editionem, à quodam vetuſtiore Patre elucubratam, ſe ſecutum fuiſſe Euthalius aſſerit; rem Eccleſiæ utiliſſimam, & temporibus hiſce, quibus nonnulli libros Novi Fœderis ab antiquis fidelibus, pro arbitrio interpolatos fuiſſe probare conantur, maximè neceſſariam me facturum putavi, ſi varias Euthalianæ editionis lectiones ederem, ex quibus meridianâ luce clariùs apparet, antiquiſſimos Orientalis Eccleſiæ codices, ante Concilii Nicæni tempora exaratos, non Cantuarienſis Bezæ codicis interpolationes, ſed lectionem vulgatis græcis editionibus, quas ſemper Latina, Græcaque Eccleſia ſuſpexit, planè ſimilem retinuiſſe.

LXVIII. Inter has autem varias lectiones non modò verſuum numerum inſerui; prout illum Euthalius, vel ipſo recentior librarius ad oram ſacri textûs variis in locis ſupputavit, verùm etiam eam lectionum, certis diebus in miſſa recitandarum, ſeriem addidi, quæ in codicis Regio-Alexandrini margine continetur. Hanc autem cum variis mox memorandis Vaticanæ Bibliothecæ ſcriptis codicibus contuli, ut ſuos quoſque dies ſingulis lectionibus apponerem; propterea quòd in Regio-Alexandrino codice earundem tantummodo initium ac finis, ut plurimùm, indicabatur, nullâ dierum, in quibus recitandæ erant, mentione factâ. Præterea Regio-Alexandrini codicis lectionario alios lectionum liturgicarum indiculos addidi, ex eiſdem Vaticanis codicibus deſumptos, & ab iis, quibus nunc Græci in miſſarum celebratione utuntur, parum diverſos; & ſicubi ab hujus ævi Græcorum lectionariis diſcrepant, adnotavi. Multa autem ſunt in his lectionum indicibus obſervanda: & primò quidem diſcrepa-

re

re inter ſe veteres codices, non in aliquibus dumtaxat lectionibus, ſed in totâ earundem ſerie, atque ordine. Nam Palatinus codex ſignatus num. xxxviii cum Regio-Alexandrino codice in omnibus ferè convenit; uterque autem habet lectiones ſingulis quidem diebus à Paſchate ad Pentecoſtem addictas; per reliquas verò anni partes ſolis ſabbatis, atque dominicis, aliiſque nonnullis feſtivitatibus proprias lectiones aſſignat. Præterea in Vaticano codice num. ccclxvii. qui cum lectionariis, quibus nunc Græci utuntur, penitus convenit, poſt S. Pauli epiſtolas, lectiones ſequuntur ex Catholicis epiſtolis deſumptæ, quæ recitari debent & à feria quarta hebdomadis xxxi. poſt Pentecoſtem, uſque ad feriam quintam hebdomadis Tyrophagiæ, quæ apud Latinos quintæ feriæ hebdomadis dominicam quinquageſimæ pręcedentis, reſpondet. At alius ejuſdem Vaticanæ Bibliothecæ codex ſignatus numero ccclxiii. nec non Urbinas num. iii. juxta Regio-Alexandrinum codicem nullas ex Catholicis epiſtolis lectiones continent, ac propterea neceſſe eſt, ut in eiſdem breviores ſint lectiones, quę ex D. Pauli epiſtolis deſumuntur, ne ullus dies lectione propriâ careat. Præterea lectionarium, quod in Vaticano codice num. ccclxiii. reperitur, lectiones habet pro feriâ iv. & vi. hebdomadis Tyrophagiæ, quæ in aliorum codicum lectionariis non extant; unde patet, lectionarium iſtud in eorum uſu fuiſſe, qui Paleſtinæ Eccleſiarum conſuetudinem in lectionum recitatione nequaquam ſequebantur. Nam in Typico Monaſterii S. Sabæ, cujus regulas nunc cuncta Græcorum Eccleſia amplectitur, capite xxix. diſertè dicitur, in Paleſtinæ Eccleſiis ex antiquâ Patrum traditione nullam in duobus modò memoratis diebus ſynaxim celebrari. Cæterùm in Sabbatorum, & Dominicarum lectionibus, omnes, quos vidi, cùm editi, tum ſcripti codices conveniunt; unde non levi, ut videtur, conjecturâ colligitur, illam lectionum ſeriem in ipſis reperiri, quæ olim per eas Orientis Eccleſias in uſu fuerat, quæ ſabbato tantùm, atque dominicâ, & in Martyrum, aliiſque primariis anni ſolemnitatibus publicas ſynaxes celebrabant. Vidimus enim ſuperiùs cùm in Antiochenâ urbe, cæteriſque fortaſſe provinciarum Diæceſeos Orientis Eccleſiis, tum etiam in toto Ægypti patriarchatu, modò Alexandrinam Urbem excipias, ſolis ſabbati, atque dominicæ diebus publicas ſy-

naxes antiquitus habitas fuiſſe. Quin & eundem lectionum ordinem per Minorem Aſiam,& apud Conſtantinopolim,antequam ibi ſacris ſabbati, dominicæque conventibus quartæ & ſextæ feriæ ſynaxes adjungerentur, obſervatum fuiſſe crediderim. Hiſce autem ſabbatorum, ac dominicarum lectionibus aliæ poſtmodum pro aliis hebdomadæ diebus ſuperadditæ fuere. Et primò quidem omnibus à Paſchate ad Pentecoſtem diebus propriæ lectiones tributæ fuiſſe videntur, cùm ſcilicet eiſdem diebus in lætitiæ ſignum ſynaxes haberi cœperunt, quaſi per totos illos quinquaginta dies una jugis & continuata feſtivitas celebraretur: deinde verò amplificato rurſus ſynaxium numero,cæteri totius anni dies, exceptis illis quadrageſimæ diebus, in quibus præſanctificatorum miſſa celebratur, ſuas itidem lectiones habuerunt, licet non uno eodemque modo id factum fuerit; Catholicas etenim epiſtolas alii quidem addidere, alii verò omiſerunt, ut ex his, quæ paulò ante diximus, apertè colligitur.

LXIX. Habes itaque, Erudite Lector,in hac noſtrâ editione quatuor Orientalium Eccleſiarũ lectionaria, variis ex Regio-Alexandrino codice lectionibus immixta, illud nempe, ni me conjectura fallit, quod antiquiſſimis Eccleſiæ temporibus in iis Orientis Eccleſiis legebatur, quæ Dominicis tantùm diebus, atque Sabbato, & in Martyrum feſtis publicas ſynaxes agere ſueverant; atque aliud etiam lectionarium, in quo præcedentibus feſtivitatibus peculiares lectiones pro quinquaginta inter Paſchatem, & Pentecoſtem diebus, adjunguntur; denique alia duo lectionaria, quorum unum quidem ſolis Palæſtinæ Eccleſiis antea uſitatum, nunc in communi Græcorum uſu verſatur; alterum verò, quo Eccleſiæ ad Palæſtinorum mores ſeſe non accommodantes, antiquitus utebantur. Primum in omnibus hiſce quatuor lectionariis reperitur; omnes enim in ſabbatorum, & dominicarum lectionibus ferè conveniunt. Alterum lectionarium in Regio-Alexandrino, & in Palatino potiſſimùm codice numero XXXVIII. exhibetur, in quo Acta Apoſtolorum, epiſtolæ Catholicæ, & aliæ Divi Pauli epiſtolæ in CLXXIX. tantummodo lectiones diſpertiuntur, quarum L. ex Apoſtolorum Actis deſumptæ, à Paſchatis feſto ad Pentecoſtes dominicam ſingulis diebus recitari debent. Aliæ XCII. ad cætera totius anni ſabbata, eiſque reſpondentes domi-

dominicas pertinent; reliquæ verò XLI. peculiaribus per annum feſtivitatibus deputantur. Ex epiſtolis autem Catholicis lectio feſti S. Heliæ, tres lectiones veſperarum vigiliæ feſti S. Petri, & duæ pro feſtivitatibus S. Joan. Evangeliſtę tantum deſumuntur, ut videre eſt pagina 491. 495. 505. & ſequentibus. Alia deniq; duo lectionaria in eo potiſſimùm diſcrepant, quòd Paleſtinæ Eccleſiarum lectionarium, quo nunc Græci utuntur, & Vaticanus codex num. CCCLXVII. exhibet, plures ex Catholicis epiſtolis lectiones continet, nullamque lectionem feriæ IV. & VI. hebdomadis Tyrophagi addicit: alterum verò quod ex Vaticano codice num. CCCLXIII. & ex alio codice Urbinate ſign. num. III. accepimus, nullas habet lectiones ex Catholicis epiſtolis depromptas, atq; inſuper duobus modò memoratis diebus proprias lectiones adſcribit.

LXX. His adjungi debet alterum lectionarium poſterius quidem temporibus, quibus vixit Euthalius, valde tamen vetuſtum, quod initio Regio-Alexandrini codicis reperitur, & longè diverſum eſt cùm ab aliis modò memoratis Eccleſiæ Græcæ lectionariis, tum etiam ab eo, quod in ejuſdem Regio-Alexandrini codicis margine habetur. Pleraque hujus lectionarii pars, & ipſa in ejuſdem Regio-Alexandrini codicis marginem relata, & cum altero lectionario, de quo ſuprà ſecundo loco egimus, commixta fuit, quod cùm non animadvertiſſem eo tempore, quo varias Euthalianæ editionis lectiones excerpſi, factum eſt, ut interdum quidem dubitaverim cuinam diei tribuendæ fuerint diverſæ lectiones, quarum tantummodo initium, & finis in ejus codicis margine indicabatur; interdum verò eas de lectionibus illis intellexerim, quæ nunc à Græcis in Miſſarum celebratione uſurpantur, cùm potiùs ad hoc aliud lectionarium eidem codici præfixum pertinuerint, ut patebit ex collatione eorum locorum, quæ ad marginem ejuſdem lectionarii in fine noſtri operis pag. 712. editi, enumerantur, ex quibus hallucinationes noſtras in ejuſdem operis corpore facilè benignus Lector poterit emendare. Poſtremum hoc lectionarium ad Alexandrinam Eccleſiã nono æræ Chriſtianæ ſæculo, ac deinceps quòque pertinuiſſe pluribus argumentis oſtenditur. Primò enim ſolius dominicæ diei lectiones continet, exceptis quadrageſimæ ſabbatis, & ſingulis diebus hebdomadæ illius, in qua Orientales lacticinia co-

medere ſolent, quibus diebus proprias lectiones addicit. Deinde quadrageſimæ hebdomadum numerus ſatis indicat, hoc lectionarium proprium fuiſſe Alexandrinæ Eccleſiæ; licet enim ex Paſchalibus Theophili, & Cyrilli Alexandrinorum Epiſcoporum literis, atque homiliis, & ex Sozomeno lib. VII. c.XIX. itemque ex Joan. Caſſiano Collat. XXI.c.XXIV. & XXVII. conſtet, quadrageſimæ jejunium ſex tantùm hebdomadum ſpatio antiquiſſimis Eccleſiæ temporibus apud Ægyptios, & Paleſtinæ incolas duraſſe, & à feria II. poſt primam quadrageſimæ dominicam inchoatum fuiſſe, juxta morem illum, qui olim per totum Occidentem, & adhuc S. Caroli Borromei ætate in Mediolanenſi Provincia viguit; tamen ex Eccleſiæ Alexandrinæ Annalibus ab Eutychio ejuſdem urbis Epiſcopo anno DCCCCXXXVII. conſcriptis lucidè apparet, quadrageſimæ jejunium Ægyptios octo hebdomadibus tunc temporis abſolviſſe, quemadmodum in hoc ipſo lectionario præſcribitur. Nec mos ille recens erat in Ægypti regionibus. Teſtatur enim Eutychius in mox memorati operis tomo II. pag. 243. & ſeqq. jam tum ab Heraclii Auguſti temporibus tot hebdomadibus quadrageſimæ jejunium apud Ægyptios duraſſe. Narrat enim Eutychius, Heraclium poſt ereptam Perſis Hieroſolymam, ab ejuſdem urbis incolis rogatum fuiſſe, ut Judæos cunctos, à quibus tot clades paſſi fuerant, cùm Perſarum Rex Choſroes eandem urbem expugnavit, internecione deleret; cùmque Heraclius adduci non poſſet, ut jusjurandi fidem infringeret, quo ſuæ adversùs Perſas expeditionis initio nil ſe mali Judæis illaturum ſpoponderat, tandem Hieroſolymæ incolas Judæorum necem ab Imperatore eâ conditione impetraſſe, ut fractæ fidei crimen in ſe tranſferentes, ad ejuſdem expiationem totâ hebdomada, quæ quadrageſimã præcedit, plenum jejunium non ſibi modo, ſuiſque poſteris indicerent, verùm etiam à reliquis per totius Orientis tractum fidelibus, ad mundi uſque finem obſervari curarent; abrogatâ ſcilicet Typici à S. Saba editi regulâ, quæ caſeum, ovaque per eam hebdomadam comedi jubebat. Addit Eutychius pag. 247. Ægypti Coptitas ad ſua uſque tempora plenum iſtius hebdomadæ jejunium obſervaſſe; Syriæ verò Damaſcenæ incolas, & Græcos Melchitas poſt Heraclii mortem iterum hebdomadâ iſtâ caſeum, ova, & piſces comedere cœpiſſe; unde patet erraſſe Æ-

neam

neam Pariſienſem qui LX. circiter annos antequam Eutychius ſuos annales abſolveret, adversùs Græcorum in Latinos calumnias apologiam ſcribens, à Clariſſimo, Dacherio in tomo VII. Spicilegii editam, queſt. III. pag. 85. perperam ait Ægyptum, & Palæſtinam omnem novem ante Paſchatem hebdomadibus jejunaſſe. Quamvìs enim id ipſum de quibuſdam Orientis incolis tradant Ratramnus lib. IV. contra Græcorũ oppoſita cap. IV. Alcuinus in epiſtolâ de ſeptuageſima &c. ad Carolum Magnum pag. 1465. ipſeque Carolus Magnus in aliâ epiſtolâ ad Alcuinum, inter ejuſdem opera pag. 1147. & incertus auctor in epiſtolâ de eadem re ibidem pag. 1656. attamen hoc de Monachis potiùs, quàm de cæteris fidelibus, intelligendum eſſe videtur. Sanè octo tantùm hebdomadarum jejunium hôc ipſo, quo vivimus, ævo à Coptitis ſervari teſtantur Vvanſlebius in Alexandrinæ Eccleſiæ Hiſtoriâ par. II. cap. XVIII. & Jobus Ludolphus in Commentario ad Hiſt. Æthiopicam à ſe conſcriptam pag. 380. adhuc ſcilicet vigente apud Ægyptios ſemel inducto ab Heraclii temporibus more, qui in Regio-Alexandrini codicis lectionario, de quo agimus, diſertè deſcribitur; dum non à quadrageſima, ut antiquiſſimis temporibus factum fuiſſe vidimus, ſed à ſexageſima jejunii initium repetit, & per totam primam ejuſdem hebdomadam, qua cæteri Orientis incolæ caſeum ovaque comedunt, plenum jejunium indicit, addita etiam peculiari cujuſque diei lectione in Miſſæ officio recitandâ, ut videre eſt pag. 717. Ex quibus omnibus errare patet Ibn Shatar antiquum Mahumedanum auctorem in computi libro, quem laudat Seldenus de Synedriis lib. III. cap. XV. pag. 247. ubi ſeptem tantùm hebdomadibus quadrageſimę jejunium à Coptitis abſolvi ſcribit. Videtur enim hic auctor perperam putaſſe Ægyptios cum Græcis in quadrageſimæ jejunio convenire; hi enim ſeptem quadrageſimæ hebdomadibus jejunant, & ſeptem diebus primam quadrageſimæ hebdomadam præcedentibus à carnium tantùm eſu abſtinere ſolent, ut antea diximus.

LXXI. Sunt & alia argumenta, quibus lectionarium iſtud Regio-Alexandrino codici præfixum, ad Alexandrinam Eccleſiam antiquitus pertinuiſſe probatur. In eo ſiquidem mentio fit lectionis in Baptiſterio recitandæ die III. poſt Chriſti nativitatis

feſtum

feſtum, qùa die S. Joannis quòque Evangeliſtæ feſtivitatem celebrari ait, idemque baptiſterium poſtea claudi indicat primâ quadrageſimæ dominicâ. Atqui hoc ipſum Ægyptiorum mores exprimit, quos noſtris etiam temporibus, à baptizandis per totam quadrageſimam, niſi maxima neceſſitas urgeat, infantibus, abſtinere tradit mox laudatus Vvanſlebius par. II. ejuſdem hiſtoriæ cap. xxiii. extantque hujus moris veſtigia quædam cùm in Occidentalium Eccleſiis, tum in ipſa Romana, quam in multis imitata eſt Alexandrina, utpote quæ à Marco S. Petri diſcipulo fundata fuerit. Siricius enim Papa in epiſtola i. ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum cap. ii. eos redarguit, qui in Chriſti natalitiis, & in Epiphaniæ, nec non in Apoſtolorum, ac Martyrum feſtivitatibus baptiſmum impertiri ſueverant. Clodoveus quòque primus Francorum Rex Chriſtianus in Natalis Domini feſto baptizatus fuit, Avito Epiſcopo Viennenſi teſte in epiſtolâ ad eundem Regem. Refert etiam Gregorius Turonenſis in libro de Gloriâ Confeſſorum cap. lxix Ebreduni in Natali Domini, & in Cœnâ Dominicâ quotannis in baptiſterio à S. Marcellino Epiſcopo quondam ejuſdem urbis conſtructo, aquam divinitus profluxiſſe; quod ſanè miraculum in Natali Domini non contigiſſet, ſi eâ die nequaquam baptizati fuiſſent infantes. Præterea in primâ quadrageſimæ dominicâ ad veſperas in Sacramentario S. Gregorii *Oratio*, ſeù *Statio ad Fontes* memoratur apud Pamelium tom. ii. Liturgicorum & in antiquiſſimis ejuſdem Sacramentarii codicibus, quorum unus in Ottoboniana Bibliotheca, dùo verò inter Regio-Alexandrinos Vaticanæ Bibliothecæ codices ſervantur. Quin & in Concilio Toletano XVII. de reg. fidei cap. ii. ita ſtatuitur, *Licet in initio quadrageſimæ baptizandi generaliter claudatur myſterium; tamen ſicut Eccleſiaſticæ conſuetudinis ordo depoſcit, neceſſe eſt ut oſtia baptiſterii in eodem die Pontificali manu anulo aſſignata* (lege *obſignata*) *claudantur, & uſque in cœnæ Domini ſolemnitate nullatenus reſerentur &c. Quod quia in aliquibus Eccleſiis minimè hæc ſancta conſuetudo ab Epiſcopis cuſtoditur atque peragitur, ideo per hanc noſtram ſententiam ſancimus, atque decernimus, ut ita ab omnibus Hiſpaniæ & Galliarum Pontificibus cuſtodiatur, quatenus in prædicto die; initii, videlicet, quadrageſimæ, & oſtia ſancti baptiſterii cum laudum conſummatione claudantur, & ab Epiſcopis ſuorum*

ſigna-

ſignaculo obſignentur ; ita ut niſi in cœnæ Domini celebritate , quando more ſolito altaria debent deveſtiri , eadem debeant oſtia reſerari . Denique S. Joannis Evangeliſtæ feſtum agunt Copritæ die xxx. menſis Decembris, quæ proximè ſequitur SS. Innocentium feſtivitatem , uti conſtat ex eorundem calendario apud Seldenum de Synedriis lib. III. cap. xv. pag. 231. & apud Ludolphum in Commentario ad Æthiopicam Hiſtoriam à ſe elucubratam pag. 404. & ex altero Calcaſendii Calendario apud eundem Seldenum pag. 214. Dies autem xxx. menſis Septembris non multùm diſtat à die tertiâ poſt Natalis Domini feſtum , in qua Joannis Evangeliſtæ feſtivitas celebrari dicitur in hocce Regio-Alexandrini codicis Lectionario ; facile autem fieri potuit , ut feſtum iſtud progreſſu temporum à die xxvIII. Decembris ad trigeſimam ejuſdem menſis diem translatum fuerit . Adſcribuntur tamen in hoc ipſo lectionario feriæ V. majoris hebdomadæ duæ lectiones juxta Syrorum conſuetudinem , uti conſtat ex eorundem lectionario in Syriacâ Novi Teſtamenti verſione à Fortunato Fanenſi anno MDCIX. Venetiis edita , & in Bibliorum Polyglottorum tomis promulgata . At hinc probari non poteſt , lectionarium , de quo agimus , Syriacæ alicujus Eccleſiæ proprium fuiſſe , cùm fieri potuerit , ut ob regionum propinquitatem , idem mos in Ægypto quòque vigeret . Idem dicendum videtur de SS. Coſmæ & Damiani feſtivitate , quæ ſola ex Sanctorum feſtis in eodem lectionario memoratur : celeberrima enim erat in Paleſtinæ regionibus hæc feſtivitas , ibique inſignis Eccleſia in eorundem honorem dicata fuerat , ad quam inviſendam peregrinationes antiquitus fideles obiiſſe , teſtis eſt Joan. Moſchus in prato ſpirituali cap. cxxvII. Cùm itaque ex deſignatione menſis , in quo martyrium paſſus eſt Paulus Apoſtolus , clarè colligatur , Regio-Alexandrinum codicem ad uſum alicujus Eccleſiæ , quæ non longè ab Ægypti regionibus diſtaret , ſcriptum fuiſſe : quippe quòd in eo codice dies v. Panemi Syro-Macedonici menſis cum quinta Epiphi menſis Ægyptiaci conjungatur ut pag. 523. & 563. obſervavimus ; & alioquin ex modò adnotatis appareat , lectionarium eidem codici præfixum Alexandrinæ Eccleſiæ proprium fuiſſe , conſequenter dicendum eſt , alterum lectionarium à præcedenti diverſum , quod in ejuſdem codicis margine habetur , ad aliquam

Sy-

Syriæ ſeu Paleſtinæ Eccleſiam Ægypto viciniorem pertinere; niſi quis argumento inde ducto, quòd ſabbatorum & dominicarum plerumque lectiones, ad Palatini codicis inſtar, contineat, illud quòque à veteri librario, præter Alexandrinæ Eccleſiæ lectionarium, ſacro textui adjectum fuiſſe cenſuerit, ut unum eundemque codicē ad Alexandrinę Eccl. & totius Ægyptiacę Diœceſeos mores accommodaret. Vidimus enim ſupra cap. LXII. & LXV. Ægypti ac Thebaidis Eccleſias, Alexandrinâ tantùm exceptâ, omnibus totius anni ſabbatis atque dominicis publicas ſynaxes celebrare conſueviſſe. Cæterùm alia nobis de rebus, quæ in hoc primo noſtro collectaneorum tomo continentur, dicenda ſupereſſent; ſed hæc pro inſtituto noſtro obſervaſſe ſit ſatis.

ACTA
DISPUTATIONIS
ARCHELAI EPISCOPI
MESOPOTAMIÆ
CUM MANETE HÆRESIARCHA.

TESTIMONIA VETERUM

De ſequenti Archelai Meſopotamiæ Epiſcopi diſputatione.

SANCTUS Cyrillus Alexandrinus in Catecheſi vi. pag. 145. ex editione Prevotii Græco-Latina in quarto, Φεύγει ἐκ τῆς φυλακῆς (Μάνης) καὶ ἔρχεται εἰς τὴν Μεσοποταμίαν· ἀλλ' ἀπαντᾷ αὐτῷ ὅπλῳ δικαιοσύνης Ἀρχέλαος Ἐπίσκοπος, καὶ ἐπὶ φιλοσόφων κριτῶν ἐλέγξας, ἀκροατήριον ἑλληνικὸν συστησάμενος, ἵνα μὴ Χριστιανῶν κρινόντων δοκῶσιν οἱ κριταὶ χαρίζεσθαι, Λέγε, φησὶν Ἀρχέλαος &c. *Fugit è carcere* (Manes) *& in Meſopotamiam venit; verùm obſtitit ei armis juſtitiæ Archelaus Epiſcopus, & ſub Philoſophis eum Judicibus reprehendens, collecto Gentilium auditorio, ne ſi Chriſtiani Judices eſſent, viderentur faviſſe, Age profer, ait Archelaus,* &c. ut infrà pag. 102. hujus tomi, quibus abſolutis, ſtatim ſubdit, Τοιούτοις καὶ ἄλλοις πλείοσιν ἀνετρέπετο ὁ δράκων, τοιαύταις συμπλοκαῖς κατεπάλαιε τὸν Μάνην ὁ Ἀρχέλαος. φεύγει πάλιν, καὶ ἐντεῦθεν, ὁ ἐκ τῆς φυλακῆς φυγών· καὶ τὸν ἀνταγωνιστὴν διαδράσας, ἔρχεται ἐπὶ κώμην εὐτελεστάτην, κατὰ τὸν ὄφιν, τὸν ἐν παραδείσῳ καταλιπόντα τὸν Ἀδὰμ, καὶ τῇ Εὔᾳ προσελθόντα· ἀλλ' ὁ καλὸς ποιμὴν Ἀρχέλαος, τῶν προβάτων προνοῶν, ἀκούσας τὴν φυγὴν, εὐθέως δρομαῖος ἐπὶ τὴν τοῦ λύκου ἐπείγετο ζήτησιν. Μάνης δὲ ἰδὼν ἐξαίφνης τὸν ἀντίδικον, ἐξεπήδησε, καὶ ἔφυγεν. *Talibus aliiſque pluribus ſermonibus evertebatur draco, talibus Archelaus conflictionibus Manem proſtravit. Iterum idem fugit & hinc, qui de carcere aufugerat; & elapſus adverſario, venit ad viliſſimum quendam pagum, ad inſtar ſerpentis, qui relicto Adam in Paradiſo, ad Evam acceſſit. Sed bonus paſtor Archelaus, ovium ſaluti providens, auditâ fugâ, curſu citato, ad lupum requirendum feſtinat.*

ſtinat. Manes autem ſtatim atque adverſarium, conſpexit, exiliit inde, atque aufugit.

S. Epiphanius in hæreſi LXVI. num. VII. poſt allatam Manetis ad Marcellum epiſtolam, hæc habet, Συμβέβηκε γὰρ Ἀρχέλαον τὸν τῆς πολέως Ἐπίσκοπον οἴκαδε ἅμα αὐτῷ συνεῖναι κατ᾽ ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ Μανιχαίου μετὰ χεῖρας εἴληφεν ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος. ὁ δὲ Ἀρχέλαος γνοὺς τὴν αἰτίαν, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνοὺς, ἔβρυχε τοὺς ὀδόντας, ὥσπερ λέων ὠρυόμενος, καὶ ζῆλον Θεοῦ ἀναλαβὼν, ἐπειρᾶτο ὁρμῆσαι μᾶλλον ἕως αὐτοῦ, καὶ χειρώσασθαι τὸν τοιοῦτον, ὡς ἐπήλυτον ἐκ βαρβάρων, ὅθεν καὶ ὡρμᾶτο, πρὸς ἀφανισμὸν τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων ἐπαναστάντα. *Ac tum fortè contigit, ut eodem die, quo illam à Manichæo epiſtolam Dei ſervus accepit, Archelaus urbis Epiſcopus unà cum illo domi eſſet. Qui re omni perſpectâ, dentibus fremens, rugientis leonis inſtar, ac divino quodam ardore percitus, ad Manichæum potiùs proficiſci cupiebat, hominemque è Barbaris, unde is ortus erat, advenientem, & ad humani generis perniciem inſurgentem capere.* Et paulo poſt num. VIII. Ὁ δὲ Ἐπίσκοπος Ἀρχέλαος, ἔχων ἐν ἑαυτῷ μετὰ τὸν λόγον, καὶ τὸ ζηλωτικὸν τῆς πίστεως, ἐβουλεύετο, εἰ ἦν δυνατὸν, ἐξ αὐτῆς τὸν ἄνδρα, ὥσπερ πάρδαλιν, ἢ λύκον, ἤ τι ἕτερον τῶν θηρίων ἀγρεύσας, θανάτῳ παραδοῦναι, ἵνα μὴ λυμανθῇ τὰ θρέμματα τοιούτου θηρὸς, ἐφ᾽ ὅσου τὴν εἴσοδον κατανοῶν. *At Archelaus Epiſcopus præter doctrinam, fidei inſuper ardore præditus, author erat, ut, ſi fieri poſſet, homo ille, pardi inſtar, ac lupi, vel cujuſvis alterius beſtiæ, interceptus, morti traderetur, ne ejuſmodi feræ incurſione pecora læderentur, cùm illius ingreſſum cognoſceret.* Et infrà poſt enumeratos à Turbone Manetis errores n. X. Ὡς δὲ ταῦτα ἦν οὕτως, καὶ ἐν καταλήψει γεγένηται ὑπὸ τοῦ Ἀρχελάου εἰς τὴν ἀντιβολὴν τοῦ ζητήματος, ἑτοιμότατος ὑπάρχων διὰ τὴν πρὸς Θεὸν πολυποίκιλον γνῶσιν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ δι᾽ ἣν παρεντεθείκειτο παρὰ τοῦ Τύρβωνος ἀκριβῶς μεμαθηκὼς τῆς περὶ τὸν ἄνδρα γοητείας τὰ πάντα, ἰδοὺ ὁ Μάνης παρεγένετο μεθ᾽ ὧν εἶχε μεθ᾽ ἑαυτοῦ ἀνδρῶν. ἐξ αὐτῆς οὖν, καὶ εὐθὺς παρέρχονται εἰς συζήτησιν δημοσίᾳ, ἐν αὐτῇ τῇ Καχάρῃ, πρότερον εἰς τὴν αὐτῶν ἀντιβολὴν τοῦ ζητήματος αἱρησάμενοι ὁμοῦ κριτὰς Μάρσιπόν τινα ὀνόματι, καὶ Κλαύδιον, καὶ Αἰγιαλέα, καὶ Κλεόβουλον, τὸν μὲν τῶν ἐκτὸς λόγων φιλόσοφον, τὸν δὲ ἰατροσοφιστὴν, τὸν δὲ φύσει γραμματικὸν, καὶ τὸν ἄλλον σοφιστήν· καὶ πολλῶν ῥημάτων εἰρημένων ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν, τοῦ τε Μάνη τὰ τῆς μυθώδους διδασκαλίας προβαλλομένου, καὶ τοῦ Ἀρχελάου, ὥσπερ ἀριστεύοντος ὁπλίτου, καὶ τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ δυνάμει καθαιροῦντος τὰ βέλη τῶν διεναντίας, τὸ πέρας τὸ ἧττον ἀπενεγκαμένου τοῦ Μάνη, καὶ κρινάντων τῶν κρι-

τῆς, τὸ βραβεῖον εἶναι τῇ ἀληθείᾳ. *Hæc igitur cùm ita ſe haberent, & Archelaus penitus omnia cognoſſet, ut de quæſtione illa diſputare poſſet; cùmque ad id eſſet inſtructiſſimus, partim quòd à multiplici divinarum rerum ſcientiâ paratiſſimus erat, partim quòd à Tyrbone perdoctus ante fuerat, & omnes nefarii hominis præſtigias accuratè didicerat; ecce tibi cum ſuorum comitatu Manes acceſſit. Quare ſubinde, nullâ interjectâ morâ, publicam collationem inſtituunt in oppido ipſo Caſchara, ut ante omnia controverſiam illam agitarent. Ad id verò concertationis arbitros deligunt, Marſipum quendam, & Claudium, & Ægialeum, & Cleobulum, quorum primus ethnicæ ſapientiæ, ſecundus medicinæ profeſſor, tertius Grammaticus, poſtremus erat Sophiſta. Multa in eâ diſputatione ultro citroque jactata ſunt; cùm hinc Manes fabulas ſuas proponeret, inde Archelaus, velut egregius miles, adverſarii tela vi ſuâ, ac virtute diſcuteret. Poſtremò victus eſt Manes, ac de Judicum ſententiâ veritati victoria ceſſit.* Et poſt pauca num. XI. Ἐντεῦθεν ὁ Μάνης ἀποδράσας &c. ἀναχωρήσας δὲ ἔρχεται εἰς κώμην τῆς Καρχάρων εἰς Διοδωρίδα καλουμένην, ἐν ᾗ Τρύφων τις ἐπιεικέστατος κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ ἐτύγχανε τῆς αὐτόθι πρεσβύτερος· παρ᾽ ᾧ ὁ Μάνης γενόμενος, πάλιν ἐκύκα καυχώμενος, καταλαβὼν τὸν ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν τὰ ἄλλα, καὶ θαυμαστὸν τῇ θεοσεβείᾳ, πενιχρὸν δὲ τῷ λόγῳ· ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις, ὡς ὑπείληφεν, οὐκ ἴσχυσεν ἐπιτωθάζειν τῷ τοῦ Χριστοῦ δούλῳ. *Secundùm hæc Manes fugâ ſibi conſuluit &c. Inde igitur diſcedens Diodoridem (pagus is eſt in Carcharis) ſeſe contulit: ubi Tryphon quidam erat vir optimus, ac tum loci illius Presbyter. Ad hunc Manes divertens, rurſum miſcere omnia, ac ſe arroganter efferre, nactus hominem alioqui bonum, & excellenti pietate præditum, ſed orationis præſidio deſtitutum. Verùm ne ſic quidem, uti ſperaverat, illudere Chriſti ſervo potuit.* Et poſt pauca: Ἐντεῦθεν πάλιν βουληθέντος διαλέξασθαι πρὸς Τρύφωνα τὸν Πρεσβύτερον, καὶ αὐτοῦ ἐν πολλοῖς ἀντειπόντος, γράψαντός τε τῷ Ἀρχελάῳ &c. *Sed cùm Manes iterũ cum Tryphone Presbytero congredi vellet, qui ſibi in pleriſque contradixerat, ille rem omnem per literas Archelao ſignificat.* Et poſt pauca: Ὁ δὲ ἀπέστειλεν αὐτῷ δύο λόγους ἐν προχείρῳ καταλαβέσθαι τῷ Μάνῃ, ἐκδέξασθαι δὲ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν αὐτῷ ἐσήμανεν· ὁ Μάνης δὲ ἐν τῇ μέσῃ κώμῃ προῆλθεν ὀρθριαίτερον, προσκαλούμενος ἐν τῷ συνάρξασθαι, προκαλεῖσθαι τὸν Τρύφωνα εἰς λόγους ἥκειν. καὶ τοῦ Τρύφωνος ἰνδαλλομένου, ἀποκριθέντος δὲ αὐτοῦ πρὸς ἕκαστον ὧν ᾔτησε κατὰ τὴν ἐκ Θεοῦ δοθεῖσαν αὐτῷ σύνεσιν, καὶ στροβήσαντος τὸν ἀπατεῶνα, ἠρέμα πῶς ἐν ᾧ ἑαυτῷ ἐνεδοίαζεν, ἀνακύπτει ὁ Ἀρχέλαος ὥσπερ

ἰχν-

ἰσχυρὸς οἰκοδεσπότης τῶν ἰδίων ἐπιμελούμενος, καὶ μετὰ παῤῥησίας ἐπελθὼν τῷ συλᾶν ἐπιχειροῦντι ἐνεβριμεῖτο. εὐθὺς δὲ ὡς εἶδεν ὁ Μάνης τὸν Αρχέλαον, ὑποκοριστικῶς καθ' ὑπόκρισιν ἔφη· ἔα με πρὸς Τρύφωνα διαλέγεσθαι· ὑπερβαίνει γάρ με τὸ σὸν ἀξίωμα διὰ τὸν Επίσκοπον. ὁ δὲ καὶ μετ᾽ ἐλέγχους τοῦ λόγου μείζονα αὐτὸν ὑποκριτὴν ἀποδείξας, ἀπεφίμωσεν. τὰς δὲ ὑπ᾽ ἐκείνου προτεθέντων λόγων τὰς ἐπιλύσεις ποιησάμενος, αὖθις εἰς αἰσχύνην αὐτὸν κατέστησε, μηκέτι δυνάμενον διαίρειν στόμα. οἱ δὲ λαοὶ ζῆλον πάλιν ἀνειληφότες, ἐπειρῶντο τὸν ἀλιτήριον διαχειρίσασθαι. ὁ δὲ ἀποδρὰς τοὺς δήμους, καὶ εἰς τὸν προειρημένον κάστελλον Αραβίωνος πάλιν ἀφῖκται. *Archelaus his acceptis literis, duos ad eum libros mittit, quos in promptu, facilique comprehenderet, contra Manem conſcriptos. Cæterùm ut adventum ſuum præſtolaretur admonuit. Interim Manes medium in pagum ſummo diluculo prodiens, Tryphonem ad diſputandum provocat. Qui cùm ſe ſtitiſſet, & ad omnia, quæ quæſierat, ſingillatim pro ea, quam à Deo acceperat, ſapientiâ reſpondiſſet, atque impoſtorem leniùs agitaret, apud ſe nonnihil hæſitans; repentè Archelaus nec opinatò conſpectus eſt, qui tanquam acerrimus paterfamilias, ſuorumque ſtudioſiſſimus, audacter in prædonem fremens incurrit. Quem ut Manes aſpexit, ſimulatâ blanditiâ; ſine me, inquit, cum Tryphone contendere; tu enim me, cùm ſis Epiſcopus, dignitate ſuperas. Archelaus verò, ex eo, quòd jam illius dogma confutatum erat, multò, quàm verbis exprimi poſſet, ſimulandi callidiorem eſſe docuit, oſque illi prorſus occluſit. Tum quæ ab illo propoſita fuerant diſſolvens, novum ei pudorem incuſſit, cùm ne hiſcere quidem ampliùs auderet. Sub hæc populus, ardentibus rurſum animis, ſceleſtum illum opprimere conatus eſt. Quorum ille manus effugiens ad caſtellum Arabionis reverſus eſt.*

Notandum tamen eſt, Epiphanium perperam Tryphonem vocare Presbyterum illum, qui cum Manete diſputavit; nam in Actis diſputationis Archelai, à nobis primùm editis, Diodorus diſertè appellatur.

Idē Epiph. n.xxi. Ἤδη δὲ ἀνδράσι μεγάλοις θαυμαστῶς κατ᾽ αὐτοῦ ἀντιῤῥήσεις τοῦ ἐλέγχου πεποίηνται· Αρχελάῳ μὲν τῷ Επισκόπῳ, ὡς προείρηται. *Jam à magnis Viris admirabiles ad illius refutandos errores lucubrationes ſunt editæ, velut ab Archelao Epiſcopo, ut antea dictum eſt.* Et num. xxv. Κατὰ λέξιν δὲ καθεξῆς ὑποτάξω ἁρμοζόντως τὸ αὐτοῦ φρόνημα ἀπὸ Αρχελάου πρὸς αὐτὸν πεπραγματευμένων ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν ἀντιλογίᾳ, ὡς αὐτὸς ἀπεκάλυψε Τύρβων, εἷς τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, περὶ οὗ

ἄνω ἐπεμνήσθην. ἐπερωτησάντων τοίνυν τῶν περὶ Ἀρχέλαον τὸν Ἐπίσκοπον, καὶ Μάρκελλον, Τύρβωνα περὶ τῆς τοῦ Μάνη διδασκαλίας, ὁ Τύρβων ἀπεκρίνατο. λέγων, ἅτινα ἐκ τοῦ βιβλίου παρεθέμην, καὶ ἔστιν τάδε. *Sed nunc illius dogma ad verbum, uti conſentaneum eſt, adſcribam, ex Archelai opere, quod adverſus eundem illum edidit, ex iis quæ à Tyrbone diſcipulo illius acceperat, de quo mentionem ante fecimus. Nam cùm Archelaus Epiſcopus, & Marcellus de Manis dogmatibus Tyrbonem interrogaſſent, hæc ille ipſa reſpondit, quæ nos ex eo libro deſcripſimus, ſuntque ejuſmodi,* Sequuntur excerpta ex actis diſputationis Archelai cum Manete, quæ græcè, & latinè habentur in editione noſtrâ cap. VII.

Idem Auctor in libro de Menſuris, & Ponderibus num. XX. iterum meminit Archelai, ejuſque diſputationis cum Manete.

Sanctus Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. LXXII. *Archelaus Epiſcopus Meſopotamiæ librum diſputationis ſuæ, quam habuit adversùs Manichæum, exeuntem de Perſide, Syro ſermone compoſuit; qui tranſlatus in græcum, habetur à multis. Claruit ſub Imperatore Probo, qui Aureliano, & Tacito ſucceſſerat.*

Heraclianus Chalcedonenſis Epiſcopus in libris adversùs Manichæos, apud Photium in Bibliotheca codice XCV. Ἀνατρέπει δὲ τὸ παρὰ Μανιχαίοις καλούμενον εὐαγγέλιον, καὶ τὴν γιγάντειον βίβλον, καὶ τοὺς θησαυρούς. Καταλέγει καὶ ὅσοι πρὸ αὐτοῦ κατὰ τῆς τοῦ Μανιχαίου συνέγραψαν ἀθεότητος, Ἡγεμόνιόν τε τὰς τοῦ Ἀρχελάου πρὸς αὐτὸν ἀντιλογίας ἀναγράψαντα. *Evertit verò id, quod Manichæi appellant Evangelium, & Giganteum librum, atque Theſauros. Recenſet inſuper eos, qui ante ſe in Manichæorum impietatem calamum ſtrinxerunt, Hegemonium nimirum, qui diſputationem Archelai adversùs ipſum Manetem perſcripſit &c.*

Socrates lib. I. Hiſt. Eccleſ. cap. XXII. poſt abſolutam Manetis hiſtoriam, ſic inquit, Ταῦτα δὲ ἡμεῖς οὐ πλάσαντες λέγομεν· ἀλλὰ διαλόγου Ἀρχελάου τοῦ Ἐπισκόπου Κασχάρων, μιᾶς τῶν ἐν Μεσοποταμίᾳ πόλεων, ἐντυχόντες συνηγάγομεν. αὐτὸς γὰρ Ἀρχέλαος διαλεχθῆναι αὐτῷ φησὶ καὶ τὰ προγεγραμμένα εἰς τὸν βίον αὐτοῦ ἐκτίθεται. *Atque hæc nos haudquaquam commenti ſumus; ſed ex diſputatione quadam Archelai Caſcharorum urbis in Meſopotamia Epiſcopi, à nobis lectâ, excerpſimus. Hic enim Archelaus ait, ſe cum Manichæo ipſo diſputaſſe, & ea, quæ ſuperiùs à nobis relata ſunt, de illius vitâ commemorat.*

Petrus Siculus in Hiſtoria Manichæorum pag. 25. 35. & 37. ea

eá cúncta ad verbum refert, quæ ſuprà ex Cyrillo Hieroſolymitano, S. Epiphanio de Menſuris, & Ponderibus, & ex Socratis Hiſtoria Eccleſiaſtica, de Archelao, ejuſque cum Manete diſputatione modò retulimus.

Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus in libro 1. adversùs Manichæos ſuis temporibus repullulantes, hæc habet, Φυγὰς (ὁ Μάνης) καταλαμβάνει Μεσοποταμίαν, καὶ σπείρειν πάλιν ἀπάρχεται τὰ τῆς ἀποστασίας ζιζάνια. ὁ δὲ Χαρχάρων Επίσκοπος, Αρχέλαος αὐτῷ ὄνομα, ἀνὴρ ἱερὸς, καὶ περὶ λόγους τούς τε θείους, καὶ τοὺς ἀνθρωπίνους περιδέξιος, ἑλληνικὸν ἀθροισάμενος ἀκροατήριον, ἵνα μὴ δόξῃ, Χριστιανῶν κρινόντων, φιλοτιμίᾳ λαμβάνειν τὰ νικητήρια ἡ ἀλήθεια, πρὸς τὸν τῆς μανίας ἐπώνυμον, τὸν τῆς δυσσεβείας ἀνακινήσας λόγον, οὕτω κατήσχυνε, καὶ διήλεγξε τὸν ζισαλιτήριον, ὡς αὐτίκα τε φυγεῖν ἐκεῖθεν, καὶ μηδὲ φύλην λαβεῖν τὰ τῆς ἀποστασίας αὐτοῦ σπέρματα· ἀλλ᾽ ἐκεῖθεν ἀποδρὰς, καταλαμβάνει κώμην τινὰ τῶν δυστελεστάτων, κἀκεῖ πάλιν ὑποθάλπειν ἐμηχανᾶτο, καὶ παραδεικνύειν τὸ οἰκεῖον δυσσέβημα. ἀλλ᾽ ὁ θερμὸς τῆς εὐσεβείας ὑπέρμαχος, καὶ ὡς ἀληθῶς ποιμὴν Αρχέλαος, οὐ τὴν τυχοῦσαν τῶν προβάτων ποιούμενος πρόνοιαν, οὐκ ἐνερραθύμει διώκειν τὸν πικρότερον λύκου τὸ ποίμνιον διασπαράσσειν ἐπανιστάμενον. *E carcere fugiens* (Manes) *Meſopotamiam venit, ibique hæreſeos ſuæ zizaniã iterũ ſpargere cœpit. At Carcharorum Epiſcopus, cui nomen Archelaus, vir ſacer, & multa in ſermonibus de divinis, humaniſque rebus dexteritate præditus, coacto Ethnicorum auditorio, ne ſi Chriſtiani judicaſſent, veritati victoriam, judicum favore, ceſſiſſe videretur, uſque adeo miſerrimum illum redarguit, tantoque pudore ſuffudit, ut ſtatim fugam arripuerit, & ejus hæreſeos ſemina, antequam naſcerentur, oppreſſa fuerint. Porrò indè fugiens Manes, ad viliſſimum quendam oppidum pervenit, ibique rurſus fovere, atque evulgare ſuam impietatem machinabatur; ſed acerrimus pietatis propugnator, & revera paſtor Archelaus, qui ſedulam ovium curam gerebat, eundem lupo ſæviorem in Chriſti gregem, ut eum diſperderet, irruentem perſequi nequaquam ceſſavit.* Et infrà, Ο῾ μὲν οὖν Μάνης οὗτος, ὁ τῆς τηλικαύτης ἀποστασίας ἔξαρχος, ἔτει τῆς βασιλείας ἐννάτῳ Οὐαλεριανοῦ, καὶ Γαλλινοῦ, οἳ Ρώμης εἶχον τὸ βασίλειον κράτος, τὴν ἐν Πέρσαις φυλακὴν διαφυγὼν (οὐδὲν γὰρ κωλύει διελθεῖν ἃ τῆς ἱστορίας ὁ δρόμος παρῆλθεν ἄνωθεν) καὶ κατὰ Μεσοποταμίαν γεγονὼς, ὑπὸ δὲ τοῦ θεσπεσίου Αρχελάου, Καρχάρων δὲ τῆς αὐτῆς χώρας οὗτος ὁ ἱερὸς ἀνὴρ Ε῎φορος ἦν, πολλοὺς μὲν, καὶ μεγάλους ἐλέγχους τῆς δυσσεβείας ἀπητήθη. ἐκεῖθεν δὲ διὰ τὴν ἀδόκητον αἰσχύνην ἀποδρὰς, εἰς Διοδωρίδα Καρχάρων κώμην παραδύεται. ἐν ταύτῃ δὲ Τρύ-

φωνι

φωνί τινι σπουδαίῳ, ἱερῷ μὲν ἀνδρὶ, τὸν δὲ τοῦ πρεσβυτέρου διέποντι βαθμὸν, ἐντυχὼν, τὰ ἴσα ὑπέστη· πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτός τε ὁ Ἀρχέλαος τὴν ἐκεῖσε παρείσδυσιν τοῦ πλάνου μαθὼν, ὀξὺς γὰρ ἦν, καὶ θερμὸς τὸν εὐσεβῆ ζῆλον, καταλαμβάνει τὸ χωρίον, καὶ πολλῆς ἐμπλήσας τὸν πλάνον ἀμηχανίας, καὶ ἣν ἔφευγεν αἰσχύνης, οἷς αὐτοῦ τὰ μυσαρὰ τῶν δογμάτων ἀνέτρεπέ τε, καὶ ἀνεσκεύαζε, καὶ προυτίθει πᾶσι γέλωτά τε καὶ βδέλυγμα, παρασκευάζει πάλιν φυγάδα γενέσθαι. *Hic itaque Manes tam impiæ hæreſeos auctor nono anno Valeriani, & Galieni, qui Romanum obtinebant imperium, ex Perſarũ carceribus fugiens (nil enim vetat, quominus in narrationis ſerie ſuperiùs prætermiſſa recenſeamus) cùm in Meſopotamiam veniſſet, ab admirabili viro Archelao (erat autem ſacer iſte vir Carcharorum ejuſdem regionis urbis Epiſcopus) ejus impietas egregiè abundanterq; confutata eſt. Inde ob ignominiam, quam ex necopinato paſſus eſt, fugiens, ad Diodoridem Carcharorum regionis oppidum clam acceſſit, ubi in Tryphonem (*malè, vocabatur enim Diodorus*) quendam ſacrum probatumque virum, & in presbyterii gradu poſitum incidens, non minorem ignominiam pertulit. Quin & ipſe Archelaus Manetem illuc adveniſſe cognoſcens, erat enim vir acer, & pietatis zelo ſuccenſus, ad idem oppidum acceſſit, & deceptorem illum ad conſilii inopiam redactum, & confuſione, quam maximè vitabat, perfuſum, iterum iis rationibus, quibus exoſa ejus dogmata ſubvertit, & cunctis deridenda, atque deteſtanda propoſuit, fugam arripere coëgit.*

Petrus Lambecius lib. III. Bibliothecæ Cæſareæ codice XL. ait in eo codice contineri anonymi cujuſdam Auctoris Epitomen expoſitionis variorum Sanctorum Patrum, aliorumq; veterum Scriptorum Eccleſiaſticorum, in Evangelia ſecundùm Matthæum, Lucam, & Joannem, & ſubdit, *Cæterùm quod ad Auctores antiquos in margine ibi annotatos, ex quorum operibus Epitome iſta collecta eſt, attinet, ii ordine alphabetico ſunt hi, Apollinaris Epiſcopus Laodicenus, S. Archelaus Caſcharæ in Meſopotamia Epiſcopus &c.*

Ex recentioribus de Archelao ſcribunt Ludovicus Ellies du Pin in novâ Eccleſiaſticorum Scriptorum Bibliotheca, & Gulielmus Cave in Eccleſiaſticorum Scriptorum Hiſtoriâ literariâ.

ACTA
DISPUTATIONIS
ARCHELAI EPISCOPI
MESOPOTAMIÆ
ET MANETIS HÆRESIARCHÆ.

THESAURUS verus, ſive diſputatio habita in [1] Carchar civitate Meſopotamiæ, judicantibus [2] Manippo, & Ægialeo, & Claudio, & Cleobolo. In qua urbe Meſopotamiæ erat quidam vir, Marcellus nomine, qui vitâ, & ſtudiis, & genere, prudentiâ quoque, & honeſtate valde clarus habebatur; facultatibus etiam copioſus, & quod omnium maximum eſt, religioſiſſimè Deum timens, & his quæ de Chriſto dicebantur, ſemper cum timore auſcultans, nec quicquam omnino boni erat, quod illi viro deeſſet; unde & honore plurimo ab universâ civitate colebatur, plurimiſque ipſe civitatem ſuam frequenter largitionibus remunerabatur, pauperibus tribuens, afflictos relevans, tribulatis auxilium ferens. Sed ne infirmitate verborum virtutibus viri derogemus potiùs, quàm digna proferamus, hæc dixiſſe ſufficiat; ad opus quod propoſitum eſt, veniam. Quodam in tempore cùm Archelao Epiſcopo captivorum

1 Hæc eadem urbs infra cap. 3. *Charra* vocatur, non *Carchar*, aut *Caſchar*, ut Epiphanius habet. Quare diſputatio iſta habita fuiſſe videtur apud Carrhas celeberrimam Meſopotamiæ urbem. Vide plura in præfatione noſtrâ, ubi de Archelao.

2 Μάρσιανος vocatur apud Epiphanium in Hæreſi Manichæorum num. 10.

vorum multitudo fuiſſet oblata à militibus, qui ibi caſtra ſervabant, ſeptem millia numero, & ſeptingenti, non mediocris eum ſollicitudo conſtrinxerat, eò quòd pro ſalute ipſorum aurum à militibus poſceretur; qui cùm diſſimulare non poſſet, pro religione & timore Dei vehementer æſtuabat, & tandem adMarcellum properans, rei geſtæ negotium exponit. Verùm, ut hæc audivit vir piiſſimus Marcellus,nihil omnino moratus,ingreditur domum, præparans pretia captivorum, quantacunque popoſciſſent qui deduxerant vinctos, & continuò, reſeratis bonorum ſuorum theſauris, pietatis pretia militibus, nec numeró aliquo, nec diſcretione ullâ [1] diſtinguit, ut magis dona, quàm pretia viderentur. At illi admirati & amplexi tam immenſam viri pietatem, munificentiamque, & facti ſtupore permoti, exemplo miſericordiæ [2] commonentur, ut plurimi ex ipſis adderentur ad fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti,[3] derelicto militiæ cingulo; alii verò,vix quartâ pretiorum portione ſuſceptâ, ad propria caſtra diſcederent; cæteri autem parum omnino aliquid, quantùm viatico ſufficeret, accipientes abirent.

II. His itaque geſtis lætus Marcellus erat valde, & accito uno ex captivis, Cortynio nomine, perquirebat ab eo cauſam belli, vel quo caſu ipſi inferiores extiterint, ac vinculis captivitatis innexi ſint. At ille, loquendi ſibi poteſtate permiſsâ, ita exorſus eſt. Nos, Domine mi Marcelle, viventi Deo credimus ſoli. Eſt autem nobis mos hujuſmodi Patrum noſtrorum in nos traditione deſcendens, quique à nobis obſervatus eſt uſque ad hunc diem, per annos ſingulos extra urbem egreſſi, unâ cum conjugibus ac liberis, ſupplicamus ſoli, & inviſibili Deo, imbres ab eo

ſatis

1 Fortè, *diſtribuit*.

2 Fortè, *commoventur*.

3 Abhorruiſſe à militiâ Chriſtianos primitivæ Eccleſiæ, ne Paganorum commercio, atque ſuperſtitionibus macularentur, notiùs eſt ex Tertulliano de Coronâ Militis cap. 11. quàm ut pluribus demonſtrari opus ſit. Sed ad illuſtrandum hunc diſputationis Archelai cum Manete locum, plurimùm facit, quod ibidem ait Tertullianus. *Planè ſi quos militiâ præventos fides poſterior invenit, alia conditio eſt, ut illorum quos Joannes admittebat ad lavacrum; ut Centurionum fideliſſimorum, quem Chriſtus probat, & quem Petrus catechizat; dum tamen ſuſceptâ fide, atque ſignatâ, aut deſerendum ſtatim ſit, ut multis actum, aut omnibus modis cavillandum, ne quid adverſus Deum committatur, quæ nec ex militiâ permittuntur; aut noviſſimè perpetiendum pro Deo, quod æquè fides pagana condixit:* Concilium Nicænum can. 12. *Quicunque vocati per gratiam, primum quidem impetum monſtraverunt, deponentes militiæ cingulum, poſtmodum verò ad proprium vomitum ſunt relapſi, ita ut quidam & pecunias tribuerent, & beneficiis militiam repeterent, hi decem annos poſt triennii tempus, quo inter audientes erunt, in afflictione permaneant.* Vide Lupum & Beveregium in eundem canonem.

ſatis noſtris ac frugibus obſecrantes: quod cùm tempore, ac more ſolito celebraremus, immorantes jejunos veſper obtexit, & gravabant nos duo omnium difficillima, jejunium, & vigiliæ. Circa medium verò noctis invidus nobis, & importunus ſomnus obrepſit; & cervicibus degravatis ac laxis, [1] demerſo capite, frontem genibus elidit. Hoc autem factum eſt, quoniam tempus aderat, ut Dei judicio pœnas pro meritis penderemus; forſitan enim peccantes ignorabamus, aut etiam agnoſcentes non deſinebamus. In illâ igitur horâ ſubitò militum nos multitudo circumdat, ut æſtimo, putantes nos pro inſidiis conſediſſe, aut omnino uſum vel ſtudium habere prœliorum; & nullâ conventus noſtri causâ penitus explorata, bellum nobis denunciant, non ſermone, ſed gladio, & homines, qui injuriam facere cuiquam non didicimus, ſine ullâ miſericordiâ [2] miſſibilibus vulnerant, haſtis confodiunt, mucronibus jugulant. Et interfecerunt quidem ex nobis ad mille trecentos viros, vulneraverunt autem quingentos. Cùm verò dies inclaruit, qui ſuperfuerant ex nobis, huc perduxerunt captivos, nec ſic quidem aliquid nobis miſericordiæ concedentes: agebant enim nos ante equos, haſtilium verberibus ſtimulatos, & equorum frontibus impulſos. Et perduravit quidem, ſi cui vires fuerunt tolerandi, plurimi verò ante ora dominorum crudelium concidentes, animas exhalabant; pendentes uberibus parvulos ſuos matres, defatigatis ac dimiſſis onere brachiis, humi decidere ſinebant, agitatæ inſequentium minis; omnis verò ſenilis ætas victa laboribus, ac reſoluta per inediam, corruebat in terram. Superbi verò milites hoc tam cruento collabentium ſpectaculo, tanquam voluptate aliquâ, fruebantur, cùm alios deficientes ſterni ſolo cernerent, in aliis ſitis ardoribus fatigatis, intuerentur etiam vocis meatum, areſcente linguæ glutino, præpediri; alios verò viderent, converſis poſt terga oculis, expirantium parvulorum ſuorum ingemiſcentes exitiis, cùm illi infeliciſſimas matres vagitibus inclamarent, illæ verò prædonum acerbitatibus agitatæ, quibus ſolis liberè uti licebat, gemitibus reſponderent: quarum ſi quæ teneriùs propriis indulgerent viſceribus, interitus ſortem ſpontè ſibi parem cum filiis præſumpſerunt; ſi quæ verò habere aliquid tolerantiæ potuerunt, captivæ huc uſque perductæ ſunt. Tri-

1 Fortè, *dimiſſo*.   2 Barbara vox pro, *miſſilibus*.

Triduo itaque exacto, cùm ne noctibus quidem aliquam requiem cepiſſemus, ad locùm hunc perducimur, in quo poſt hæc jam quid geſtum ſit, meliùs ipſe noſti.

III. His auditis vir piiſſimus Marcellus plurimùm in lacrymas profuſus eſt, miſertus tantos & tam varios caſus; ſed nihil moratus, cibos preparat, fatigatis per ſemetipſum miniſteria exhibens, *Geneſ. 18.* imitatus patrem noſtrum Abraham Patriarcham, qui quondam Angelis à ſe hoſpitio ſuſceptis, non vernaculis imperavit vitulum deferre de gregibus; ſed ipſe ſenior impoſitum humeris pertulit, ac per ſemet præparatos cibos propriis manibus Angelis appoſuit. Simili & Marcellus functus officio, denos præcipit per convivia reclinari, ſeptingentiſque omnibus extructis menſis, cum ingenti lætitiâ reficiebat univerſos, ita ut qui ſupereſſe potuerant, oblivionem caperent laborum, ac totius mali efficerentur immemores. Cùm autem quintus decimus tranſigeretur dies, Marcello cuncta affatim miniſtrante captivis, placuit eis omnibus remeandi ad propria tribui facultatem, præter eos, quos vulnerum cura retinebat, quibus competens adhibita medela, ad ſua cæteros abire præcepit. Sed his omnibus majora addidit Marcellus pietatis officia; cum plurimâ namque ſuorum manu progreſſus eſt ad ſepelienda corpora in itinere peremptorum, & omnia quæcunque invenire potuit, ut dignum erat, tradidit ſepulturæ: quo munere impleto, ad [1] Charram rediit, atque exinde recuperatâ ſanitate, vulneratos ad patriam remeare permittit, largiſſimo ad iter viatico præparato. At verò facti hujus opinio ad reliqua Marcelli bene geſta immenſum cumulum contulit: per univerſam enim regionem illam ingens fama diſcurrit de pietate Marcelli, ita ut plurimi ex diverſis urbibus videndi, atque cognoſcendi viri cupiditate flagrarent, & maximè hi, quibus ferre penuriam uſus ante non fuerat, quibus omnibus vir egregius indulgentiſſimè miniſtrabat, Marcelli veteris imitatus exempla, ita ut omnes dicerent hoc viro nullum pietate præſtantiorem. Sed & viduæ univerſæ in Domino credentes ad eum concurrebant; cùm imbecilli quoque ex eo ſibi auxilium certiſſimum præſumebant, nec non & orphani omnes ab ipſo nutriebantur, domuſque ejus peregrinorum, & pauperum hoſpitium dicebatur: ſuper omnia verò hæc, fidei curam egregiè

ac

1 Habita eſt itaque hæc diſputatio apud Carrhas celeberrimam Meſopotamiæ urbem, cujus Epiſcopus erat Archelaus, uti ſuprà adnotavimus.

ac ſingulariter retinebat, ædificans cor ſuum ſuper immobilem petram.

IV. [1] Igitur cùm diverſis in locis fama de eo ſæpiſſimè ſpargeretur, etiam Strangâ fluvio ſuperato, Perſarum in regionem cùm pertulit admirandum, in qua demorabatur Manes quidam, qui ad ſe hujuſcemodi viri opinione perlatâ, plurima ſecum ipſe volvebat, quemadmodum eum doctrinæ ſuæ poſſet laqueis irretire, ſperans aſſertorem dogmatis ſui fieri poſſe Marcellum. Præſumebat enim univerſam ſe occupare poſſe provinciam, ſi priùs talem virum ſibimet ſubdere potuiſſet; in quo duplici cogitatione animus æſtuabat, utrumnam ipſe ad eum pergeret, an literis eum primò tentaret adoriri; verebatur enim, ne fortè improviſo & ſubito ingreſſu malum ſibi aliquod naſceretur; ad ultimum verſutioribus conſiliis parens, ſcribere decrevit: accitumque unum ex diſcipulis, [2] Turbonem nomine, qui per Addam fuerat inſtructus, traditâ Epiſtolâ, abire jubet, ac perferre Marcello; [3] quique acceptam eam huic, cui à Mane fuerat præceptum, pertulit, omni itinere diebus quinque tranſacto. Veloci etenim uſus eſt curſu, in quo plurimum ſupradictus Turbo laboris, & moleſtiæ pertulit: ſi quando enim [4] veluti peregrinans ad hoſpitium perveniſſet, [5] quæ quidem diverſoria hoſpitaliſſimus Marcellus inſtruxerat, cùm à ſervatoribus hoſpitiorum interrogaretur, unde, & quis, vel à quo miſſus eſſet, ajebat, ſum quidem [6] Meſopotamenſis, de Perſida

1 Hinc incipit pars hujus operis edita à Valeſio ex codice Bobienſi, qui nunc in Ambroſianâ Bibliothecâ ſervatur.

2 Codex Bobienſis legit, *Adda Turbonem*. Fuit autem Adda unus ex diſcipulis ſuis, cui Orientem hæreſi inficiendum Manes demandavit, ut infrà cap. 11. dicitur.

3 Codex Bobienſis, *Quippe*, mala lectio.

4 Idem codex, *ad veſperam veluti peregrinus*.

5 Idem codex, *quæ quidem ipſa diverſoria*. Hinc autem apparet quàm ſedulò hoſpitalitati operam dederint primitivæ Eccleſiæ fideles Pauli præcepto in epiſtolâ ad Hebræos cap. 13. verſ. 1. obſecuti. Tertullianus de Præſcriptionibus adverſus Hæreſes cap. 20. *Sic omnes* (Eccleſiæ videlicet) *primæ & apoſtolicæ; dum unà omnes probant unitatem, dum eſt illis communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & conteſſeratio hoſpitalitatis; quæ jura non alia ratio regit, quàm ejuſdem ſacramenti una traditio*. Nota ſunt, quæ de Chriſtianorum erga Peregrinum hoſpitem officiis refert Lucianus in libro de ejuſdem morte. Sed & quod de diverſoriis atque hoſpitiis, per regias vias in Perſidem ducentes, à Marcello conſtructis, hic legimus, id aliis in locis, ac ubique ferme à Chriſtianis factum fuiſſe, apertè colligitur ex Gregorii Nazianzeni invectivâ I. in Iulianum Apoſtatam, ubi Imperatorem hunc ad Chriſtianorum imitationē diverſoria & hoſpitia per orbem Romanum ædificari mandaſſe teſtatur, ut Gentilium ſuperſtitionibus majorem laudem, venerationemque conciliaret. Vide plura apud Priorium de Literis Canonicis cap. 5. & ſeqq. & Thomaſinum de Teſſeris hoſpitalitatis cap. 26.

6 Codex Bob. *Meſopotamenus*.

ſida autem venio, à Manichæo Magiſtro Chriſtianorum miſſus. At illi [1] ignotum ſibi nomen non libenter amplexi, Turbonem etiam ipſis hoſpitiis detrudebant, ne aquæ quidem ipſius ad bibendum facultate conceſsâ; quæ cùm ſingula quotidie, atque horum nequiora perferret ab his, qui per ſingula loca manſionibus, atque hoſpitiis præerant, niſi ad ultimum Marcello ſe portare literas indicaſſet, peregrinus Turbo mortis pertuliſſet exitia.

V. Acceptas igitur Marcellus literas reſolvit, ac legit, preſente Archelao civitatis Epiſcopo, quarum exemplum hoc eſt.

[2] *MANICHÆUS*

Apoſtolus Jeſu Chriſti, & qui mecum ſunt omnes ſancti, & virgines, Marcello filio cariſſimo gratia, miſericordia, pax à Deo patre, & Domino noſtro Jeſu Chriſto, & dextera lucis conſervet te à præſenti ſeculo malo, & [3] à ruinâ ejus, & à laqueis maligni.

Dilectionem quidem tuam immenſam ſentiens, vehementer gaviſus ſum; fides verò, quia non ſit [4] juxta te rectâ ratione, moleſtè tuli; propter quod ad emẽdationem generis humani [5] miſſus ſum, & ſubveniens his, qui ſe ſeductionibus, atq; erroribus tradiderunt, hæc [6] ſcripta ad te neceſſarium duxi

tran-

ΜΑΝΙΧΑΙΟΣ

Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἅγιοι, καὶ παρθένοι, Μαρκέλλῳ τέκνῳ ἀγαπητῷ, χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ δεξιὰ τοῦ φωτὸς διατηρήσει σε ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ, καὶ τῶν συμπτωμάτων αὐτοῦ, καὶ παγίδων τοῦ πονηροῦ, ἀμήν.

Τὴν μὲν περὶ σὲ ἀγάπην μεγίστην οὖσαν αἰσθηθεὶς, λίαν ἐχάρην· τὴν δὲ πίστιν οὐκ οὖσαν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἠχθέσθην· ὅθεν πρὸς ἐπανόρθωσιν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἀποσταλεὶς, φειδόμενός τε τῶν ἀπάτῃ καὶ πλάνῃ ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότων, ταῦτα τὰ γράμματα πρὸς σὲ ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἀποστεῖλαι, πρῶτον μὲν πρὸς σωτηρίαν τῆς σεαυτοῦ ψυχῆς· ἔπειτα δὲ

καὶ

1 Codex Bobienſis, *ignoratum*.

2 Hanc Epiſtolam cum Marcelli reſponſione integram refert Epiphanius in Manicheorum hæreſi n. 6. ex quo græca deſumpſimus.

3 Codex Bobienſis, *à ruinis ejus, & de laqueis*. Sic & Epiphanius.

4 Idem codex, *juxta rectam rationem*. Sic & Epiphanius.

5 Idem codex, *miſſus ſum ſubveniens*. Epiphanius, *miſſus & ſubveniens*.

6 Idem codex, *hæc ſcripta neceſſarium duxi*.

καὶ τῶν ἅμα σοι τυγχανόντων,[1] πρὸς τὸ μὴ ἀδιάκριτόν σε ἔχειν τὸν λογισμὸν, ὡς ἔστι τῶν ἁπλουστέρων καθηγέμονες διδάσκουσι λέγοντες, τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ φέρεσθαι, καὶ μίαν ἀρχὴν εἰσηγούμενοι, οὐ διακρίνοντες, οὐδὲ διαιροῦντες ἀπὸ τοῦ φωτὸς τὸ σκότος, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀπὸ τοῦ κακοῦ καὶ φαύλου, καὶ τὸν ἔξωθεν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἔνδον, ὡς προείπομεν, ἀλλὰ κιρνῶντες καὶ ἐγκαταμιγνῦντες θάτερον θατέρῳ, οὐ παύονται. σὺ δὲ, ὦ τέκνον, μὴ ἴσα τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων ἀλογίστως, καὶ ἁπλῶς ἀμφότερα, ὡς ἂν τύχοι, ἑνώσῃς, μηδὲ τῷ τῆς ἀγαθωσύνης Θεῷ ἀνατίθεσο· ἀρχὴν γὰρ, καὶ τέλος, καὶ τὸν τούτων πατέρα τῶν κακῶν, ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναφέρουσιν, ὧν τὸ τέλος κατάρας ἐγγύς. οὔτε γὰρ[6] ἐν τοῖς εἰρημένοις εὐαγγελίοις παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ πιστεύουσιν, ὅτι οὐ δύναται δένδρον καλὸν καρποὺς κακοὺς ποιῆσαι, οὐδὲ μὴν δένδρον κακὸν καλοὺς καρποὺς ποιῆσαι. καὶ πῶς τὸν Θεὸν τοῦ Σατανᾶ, καὶ τῶν κακῶν αὐτοῦ πραγμάτων λέγειν τολμῶσι ποιητὴν καὶ δημιουργὸν, θαυμάζειν μοι ἐπέρχεται.

tranſmittere; primò quidem ad ſalutem animæ tuæ, deinde & eorum qui tecum ſunt; [1] utì ne indiſcretos animos geras, ſicut ſimpliciorum [2] magiſtri docent dicentes, malum, & bonum ab eodem ſubſiſtere, & unum initium introducentes, neq; quicquam perſcrutantes, vel diſcernentes [3] à luce tenebras, & bonū à malo, & exteriorem hominem ab interiori, ſicut prædiximus; ſed confundere ac permiſcere alterum alteri non ceſſant. Tu verò, ò fili, ne ſimiliter ut multi hominū, irrationabiliter & ſimpliciter utraq; indiſcreta [4] permiſceas, neque bonitatis Deo inferas contumeliam. Initium enim & finem, & horum patrem malorū ad [5] Deum referunt, *quorum finis eſt maledicto proximus.* Hebr. 6. 8. Non enim [6] his, quæ dicta ſunt in Euangeliis Salvatoris noſtri & Domini Jeſu Chriſti credunt, quia *non poteſt arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos fructus facere.* Matth. 7. 18. Quomodo Dominum Satanæ, & malorum ejus actuum factorem dicere audeant & conditorem, plurimùm miror. Et atque utinam eò uſque

eorum

1 Hinc patet rectè in greco Epiphanii textu emendaſſe Petavium, πρὸς τὸ μὴ ἀδιάκριτον nam priùs, μὴ, deerat.
2 Codex Caſinenſis, *magiſtri dicentes.* Sed aliam lectionem exprimit etiam Epiphanius.
3 Malè idem codex, *à luce, à tenebris?*
4 Codex Caſinenſis, *Permiſcens*: at Bobienſis, *Permiſceas neque bonitatis Dei inferas*: Epiphanius, *Permiſceas, neque ad bonitatis Deum referas. Initium enim, &c.* Præterea Caſinenſis legit paulò poſt, *Initium & finem.* Nos autem ex utroque codice, atque Epiphanio hunc locum emendavimus.
5 Bobienſis codex, *Dominum.*
6 Caſinenſis habebat, *In his.* Vide tamen an leviter emendandum ſit apud Epiphanium, οὔτε γὰρ τοῖς εἰρημένοις ἐν εὐαγγελίοις.

eorum vanitas perveniſſet,& nõ unigenitum,[1] *qui de Patris ſini-*
Joan. 1. 18. *bus deſcendit*, Chriſtum, Mariæ cujuſdam mulieris eſſe dicerent filium, ex ſanguine, & carne, ac reliquis mulierum ſpurcitiis generatum. Et, ut ne plurima per hanc epiſtolam ſcribam, atque in longitudinẽ temporis protraham patiẽtiam tuam, cùm mihi non adſit eloquentia naturalis, ſufficit iſta dixiſſe. Omnia autem cognoſces, cùm præſens fuero apud te; ſi tamen ſaluti tuę [2] parcere, ac providere feſtinas; non
1. Cor. 7.35. enim *laqueum alicui injicio*, ſicuti plurimi inſipientiũ faciũt. Intellige quę dico, fili [3] honorabilis.

χεται. καὶ εἴθε μὲν ἄχρι τούτων ἔφθασεν αὐτῶν ἡ ματαιοπονία, καὶ μὴ τὸν μονογενῆ τὸν ἐκ τῶν κόλπων τοῦ πατρὸς καταβάντα Χριστὸν, Μαρίας τινὸς γυναικὸς ἔλεγον εἶναι υἱὸν, ἐξ αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ τῆς ἄλλης δυσωδίας τῶν γυναικῶν γεγεννῆσθαι. καὶ ἵνα μὴ τὰ πολλὰ διὰ τῆσδε τῆς ἐπιστολῆς γράφων, εἰς μῆκος χρόνου διασύρω σου τὴν ἐπιείκειαν, οὐκ ἔχων τὰς φυσικὰς φράσεις, ἐπὶ τούτοις ἀρκεσθήσομαι. τὸ δ' ὅλον γνώσῃ παρόντος μου πρὸς σὲ, εἴγε τῆς σεαυτοῦ σωτηρίας ἔτι φείδῃ, οὐδὲ γὰρ βρόχον τινὶ ἐπιβάλλω, ὡς οἱ τῶν πολλῶν ἀφρονέστεροι ποιοῦσιν. νόει ἃ λέγω, τέκνον τιμιώτατε.

VI. Hac epiſtolâ lectâ, bajulum literarum Marcellus [4] obſequentiſſimè fovebat hoſpitio, Archelaus verò ea quæ lecta ſunt, non libenter amplexus, velut leo concluſus dentibus [5] infrendebat, auctorem epiſtolæ ſibi deſiderans dari; quem Marcellus ſuadebat quieſcere, ſemet pollicens procuraturum præſentiam viri. Reſcribere ergo Marcellus ad ea, quæ ſcripta ſunt, ſtatuit epiſtolam cotinentem hæc.

MARCELLUS

[6] *Vir notus, Manichæo, qui ſibi per epiſtolam indicatus eſt, ſalutem.*

ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ.

Ἀνὴρ ἐπίσημος, Μανιχαίῳ τῷ διὰ τῆς ἐπιστολῆς δηλουμένῳ, χαίρειν.

SCriptam quidem à te epiſtolam ſumpſi, & Turbonem ſolitâ mihi humanitate ſu-

ΤΗν μὲν ὑπὸ σοῦ γραφεῖσαν ἐπιστολὴν προσηκάμην. τὸν δὲ Τύρβωνα προσεδεξάμην κατὰ φιλοφρω-

1 Codex Bobienſis, *Qui patris finibus diſceſſit*. Caſinenſis, *Quidem patris finibus deſcendit*. Nos ex Epiphanio hunc locum reſtituimus.

2 Caſinenſis, *parere*. Melior alia lectio Bobienſis codicis, ut patet ex Epiphanio.

3 Codex Bobienſis, *Honorabilis. Vale*, quod verbum non habet Epiphanius.

4 Cod. Bobienſis, *Obſequentiſſimo*.

5 Codex Bobienſis, *Infringebat*.

6 Melior Petavii verſio, *Vir illuſtris*.

φροντίδα ἐμὴν· τὸν δὲ γραμμάτων τὸν νοῦν οὐδαμῶς ἔγνων, εἰ μὴ σὺ παραγενόμενος φράσῃς ἡμῖν καταλογάδην ἕκαστον, ὡς ὑπέσχου διὰ τῆς ἐπιστολῆς. ἔῤῥωσθε.

ſuſcepi, ſenſum verò literarum nequaquam adverti; niſi fortè tu præſens exponas nobis per verba, ſingula, [1] ſicut promiſiſti. Vale.

Hanc epiſtolam ſignatam tradebat Turboni referendam ad eum, à quo priùs ipſe pertulerat: ille verò ad eum redire penitus reluctabatur, memor itineris laborum, & rogabat alium pro ſe dirigi, abnegans ultrà ſibi [2] ad eum rediturum, aut communionem cum eo aliquam facturum. Marcellus verò, accito uno ex pueris ſuis, Calliſto nomine, præcipit proficiſci, qui nihil moratus, illico proficiſcitur; & poſt triduum pervenit ad Manem, quem in caſtello quodam [3] Arabionis reperit, atque epiſtolam tradidit; qua ille perlectâ, gaviſus eſt, à Marcello invitatum ſe eſſe, ac ſine morâ iter invadit: Turbonis tamen remorationem non proſperam [4] præſagitus, & quaſi conſulto itinere ad Marcellum perrexit. Turbo verò de Marcelli domo prorſus non diſcedebat, nec ab Archelai Epiſcopi confabulatione ceſſabat: valde enim ſtudiosè uterque de Manichæi ſtudiis perquirebant, ſcire cupientes, qui ſit, unde, vel quid verbi ferat. At ille univerſa dilucidè enarravit, repetens & exponens de fide ejus hoc modo.

ΕΙ τὴν τοῦ Μάνη πίστιν θέλετε μαθεῖν, παρ᾽ ἐμοῦ ἀκούσατε συντόμως. οὗτος δύο σέβει Θεοὺς ἀγεννήτους, αὐτοφυεῖς, ἀϊδίους, ἕνα τῷ ἑνὶ ἀντικείμενον, καὶ τὸν μὲν ἀγαθὸν, τὸν δὲ πονηρὸν εἰσηγεῖται, φῶς τῷ ἑνὶ ὄνομα θέμενος, καὶ τῷ ἑτέρῳ σκότος, καὶ τοῦ μὲν φωτὸς εἶναι μέρος τὴν ἐν ἀνθρώποις ψυχὴν, τοῦ δὲ σκότους τὸ σῶμα, καὶ τὸ τῆς ὕλης δημιούργημα

VII. [5] Si fidem Manichæi diſcere à me vultis; breviter audite. Hic duos colit Deos innatos, ex ſemetipſis extantes, çternos, unum uni adverſantem; & alterum quidem bonum, alterum autem malum introducit. Lux uni nomen imponit, & alteri tenebras. Et lucis quidem eſſe partem animam, quæ in hominibus eſt, tenebrarum autem corpus, & quæ ex materia eſt conditio. Permixtionem autem,

vel

1 Codex Bobienſis, *Sicut per epiſtolam promiſiſti. Vale. Hanc epiſtolam ſcriptam atq; ſignatam tradebat Turboni ferendam.* Epiphanius pariter legit, *ſicut per epiſtolam promiſiſti. Vale.*

2 Codex Bobienſis, *Ad illum reverſurum, aut communionem cum eo aliquam fore.*

3 Caſtellum hoc trans fluvium Strangam ſitum fuiſſe in medio Perſarum & Meſopotamiæ, ait Epiphanius in hac hæreſi num. 7.

4 Codex Bobienſis, *Præſagus*,

5 Sequentia uſque ad cap. 12. verbatim grecè retulit Epiphanius num. 25.

vel conjunctionem [1] hoc modo dicit effectam, conferens ambos Deos in hujuſcemodi exemplũ. Quemadmodum ſi duo Reges ſint adverſum ſe pugnantes, qui ab initio fuerint inimici, habentes ſinguli ſuas portiones; acciderit autem ut tenebrę progredientes fines ſuos, bellum cum luce commiſerint. Quod cùm cognoviſſet bonus Pater, tenebras ad terram ſuam superveniſſe, [2] produxit ex ſe virtutem, quæ dicitur Mater vitæ, [3] qua virtute circumdedit primũ hominem, quæ ſunt quinque elementa, [4] ideſt, Ventus, Lux, Aqua, Ignis, & Materia, quibus indutus, tanquam [5] ad paratum belli, deſcendit deorſũ pugnare adverſùm tenebras. At verò tenebrarum Principes, repugnãtes ei, comederunt de armatura ejus, quod eſt anima. Tunc ibi vehementer afflictus eſt deorſum [6] primus parens homo à tenebris, & niſi orantẽ eum exaudiſſet Pater, & miſiſſet alteram virtutem, quæ proceſſerat ex ſe, quæ dicitur Spiritus vivens, & deſcendens porrexiſſet ei dexteram, & eduxiſſet eum de tenebris, olim

μα. μῖξιν δὲ, ἤτοι σύγκρασιν [1] τοῦτον λέγει γεγονέναι τὸν τρόπον, ἀπεικάζων σὺν δύο τῷδε τῷ παραδείγματι. καθάπερ δύο βασιλεῖς ἀντιμαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους, ὄντες ἀπαρχῆς ἐχθροὶ, καὶ ἀναμέρος ἑκάστου τὰ ἴδια ἔχοντος. κατὰ δὲ σύστασιν τὸ σκότος ἐπελθὸν ἐκ τῶν ὁρίων αὐτοῦ προσεμαχήσατο τῷ φωτί. γνόντα δὲ τὸν ἀγαθὸν Πατέρα τὸ σκότος ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ ἐπιδεδημηκὸς, προβάλλειν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν, λεγομένην Μητέρα τῆς ζωῆς, καὶ αὐτὴν προβεβληκέναι τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, τὰ πέντε στοιχεῖα. εἰσὶ δὲ, ἄνεμος, φῶς, ὕδωρ, πῦρ, καὶ ὕλη. καὶ ταῦτα ἐνδυσάμενον, ὡς πρὸς κατασκευὴν πολέμου, κατελθεῖν κάτω, καὶ πολεμῆσαι τῷ σκότει. οἱ δὲ τοῦ σκότους ἄρχοντες ἀντιπολεμοῦντες αὐτῷ, ἔφαγον ἐκ τῆς πανοπλίας αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ψυχή. τότε δεινῶς ἐθλίβη ἐκεῖ κάτω ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ὑπὸ τοῦ σκότους, καὶ εἰ μὴ εὐξαμένου εἰσήκουσεν ὁ Πατὴρ, καὶ ἀπέστειλεν ἑτέραν δύναμιν προβληθεῖσαν ὑπ᾽ αὐτοῦ, λεγομένην ζῶν Πνεῦμα, καὶ εἰ μὴ κατελθὼν δέδωκεν αὐτῷ δεξιὰν, καὶ ἀνήνεγκεν ἐκ τοῦ σκότους, πάλαι ἂν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος κατεχόμενος

1 Hinc patet apud Epiphanium legi debere, τοῦτον λέγει. cum prius eſſet, τύπον.

2 Codex Bobienſis, *Produxit ex virtute*. Caſinenſis, *Produxerit & eſſe virtutem*. Sed legendum ex Epiphanio uti emendatum eſt.

3 Codex Bobienſis, *Quá circumdedit*. Caſinenſis, *Quæ virtute*. Sed ex Bobienſi, & Epiphanio emendavi, *Quá virtute*.

4 Codex Bobienſis, *Id eſt, lux, aqua, ignis, & maria*. Sed Epiphanius legit, *ventus, lux, aqua, ignis, & materia*. ut in codice Caſinenſi, qui veram exhibet hujus loci lectionem.

5 Epiphanius legit, *Ad apparatum belli*.

6 Codex Bobienſis, concinente Epiphanio, *Primus homo*.

μενος, ἐκινδύνευσεν. ἔκτοτε οὖν κατέλειψε κάτω τὴν ψυχήν. καὶ διὰ τοῦτο Μανιχαῖοι ἐὰν συναντήσωσιν ἀλλήλοις, δεξιὰς διδόασιν ἑαυτοῖς σημείου χάριν, ὡς ἀπὸ σκότους σωθέντες. ἐν γὰρ τῷ σκότει πάσας τὰς αἱρέσεις εἶναι λέγει. τότε ζῶν Πνεῦμα ἔκτισε τὸν κόσμον, καὶ αὐτὸ φορέσαν ἑτέρας τρεῖς δυνάμεις, κατελθὸν ἀνήνεγκε τοὺς ἄρχοντας, καὶ ἐστερέωσεν ἐν τῷ στερεώματι, ὅ ἐστιν αὐτῶν σῶμα ἡ σφαῖρα. Τότε πάλιν τὸ ζῶν Πνεῦμα ἔκτισε τοὺς φωστῆρας, ἅ ἐστι τῆς ψυχῆς λείψανα, καὶ οὕτως ἐποίησε τὸ στερέωμα κυκλεῦσαι. καὶ πάλιν ἔκτισε τὴν γῆν εἰς εἴδη ὀκτώ. ὁ δὲ Ὠμοφόρος κάτω βαστάζει, καὶ ἐπὰν κάμῃ βαστάζων, τρέμει, καὶ σεισμοῦ αἴτιος γίνεται παρὰ τὸν ὡρισμένον καιρόν. τούτου ἕνεκα τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἀπέστειλεν ὁ ἀγαθὸς Πατὴρ ἐκ τῶν κόλπων εἰς τὴν καρδίαν τῆς γῆς, καὶ εἰς τὰ ταύτης κατώτατα μέρη, ὅπως αὐτῷ τὴν προσήκουσαν [8] ἐπιτιμίαν δῷ. καὶ ὁσάκις ἂν σεισμὸς γένηται, ἢ τρέμει κάμνων, ἢ ἀντι-

olim primus homo detentus periclitaretur. Ex eo ergo animam deorſum [1] reliquit, & propterea Manichæi cùm ſibi invicem occurrunt, dāt ſibi dexteras hujus ſigni gratiâ, tanquā ex tenebris liberati; in tenebris enim [2] omnes hæreſes eſſe dicunt. Tunc vivens Spiritus creavit mundū, & indutus alias tres virtutes, deſcendens eduxit [3] Principes, & crucifixit eos in firmamento, quod eſt ejus corpus ſphæra; & rurſum ipſe vivēs Spiritus creavit luminaria, quę ſunt [4] reliquię animę, & fecit ea [5] firmamentum circumire, & iterum creavit terram, [6] & ſunt octo. Eſt autem Omophorus deorſum, ideſt, qui eam portat in humeris; & cùm laboraverit portans, intremiſcit: & hęc eſt cauſa terrę motus pręter conſtitutum tempus. Hac de cauſâ filiū ſuum miſit benignus pater [7] de finibus ſuis in cor terræ, & in interiores ejus partes, [8] quò illum, ut par erat, coërceret; quotiens enim efficitur terræ motus, tremante eo ex labore, vel de humero in humerum trans-

1 Codex Bobienſis, *relinquit*. mala lectio, ut patet ex Epiphanio.

2 Codex Bobienſis, *omnis hæreſis eſſe dicitur*. Sed hanc lectionem rejicit Epiphanius.

3 Hæc eſt hujus loci vera lectio, Epiphanio probata. Quam enim ex codice Bobienſi Valeſius exprimit, corruptam eſſe nemo non videt; ſic enim ſe habet, *Deſcendēs eduxit Principes Ieru, exiens in firmamentum, quod eſt, &c.* In græco Epiphanij eſt, *Et ſtabilivit in firmamēto, quod eſt ipſorum corpus ſphæra.* Sed vide eundem Epiphanium cap. 48.

4 Ita & Epiphanius. Malè apud Valeſium, *Reliquæ animæ*. Vide eundem Epiphanium ibid. cap. 49.

5 Et hic malè codex Bobienſis, *in firmamento circuire*, ut patet ex Epiphanio.

6 Epiphanius habet εἰς εἴδη ὀκτώ. *Creavit terram octuplici ſpecie. Omophorus autem*, hoc eſt, bajulus, *infrà ſuſtinet*. Sed latinus noſter interpres legit, εἰσὶ δὲ, vel, εἰσὶ δὴ.

7 Codex Bobienſis, *de finibus in cor terræ*. Sic legit & Epiphanius.

8 Idem codex, *quod illum, ut pareret, coërceret*. Praua lectio. Hinc autem patet Petavium apud Epiphanium pro ἰπιτιμίαν, rectè emendaſſe ἐπιτιμίαν.

transferente pondus, efficitur. Tunc ergo & ipſa materia creavit ex ſe plantas, vel germina, quæ cùm [1] furatæ eſſent à quibuſdam Principibus, convocavit omnes Principes primarios, & ſumpſit ab eis ſingulas virtutes, & fecit hominem hunc ſecundũ ſpeciem primi hominis illius, [2] & junxit animam in eo.

VIII. Cùm autem vidiſſet Pater vivens affligi animam in corpore, [3] quia eſt miſerator & miſericors, miſit Filium [4] ſuum dilectum ad ſalutem animæ; hac enim cauſâ, & propter omophorum miſit eum. Et veniens filius, transformavit ſe in ſpeciem hominis; [5] & apparebat quidem hominibus ut homo, cùm non eſſet homo, & homines [6] putaverunt eum natum eſſe. Cùm ergo veniſſet, machinam quandam [7] concinnavit ad ſalutẽ animarum; ideſt, rotam ſtatuit, habentem duodecim urceos, [8] quę rota per hãc ſphæram vertitur, hauriens animas morientium, quaſq; luminare majus, ideſt, ſol radiis

ἀντιφέρῃ εἰς τὸν ἕτερον ὦμον. τότε τοίνυν καὶ ἡ ὕλη ἀφ' ἑαυτῆς ἔκτισε τὰ φυτά, καὶ συλωμένων αὐτῶν ἀπό τινων Ἀρχόντων ἐκάλεσε πάντας τοὺς τῶν ἀρχόντων πρωτίστους, καὶ ἔλαβεν ἀπ' αὐτῶν ἀνὰ μίαν δύναμιν, καὶ κατεσκεύασε τὸν ἄνθρωπον, τὸν κατὰ τὴν ἰδέαν τοῦ πρώτου ἀνθρώπου ἐκείνου, καὶ ἔδησε τὴν ψυχὴν ἐν αὐτῷ. [2] αὕτη ἐστὶ τῆς συγκράσεως ἡ ὑπόθεσις.

Ὅτε δὲ εἶδεν ὁ Πατὴρ ὁ ζῶν θλιβομένην τὴν ψυχὴν ἐν τῷ σώματι, εὔσπλαγχνος ὢν καὶ ἐλεήμων, ἔπεμψε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἠγαπημένον εἰς σωτηρίαν τῆς ψυχῆς. διὰ γὰρ ταύτην τὴν πρόφασιν, καὶ τὴν τοῦ Ὠμοφόρου, ἀπέστειλεν αὐτόν. καὶ ἐλθὼν ὁ Υἱὸς μετεσχημάτισεν ἑαυτὸν εἰς ἀνθρώπου εἶδος, καὶ ἐφαίνετο τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπος, μὴ ὢν ἄνθρωπος, καὶ οἱ ἄνθρωποι ὑπελάμβανον αὐτὸν γεγεννῆσθαι. ἐλθὼν οὖν ποιεῖται τὴν δημιουργίαν πρὸς σωτηρίαν τῶν ψυχῶν, καὶ μηχανὴν συνεστήσατο ἔχουσαν δώδεκα κάδους, ἥτις ὑπὸ τῆς σφαίρας στρεφομένη, ἀνιμᾶται τῶν θνησκόντων τὰς ψυχάς. καὶ ταύτας ὁ μέγας φωστὴρ

ταῖς

ſuis

1 Codex Caſinenſis, *furatæ eſſent, convocavit*. Nos Bobienſem codicem & Epiphanium ſecuti ſumus.

2 Malè codex Bobienſis, *& vexit animam in eo*. quam lectionem non ſequitur Epiphanius: ſubditurque apud eundem, *Et hæc eſt commixtionis ratio*. quæ verba de ſuo fortaſſe addidit Epiphanius.

3 Codex Bobienſis, *qui eſt*.

4 Ita cod. Bobienſis, & Epiphanius. Caſinenſis non habet *dilectum*.

5 Vterque codex, *& parebat*. Sed nos Epiphanii lectionem prætulimus.

6 Codex Bobienſis, probante Epiphanio, *putabant eum natum eſſe*. Caſinenſis malè, *naturam eſſe*.

7 Codex Bobienſis, *concinnatam*. Epiphanius habet, *Veniens igitur opus quoddam ad animarum ſalutem molitus eſt, & machinam conſtruxit, cados duodecim habentem, quæ à ſphærâ converſa mortuorum animas ſurſum evehit*.

8 Codex Bobienſis, *quæ per hanc ſphęram hauriens animas viventium*. Mala lectio, ut ex Epiphanio apparet.

ταῖς ἀκτῖσι λαβὼν, καθαρίζει, καὶ μεταδίδωσι τῇ σελήνῃ, καὶ οὕτως πληροῦται τῆς σελήνης ὁ δίσκος, ὁ παρ' ἡμῖν προσαγορευόμενος· πλοῖα γὰρ, ἤτοι πορθμεῖα εἶναι λέγει τοὺς δύο φωστῆρας. εἶτα ἐὰν γεμισθῇ ἡ σελήνη, μεταπορθμεύει εἰς ἀπηλιώτην, καὶ οὕτως ἀπόκρουσιν ποιεῖται, τοῦ γόμου ἐλαφρυνομένη· καὶ οὕτω πληροῦται τὸ πορθμεῖον, καὶ πάλιν ἀπογομοῖ ἀνιμωμένων ὑπὸ τῶν κάδων τῶν ψυχῶν, ἄχρις οὗ τὸ ἴδιον αὐτοῦ μέρος σώσει [5] τῆς ψυχῆς. τῆς γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ Πατρὸς οὐσίας πᾶσαν ψυχὴν, καὶ πᾶν κινούμενον ζῶον μετέχειν λέγει. τῆς οὖν σελήνης μεταδιδούσης τὸν γόμον τῶν ψυχῶν τοῖς Αἰῶσι τοῦ Πατρὸς, παραμένουσιν ἐν τῷ στύλῳ τῆς δόξης, ὃς καλεῖται ἀὴρ ὁ τέλειος. ὁ δὲ ἀὴρ οὗτος στῦλος ἐστὶ φωτὸς, ἐπειδὴ γέμει ψυχῶν τῶν καθαριζομένων. αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία, δι' ἧς αἱ ψυχαὶ σώζονται. ἡ δὲ τοῦ ἀποθανεῖν τοὺς ἀνθρώπους ἐστὶ πάλιν αὕτη· παρθένος τις ὡραία κεκοσμημένη, πιθανὴ πάνυ συλᾷν ἐπιχειρεῖ τοὺς ἄρχοντας, τοὺς ἐν τῷ στερεώματι ὑπὸ τοῦ ζῶντος Πνεύματος ἀνενεχθέντας καὶ σταυρωθέντας, φαινομένη

ſuis [1] adimens purgat, & lunæ tradit, & ita adimpletur lunæ [2] diſcus, qui à nobis ita appellatur. Naves enim vel tranſlatorias cymbas eſſe dicit duo iſta luminaria, & cùm repleta fuerit luna, trāsfretare animas, ad ſubſolanam partem, & ita [3] apocruſin, detrimētum, patitur, cū onere fuerit relevata: & [4] iterum repleri cymbam, & rurſus exonerari, dum hauriuntur per urceos animæ, uſquequo partem ſuam propriam liberet [5] animarum. De ſubſtantiâ autem boni Patris omnem animā, atque omne animal, quod movetur, partem trahere confirmat. Cùm igitur luna onus, quod gerit, animarum, ſeculis tradiderit Patris, permanent [6] illæ in columnâ gloriæ, quod vocatur [7] Vir perfectus. Hic autem Vir eſt columna lucis: repleta eſt enim mundarum animarum, & hæc eſt cauſa ſalutis animarum; mortis verò cauſa hominibus eſt iſta. Virgo quædam decora & exornata, elegās valde, furto appetit Principes, qui ſunt in firmamento à vivente Spi-

1 Epiphanius, λαβὼν, *aſſumens*.

2 Codex Bobienſis, *diſcurſus*, peſſima lectio.

3 In codice Caſinenſi, *Apocriſin*, ſcribitur; ſed nos locum reſtituimus ex codice Bobienſi, in quo *Apocruſin* rectè legitur, licet in aliis hic depravatiſſimus exiſtat. Ἀπόκρουσιν autem Alexandro Aphrodiſienſi, & Tralliano dicitur facere luna, cùm decreſcit, ſeu ſeneſcit, ut notum eſt.

4 Epiphanius οὕτω, *& ita repleri*.

5 Idem Epiphanius, τῆς ψυχῆς, *animæ*; ſed ex hujus antiqui interpretis verſione debet emendari.

6 Legendum *illæ*, hoc eſt, animæ ex Epiphanio, licet uterque codex habeat, *illa*.

7 Epiphanius habet, *Aër perfectus*, unde colligitur latinum hujus operis exemplar è græco expreſſum eſſe, & malè interpretem legiſſe, ἀνὴρ, pro ἀὴρ; vertendum autem eſſe, *Aër perfectus. Aër autem hic, &c.* ut græca cum latinis conveniant, & aliquis inde ſenſus eruatur.

Spiritu educti, & crucifixi, quæ cùm apparuerit, maribus fœmina decora apparet; fœminis verò adoleſcentem ſpecioſum & concupiſcibilẽ demonſtrat. Sed Principes quidem, cùm eam viderint exornatam, [1] amore ejus in libidinem moventur; & quia eam apprehendere non poſſunt, vehementer inſtigantur amoris incẽdiis excitati; rapti ſunt enim [2] libidinis calore: cùm enim currentibus poſt eam anxii effecti fuiſſent, Virgo ſubitò nuſquam comparuit. Tunc Princeps ille magnus producit nebulas ex ſemetipſo, utì obſcuret in irâ ſuâ omnem mundum, qui cùm tribulatus fuerit plurimùm, ſicut homo ſudat poſt laborem, ita & hic Princeps [3] ſudat ex tribulatione ſuâ, cujus ſudor pluviæ ſunt. [4] Sed & meſſis Princeps, ſi deceptus fuerit à Virgine, [5] effundit peſtem ſuper terram, ita ut morte afficiat homines; corpus enim hoc mundus vocatur, ad ſimilitudinem magni hujus mũdi, [6] & omnes homines, qui ſunt deorſum, radices habent ſurſum colligatas. Cùm ergo deceptus fuerit à Virgine, [7] tunc incipit

νομένη δὲ τοῖς ἄῤῥεσι θήλεια εὔμορφος, ταῖς δὲ θηλείαις νεανίας εὐειδὴς καὶ ἐπιθυμητὸς, καὶ οἱ μὲν Ἄρχοντες ὁπόταν ἴδωσιν αὐτὴν κεκαλλωπισμένην, οἰστρῶνται τῷ φίλτρῳ, καὶ μὴ δυνάμενοι αὐτὴν καταλαβεῖν, δεινῶς φλέγονται τῷ ἐρωτικῷ πόθῳ τὸν νοῦν ἐξαρπασθέντες. ὅταν οὖν τρεχόντων αὐτῶν, ἡ παρθένος ἄφαντος γένηται, τότε ὁ Ἄρχων ὁ μέγας προβάλλει τὰς νεφέλας ἐξ αὐτοῦ, ὅπως σκοτίσῃ τῇ ὀργῇ αὐτοῦ τὸν κόσμον. καὶ οὕτως ἐὰν θλίβῃ πάνυ, καθάπερ ἄνθρωπος ἱδρῶν ἀποκοπεῦται. ὁ δὲ ἱδρὼς αὐτοῦ ἐστιν ἡ βροχή.[4] ὁμοῦ δὲ ὁ θερισμὸς ἄρχων ἐὰν συληθῇ ὑπὸ τῆς παρθένου, καταχέει λοιμὸν ἐφ᾽ ὅλης τῆς γῆς, ὅπως θανατώσει τοὺς ἀνθρώπους. τὸ γὰρ σῶμα τοῦτο κόσμος καλεῖται πρὸς τὸν μέγαν κόσμον. καὶ οἱ ἄνθρωποι πάντες ῥίζας ἔχουσι, κάτω συνδεθείσας τοῖς ἄνω. ὁπό-

1 Melior in ſeqq. Epiphanii lectio, quæ ſic latinè ſonat. *Amoris œſtro aguntur, cumque eam aſſequi nequeant, extra mentem acti, præ amore, & cupiditate mirum in modum exardeſcunt. Quum igitur, accurrentibus illis, virgo ſe ex illorum aſpectu ſubduxerit, tunc, &c.*

2 Malè codex Bobienſis, *libidinis amoris calorem; cum ergo currentibus eis poſt eam, virgo, &c.*

3 Idem codex, *ſudat ei ex tribulatione.* prava lectio.

4 Epiphanius habet ex verſione Petavii, *Sic & Princeps alter, Meſſor appellatus, ſi Virginis illecebrâ capiatur, peſtem in univerſam terram perdendis hominibus immittit.* In textu tamen græco, *Meſſis*, eſt non *Meſſor*. ſed fortaſſe legendum θερισμοῦ.

5 Codex Caſinenſis, *effundit famem.* Bobienſis, *effundet famem.* Sed nos ex ſeqq. & ex Epiphanio, *peſtem*, ſubſtituimus. Facile autem fuit veteri latino interpreti ob ſimilitudinem vocum, λιμὸς, *fames*, & λοιμὸς, *peſtis*, in hunc errorem incidere.

6 Epiphanius habet, *Et omnes homines radices habent infrà cum ſuperioribus connexas.*

7 Codex Bobienſis, *tunc cum incipiet.*

ὁπόταν οὖν συληθῇ ὑπὸ τοῦ παρθένου, τότε ἄρχεται κόπτειν τὰς ῥίζας τῶν ἀνθρώπων· καὶ ὅταν κοπῶσιν αἱ ῥίζαι αὐτῶν, τότε ἄρχεται λοιμὸς γίνεσθαι, καὶ οὕτως ἀποθνήσκουσιν. ἐὰν δὲ τὰ ἄνω τῆς ῥίζης πόνῳ σαλεύσῃ, σεισμὸς γίγνεταί τε, καὶ ἐπακολουθεῖ, συγκινουμένου μετὰ τοῦ Ὠμοφόρου, αὕτη ἡ αἰτία τοῦ θανάτου.

Ἐρῶ δὲ ὑμῖν καὶ τοῦτο, πῶς μεταγγίζεται ἡ ψυχὴ εἰς πέντε σώματα. πρῶτον καθαρίζεται μικρόν τι ἀπ' αὐτῆς, εἶτα μεταγγίζεται εἰς κυνὸς, ἢ εἰς καμήλου, ἢ εἰς ἑτέρου ζώου σῶμα. ἐὰν δὲ ᾖ πεφονευκυῖα ψυχὴ, εἰς κελεφῶν σῶμα μεταφέρεται. ἐὰν δὲ θερίσασα εὑρεθῇ, εἰς μογιλάλους. τῆς δὲ ψυχῆς ἐστι τὰ ὀνόματα ταῦτα, νοῦς, ἔννοια, φρόνησις, ἐνθύμησις, λογισμός. οἱ δὲ θερισταὶ, ὅσοι θερίζουσιν, ἐοίκασι τοῖς Ἄρχουσι τοῖς ἀπαρχῆς οὖσιν εἰς σκότος, ὅτε ἔφαγον ἐκ τῆς τοῦ πρώτου ἀνθρώπου πανοπλίας. διὸ ἀνάγκη αὐτοὺς μεταγγισθῆναι εἰς χόρτον, ἢ εἰς φασήλια, ἢ εἰς κριθὴν, ἢ εἰς στάχυν, ἢ εἰς λάχανα, ἵνα θερισθῶσι, καὶ κοπῶσι. καὶ εἴ τις πάλιν ἐσθίει ἄρτον

incipit excidere radices hominum, & cùm exciſæ fuerint radiceseorum,efficitur peſtilentia, & ita moriuntur.[1] Quòd ſi ſuperiores partes radicum validiùs concuſſerit, fit terræ motus, & inſequitur Omophori concuſſio, & hæc eſt mortis occaſio.

IX. Dicam autem vobis, quomodo & animæ in alia quoque corpora [2] transfunduntur. In hoc primo purgatur aliquid ex ea parùm; deinde transfunditur in canem,aut in camelum, aut in alterius animalis corpus. Quòd ſi [3]homicidium commiſit, anima in elephantiacorum corpora transfunditur;quòd ſi meſſem ſecuit, in mutos. Nomina autem animæ ſunt iſta, [4] Mens, Senſus, Prudentia, Intellectus, Cogitatio. Meſſores autem, qui meſsē metunt,conferuntur Principibus,[5] qui ex materiâ orti, in tenebris ſunt, ex quo manducaverunt de primi hominis armaturâ, propter quod neceſſe eſt eos transfundi in fœnum, aut in [6] faſcolum, aut in hordeū, aut in olera, ut & ipſi deſecentur & demetan-

1 Apud Epiphanium legitur, *Quòd ſi ſuperiores partes radicum præ labore quatiantur, terræ motus fit, atque conſequitur, Omophoro quidem inſimul concuſſo.*

2 Codex Bobienſis, *transferuntur*: mala lectio. Epiphanius habet, *quomodo anima in quinque corpora transfundatur. Primùm, &c.*

3 Codex Bobienſis, *homicidium admiſit, anima in elephantorum corpora*. In Caſinenſi ſcribitur, *in elefantia eorum corpora*, quod procul dubio, *elephantiacorum*, legi debet. Epiphanius tamen habet, κελεφῶν, *celephorum*. ignotum mihi animal.

4 Petavius meliùs vertit apud Epiphanium, *Mens, notio, intelligentia, cogitatio, ratiocinatio*.

5 Codex Bobienſis, *qui ex materia horti*, typographorum, ut videtur, errore. Apud Epiphanium legitur, *qui ab initio in tenebris ſunt*.

6 Codex Bobienſis malè, *faſellum*.

metantur: & qui manducant panẽ, [1] neceſſe eſt, ut & ipſi manducentur, panem effecti. Qui occiderit pullum, & ipſe pullus erit; qui murem, mus etiam ipſe erit. Si quis verò eſt dives in hoc mundo, cùm exierit de corpore ſuo, neceſſe eſt eum in corpus pauperis injici, [2] ita ut ambulet, & mendicet, & poſt hæc eat in pœnas æternas. Cùm ergo corpus hoc Principum ſit, & materiæ, neceſſe eſt eum, qui plantaverit perſeam, trãſire per multa corpora, uſquequo [3] perſea illa, quam plantaverat, concidat. Qui autem ædificaverit ſibi domum, [4] diſpergetur per omnia corpora. Si quis laverit ſe in aquâ, animam ſuam [5] vulnerat; & qui nõ præſtiterit electis ejus [6] alimenta, pœnis ſubdetur [7] gehennæ, & transformatur in catechumenorum corpora, uſquequo faciat miſericordias multas; & propterea ſi quid optimũ eſt in eſcis, [8] offerunt illud electis: & cùm voluerint manducare panem, orant primò, iſta dicentes ad panem, neque ego te meſſui, neque molui, neque [9] tri-

bulavi

ἄρτον, ἀνάγκη καὶ αὐτὸν βρωθῆναι, ἄρτον γενόμενον. εἴ τις φονεύσῃ ὀρνίθιον, ὀρνίθιον ἔσται. εἴ τις φονεύσῃ μῦν, καὶ αὐτὸς μῦς ἔσται. εἴ τις πάλιν ἐστὶ πλούσιος ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ, καὶ ἐὰν ἐξέλθῃ ἐκ τοῦ σκηνώματος αὐτοῦ, ἀνάγκη αὐτὸν εἰς πτωχοῦ σῶμα μεταγγισθῆναι, ὥστε περιπατοῦντα αὐτὸν ἐπαιτῆσαι, καὶ μετὰ ταῦτα ἀνελθεῖν αὐτὸν εἰς κόλασιν αἰώνιον. τοῦ δὲ σώματος τούτου ὄντος τῶν Ἀρχόντων, καὶ τῆς ὕλης, ἀνάγκη τὸν φυτεύοντα περσέαν διελθεῖν πολλὰ σώματα, ἕως ἂν καταβληθῇ ἡ περσέα ἐκείνη. εἰ δέ τις οἰκοδομεῖ ἑαυτῷ οἰκίαν, διασπαραχθήσεται εἰς τὰ ὅλα σώματα. εἴ τις λούεται εἰς τὸ ὕδωρ, τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν [5] πήσσει. καὶ εἴ τις οὐ δίδωσι τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ εὐσέβειαν, κολασθήσεται εἰς τὰς γεέννας, καὶ μετενσωματοῦται εἰς κατηχουμένων σώματα, ἕως οὗ δῷ εὐσεβείας πολλάς, καὶ διὰ τοῦτο, εἴ τι κάλλιστον ἐν βρώμασι, τοῖς ἐκλεκτοῖς προσφέρουσι. καὶ ὅταν μέλλωσιν ἐσθίειν ἄρτον, προσεύχονται πρῶτον, οὕτω λέγοντες πρὸς τὸν ἄρτον, οὔτε σὲ ἐγὼ ἐθέρισα, οὔτε ἤλεσα, οὔτε ἔθλιψά

σε

1 Codex Bobienſis, *neceſſe eſt, & ipſum manducari panem effectum. Quòd ſi occiderit pullum, & ipſe pullus erit. Quis verò eſt dives*. Sed Epiphanius cum Caſinenſi codice convenit. Malè autem in margine emẽdavit Valeſius, *Quiſquis verò eſt dives*:

2 Cod. Bobienſis, *ut ambulet, mendicet*.

3 Malè in Caſinẽſi codice legebatur, *per ſe ad illam*. Porro περσέα Petavius vertit, *Perſica arbor*. Vide Epiphanium num. 9.

4 Codex Bobienſis, *Diſpergitur*. Epiphanius habet ut codex Caſinenſis.

5 In græco Epiphanii eſt πήσσει, *frigore adſtringit, congelat*. Latinus tamen interpres legiſſe videtur πλήσσει.

6 Apud Epiphanium ſcribitur, εὐσέβειαν, *pietatem*.

7 Epiphanius, *per multas generationes, pœnas expendet*.

8 Codex Bobienſis, *Offerunt illud illis electis*. Caſinenſis, *offerre illud electis*. ſed ex Epiphanio legendum ut edidimus.

9 In græco Epiphanii ἔθλιψα, *ſubegi*, eo ſenſu, quo farinam ſubigere dicimus.

σε, οὔτε εἰς κλίβανον ἔβαλον. ἀλλὰ ἄλλος ἐποίησε ταῦτα, καὶ ἤνεγκέ μοι, ἐγὼ ἀναιτίως ἔφαγον. καὶ ὅταν καθ' ἑαυτὸν εἴπῃ ταῦτα, λέγει τῷ κατηχουμένῳ, ηὐξάμην ὑπὲρ σοῦ, καὶ οὕτως ἀφίσταται ἐκεῖνος. ὡς γὰρ εἶπον ὑμῖν περὶ ὀλίγου, εἴ τις θερίζει θερισθήσεται. οὕτως ἐὰν εἰς μηχανὴν σῖτον βάλλῃ, βληθήσεται καὶ αὐτός, ἢ φυράσας φυραθήσεται, ἢ ὀπτήσας ἄρτον ὀπτηθήσεται. καὶ διὰ τοῦτο ἀπείρηται αὐτοῖς ἔργον ποιῆσαι. καὶ πάλιν εἰσὶν ἕτεροι κόσμοι τινές, τῶν φωστήρων δυνάντων ἀπὸ τούτου τοῦ κόσμου, ἐξ ὧν ἀνατέλλουσι. καὶ εἴ τις περιπατεῖ χαμαί, βλάπτει τὴν γῆν. καὶ ὁ κινῶν τὴν χεῖρα, βλάπτει τὸν ἀέρα. ἐπειδὴ ὁ ἀὴρ ψυχή ἐστι τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν ζώων, καὶ τῶν πετεινῶν, καὶ τῶν ἰχθύων, καὶ τῶν ἑρπετῶν. καὶ εἴ τις ἐν κόσμῳ ἐστὶν, εἶπον ὑμῖν, ὅτι τὸ σῶμα τοῦτο οὐκ ἔστι τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τῆς ὕλης ἐστὶ, καὶ σκότος ἐστὶ, καὶ αὐτὸ σκοτωθῆναι δεῖ.

Περὶ δὲ τοῦ Παραδείσου, [9] ὃς καλεῖται κόσμος. ἐστὶ δὲ τὰ φυτὰ τὰ ἐν αὐτῷ, ἐπιθυμία, καὶ ἄλλαι ἀπάται, διαφθείρουσαι τοὺς λογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων

bulavi, nec in clibanum te miſi, alius te fecit, & detulit te mihi, ego innocenter te [1] manduco. Et cùm intra ſemetipſum hęc dixerit, [2] reſpondet ad eum, qui ei detulit, oravi pro te, & ille diſcedit ita. Sicut ergo dixi vobis paulò ante, ſi quis meſſuerit, demetetur, ita & ſi quis frumẽtum in molam miſerit, etiã ipſe mittetur in molam, aut ſi quis conſperſerit, conſpergetur, [3] aut ſi panem coxerit, excoquetur; & propter hoc illicitum eſt apud eos opus facere. Et iterum dicunt eſſe [4] alios quoſdam, præter hunc, quem videmus, mundos, quibus hujus mundi luminaria, cùm hìc occiderint, oboriuntur. [5] Et illi dicunt, ſi quis ambulat in terrâ, lædit terram, & [6] qui movet manum, lædit aërem, quia aër anima eſt hominum, & animalium, & volatiliũ, & piſcium, & [7] repentium, & ſi quid eſt in hoc mũdo: dixi enim vobis, quia [8] corpus hoc non eſt Dei, ſed materię eſt tenebrarum, & ideo neceſſe eſt illud obſcurari.

X. Paradiſus autem, [9] qui vocatur Mundus, & arbores, quæ in ipſo ſunt, concupiſcentiæ ſunt, & cæteræ ſeductiones corrum-

pen-

1 Caſinenſis, *Manduco & ſolvo*. Sed nos Bobienſis codicis, & Epiphanii lectionem expreſſimus.

2 Codex Bobienſis, *Reſpondet ad illum, qui detulit: oravi pro te. Si quis meſſuerit, demetetur, &c.* Epiphanius habet, *Dicit catechumeno: oravi pro te, & ita ille diſcedit. Nam, ſicut ego paulò ante dixi, ſi quis meſſuerit, demetetur*. Sed melior latini interpretis lectio.

3 Cod. Bobienſis, *Ita & ſi quis panem*.

4 Idem codex, *Alios præter hunc, quem videmus, mundum*.

5 Codex Bobienſis, *& ibi dicunt*.

6 Idem codex, *Qui levat manum*.

7 Idem codex, *reptantium. Et ſi quod*.

8 Cod. Bobienſis, *Corpus hoc non illud neceſſe eſt obſcurari*. Sed mutilum hunc locũ eſſe patet ex Epiphanio, qui cũ Caſin. cod. concordat. Niſi quòd habet Epiphanius, *Sed materię eſt, ipſumq; corpus obſcuritas eſt*.

9 Hinc patet apud Epiphaniũ legi debere ὃς καλεῖται κόσμος. non autem, οὐ καλεῖται κόσμος.

pentes [1]cogitationes hominum. Illa autem arbor, quæ eſt in Paradiſo, ex qua agnoſcitur bonũ, ipſe eſt Jeſus, & [2] ſcientia illius, quæ eſt in mundo; quam qui acceperit, diſcernit bonum à malo. Mundus autem nec ipſe eſt Dei, ſed [3] ex parte materię plaſmatus, & ideo omnia exterminantur. Quod autem furati ſunt Principes à primo homine, ipsũ eſt, quod adimplet lunam, quod quotidie purgatur à mundo: [4] & ſi exierit anima, quę non cognoverit veritatem, traditur Dęmonibus, ut eam doment in gehenna ignis, & poſtea quàm [5] correcta fuerit, transfunditur in alia corpora, ut dometur, & ita injicitur in illum magnum ignem uſq; ad conſummationem. De Prophetis autem, qui [6]apud vos sũt, hęc dicit, ſpiritus eſſe impietatis

πων ἐκείνων. τὸ δὲ ἐν Παραδείσῳ φυτὸν, ἐξ οὗ γνωρίζουσι τὸ καλὸν, αὐτό ἐστιν ὁ Ἰησοῦς[2] ἡ γνῶσις αὐτοῦ, ἡ ἐν τῷ κόσμῳ. ὁ δὲ λαμβάνων, διακρίνει τὸ καλὸν, καὶ τὸ πονηρόν. ὁ μέν τοι κόσμος, οὐδ' αὐτός ἐστι τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἢ ἀπὸ μέρους τῆς ὕλης ἐπλάσθη, καὶ διὰ τοῦτο πάντα ἀφανίζεται. ὃ δὲ ἐσύλησαν οἱ Ἄρχοντες ἀπὸ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου, αὐτό ἐστι τὸ γεμίζον τὴν σελήνην, τὸ καθαριζόμενον καθημερινὸν ἀπὸ τοῦ κόσμου, καὶ ἐὰν ἐξέλθῃ ἡ ψυχὴ, μὴ γνοῦσα τὴν ἀλήθειαν, παραδίδοται τοῖς δαίμοσιν, ὅπως δαμάσωσιν αὐτὴν ἐν ταῖς γεέννναις τοῦ πυρὸς, καὶ μετὰ τὴν παίδευσιν μεταγγίζεται εἰς σώματα, ἵνα δαμασθῇ, καὶ οὕτω βάλλεται εἰς τὸ μέγα πῦρ, ἄχρι τῆς συντελείας. Περὶ δὲ τῶν [6] παρ' ὑμῖν Προφητῶν, οὕτως λέγει. Πνεῦμα εἶναι ἀσεβείας, ἤτοι ἀνομίας τοῦ σκότους, τοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἀνελθόντος. καὶ διὰ τοῦτο [7] πλανηθέντες

ſive iniquitatis tenebrarum illarum, quæ ab initio [7] aſcenderunt, à quibus decepti, non ſunt locuti in veritate; excęcavit enim Princeps ille [8] mentes ipſorum; & ſi quis ſequitur verba ipſorum, morie-

1 Codex Bobienſis, *cogitationem*. Epiphanius habet, *Cogitationes hominum illorum. Arbor autem*. Sed melior videtur latini interpretis lectio.

2 Codex Bobienſis, *& ſcientia ejus*. Epiphanius, γνῶσις *cognitio*, vel etiam *ſcientia*. Hinc autem patet legendum eſſe apud eundem, καὶ ἡ γνῶσις αὐτοῦ, *ejuſque cognitio*.

3 Ita apud Epiphanium, & in Codice Bobienſi. At Caſinenſis, *ex materia*.

4 Codex Bobienſis, *& ſi exierit, animamque non cognoverit veritas, tradetur*. Sed codicis Caſinenſis lectionem firmat Epiphanius.

5 Codex Bobienſis, *correpta fuerit, transfundetur*. Caſinenſis, *correpta fuerit, transfunditur*. Nos tamen, *correcta fuerit*, edidimus ex Epiphanio.

6 Hinc patet apud Epiphanium, pro ὑμῖν non eſſe legendum ἡμῖν, ut Petavius in margine emendandum eſſe monuit; nam hæc Turbo videtur narraſſe antequam hæreſim depoſuiſſet. Vide pag. ſeq. num. 8.

7 Codex Bobienſis, *aſcenderunt, quibus deceptis*. Epiphanius, *Et ob id aberrantes*. Malè autem ibi expungendam eſſe negativam particulam cenſuit Petavius, eam enim antiquus latinus interpres retinet; qui tamen legiſſe videtur in græco textu οὐκ ἐλάλησαν ἐν ἀληθείᾳ.

8 Codex Bobienſis, *mentem illorum*. Ita & Epiphanius.

θέντες οὐκ ἐλάλησαν· ἐτύφλωσεν γὰρ αὐτῶν ὁ Ἄρχων τὴν διάνοιαν. καὶ εἴ τις ἀκολουθεῖ τοῖς λόγοις αὐτῶν, ἀποθνήσκει εἰς τοὺς αἰῶνας, δεδεμένος εἰς τὴν βῶλον, ὅτι οὐκ ἔμαθε τὴν γνῶσιν τοῦ Παρακλήτου. ἐνετείλατο δὲ τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ μόνοις, οὐ πλέον ἑπτὰ οὖσι τὸν ἀριθμὸν, ἐὰν παύσησθε ἐσθίοντες, εὔχεσθε, καὶ βάλλετε ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔλαιον ἐξωρκισμένον ὀνόμασι πολλοῖς, πρὸς στηριγμὸν τῆς πίστεως ταύτης. τὰ δὲ ὀνόματά μοι οὐκ ἐφανερώθη. μόνοι γὰρ οἱ ἑπτὰ τούτοις χρῶνται. καὶ πάλιν τὸ παρ' [8] ὑμῖν τίμιον καὶ μέγα ὄνομα Σαβαὼθ, αὐτὸ εἶναι τὴν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πατέρα τῆς ἐπιθυμίας, καὶ διὰ τοῦτο [10] ἁπλάριοι προσκυνοῦσι τὴν ἐπιθυμίαν, Θεὸν αὐτὴν ἡγούμενοι. Περὶ δὲ τοῦ Ἀδὰμ πῶς ἐκτίσθη, λέγει οὕτως. ὅτι ὁ εἰπὼν, δεῦτε, καὶ ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμε-

morietur in ſecula, [1] devinctus intra maſſam, quoniam non didicit ſcientiam Paracliti. Præcipit autem electis ſuis ſolis, [2] qui non ſunt ampliùs quàm ſeptem numero, ut cū [3] deſinerent manducantes, orarent, & mitterent oleum ſuper caput, [4] exorcidiatum, invocatis nominibus plurimis, ad confirmationē fidei [5] hujus; nomina tamen mihi non manifeſtavit, [6] ſoli enim illi ſeptem utuntur his nominibus. Et [7] iterum hoc, quod [8] apud vos magnum, & honorabile [9] eſt nomen Sabaoth, ille dicit naturam eſſe hominis, & patrem concupiſcentiæ; & propterea, inquit, [10] ſimpliciores adorant concupiſcentiam, Deum eam putantes. De Adam verò quomodo creatus ſit, [11] ita dicit, quia qui dicit; *Venite, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram,* [1] ſecun- *Gen.* 1.

1 Codex Bobienſis, *devictus*, quod eſt contra græci textûs ſenſum.

2 Idem codex, *Qui ſunt*. mala lectio.

3 Codex Bobienſis, *deſinerint*.

4 Oleum exorcidiatum ait, pro exorcizatum, contra quàm veteres interdum ſcribere ſolebant; hic enim ſyllaba *za*, in *dia*, convertitur, illi autem propoſitionem grȩcam διὰ, & *j* conſonans vocalibus adjunctum in z mutabant; ſic *Zabulus*, pro *Diabolus*, & ſimilia. Vide Barthium in notis ad Phœbadium cap. 1.

5 Codex Bobienſis, *ad confirmationem fidei. Hujus nomina*. Caſinenſis, *ad confirmationem fidei. Horum nomina*. Nos juxta fidem græci apud Epiphanium textus emendavimus, *ad confirmationem fidei hujus. Nomina tamen, &c.*

6 Codex Caſinenſis, *ſoli autem*.

7 Bobienſis codex, *iterum quod*.

8 Hinc patet apud Epiphanium legēdū non eſſe ἡμῖν, ut paulò ante monuimus.

9 Codex Bobienſis, *eſſet*.

10 Quid Manichæis ἁπλάριοι, vox ſignificaret, Eruditis explorandum reliquit Petavius. Verùm hoc nomine Catholicos, quaſi *ſimpliciores*, ut ātiquus latinus interpres tranſtulit ab eiſdem deſignatos fuiſſe ex anathematiſmis, quos olim apud Græcos publicè emittebant Manetis ſectæ, ad catholicam fidem venientes, probat Ducangius in Gloſſario mediæ, & infimæ Grȩcitatis. Malè autem in Cæſareæ Bibliothecæ ſcripto codice, ex quo eoſdem anathematiſmos à Clariſſimo Viro Jacobo Tollio humaniſſimè deſcriptos habeo, pro ἁπλαρίους, ſcribitur ἀπλαναρίους. Meliori tamē vocabulo eos ἀπλυστέρους vocat Manes in epiſtolâ ad Marcellum ſuperiùs relatâ.

11 Idem codex, *ita dicit. Venite*. Sed hæc mera eſt librarii hallucinatio. Cæterum doloſè corruptum fuiſſe à Manete hunc Geneſeos locum additione vocis, *Venite*, teſtis eſt Epiphanius num. 56.

[1] ſecundùm eam, quam videmus formam, Princeps eſt, qui hæc dicit ad collegas ſuos Principes, ideſt, venite, date mihi de lumine, quod accepimus, & faciamus ſecundùm [2] noſtram, qui Principes ſumus, formam, & ſecundùm eam, quam videmus, quod eſt primus homo, & ita hominem creaverunt. [3] Evam quoque ſimiliter fecerunt, dantes ei de concupiſcentiâ ſuâ ad decipiendum Adam; & per hæc factum eſt figmentum [4] mundi per conditionem Principis.

XI. [5] Deum verò non habere partem cum mũdo, nec gaudere ſuper eo, [6] quòd ab initio [7] furtum paſſus ſit à Principibus, & oborta fuerit ei tribulatio; hac de causâ mittit, & furatur ab eis animam ſuam quotidie per luminaria hæc, ideſt, per ſolem, & lunam, per quos univerſus mundus, & omnis creatura [8] raptatur. Illum verò, qui locutus eſt cum Moyſe, & Judæis, & Sacerdotibus, Principem dicit eſſe tenebrarum, & ideo unum atque idem ſunt Chriſtiani, & Judæi, & [9] Gentes, eundem Deum colentes; in concupiſcentiis enim ſuis ſeducit eos, quia non eſt Deus veritatis. Propter hoc ergo quicun-

ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ἣ καθ' ἣν εἴδομεν μορφὴν, Αρχων ἐστὶν, ὁ εἰπὼν τοῖς ἑτέροις Αρχουσιν, ὅτι δεῦτε, δότε μοι ἐκ τοῦ φωτὸς, οὗ ἐλάβομεν, καὶ ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατὰ τὴν ἡμῶν τῶν Αρχόντων μορφὴν, καθ' ἣν εἴδομεν, ὅ ἐστι πρῶτος ἄνθρωπος· καὶ οὕτως ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον. τὴν δὲ Ευαν ὁμοίως ἔκτισαν, δόντες αὐτῇ ἐκ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν, πρὸς τὸ ἐξαπατῆσαι τὸν Αδὰμ, καὶ διὰ τούτων γέγονεν ἡ πλάσις τοῦ κόσμου, ἐκ τῆς τοῦ Αρχοντος δημιουργίας.

Τὸν δὲ Θεὸν μὴ ἔχειν μέρος μετ' αὐτοῦ τοῦ κόσμου, μηδὲ χαίρειν ἐπ' αὐτῷ, διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς σεσυλῆσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν Αρχόντων, καὶ γενέσθαι αὐτῷ θλῖψιν. τούτου χάριν πέμπει, καὶ συλᾷ ἀπ' αὐτῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καθ' ἡμέραν διὰ τῶν φωστήρων τούτων, ἡλίου, καὶ σελήνης, ὑφ' ὧν ὅλος ὁ κόσμος καὶ πᾶσα ἡ κτίσις ἁρπάζεται. τὸν δὲ λαλήσαντα μετὰ Μωϋσέως, καὶ τῶν Ιουδαίων, καὶ τῶν ἱερέων, τὸν Αρχοντα λέγει εἶναι τοῦ σκότους. ὥστε ἕν εἰσι, καὶ τὸ αὐτὸ οἵ τε Χριστιανοὶ, καὶ οἱ Ιουδαῖοι, καὶ οἱ ἐθνικοὶ, τὸν αὐτὸν Θεὸν σέβοντες. ἐν γὰρ ταῖς ἐπι-

1 Idem codex, *& ſecundùm*.
2 Codex Bobienſis, *noſtram, qua*. lectio improbanda.
3 Codex Bobienſis, *Qui Evam*.
4 Malè Caſinenſis codex, *mundum*.
5 Codex Bobienſis, *Dominum, verò non habere patrem cum mundo*. Typographi forſitan error.
6 Codex Bobienſis, *propter quod*.
7 Malè codex Caſinenſis, *furcam*.
8 Codex Bobienſis, *rapatur*. Valeſius autem rectè correxit, *raptatur*.
9 Cod. Caſinenſis, *Gentes unum Deum*. Codex autem Bobienſis, *Gentiles eundem Deum*, quam lectionem, conſona cùm eſſet græco apud Epiphanium textui, nos retinuimus.

ἐπιθυμίαις αὐτοῦ ἐξαπατᾷ αὐτοὺς, οὐκ ὢν ἀληθείας Θεός. διὰ τοῦτο οὖν ὅσοι ἐπ' ἐκεῖνον ἐλπίζουσι τὸν Θεὸν, τὸν μετὰ Μωϋσέως λαλήσαντα, καὶ τῶν Προφητῶν, μετ' αὐτοῦ ἔχουσι δεθῆναι, ὅτι οὐκ ἤλπισαν ἐπὶ τὸν Θεὸν τῆς ἀληθείας· ἐκεῖνος γὰρ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν ἐλάλησε μετ' αὐτῶν. μετὰ δὲ πάντα ταῦτα ἐπὶ τέλει λέγει, καθὼς αὐτὸς ἔγραψεν, ὁ Πρεσβύτης, ὅταν προφανῇ αὐτοῦ τὴν εἰκόνα, τότε ὁ Ωμοφόρος ἀφίησιν ἔξω τὴν γῆν: καὶ οὕτως ἀπολύεται τὸ μέγα πῦρ, καὶ ὅλον ἀναλίσκει τὸν κόσμον. εἶτα πάλιν ἀφίησι τὴν βῶλον μετὰ τοῦ νέου αἰῶνος, ὅπως πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τῶν ἁμαρτωλῶν δεθῶσιν εἰς τὸν αἰῶνα. τότε δὲ ταῦτα γενήσεται, ὅταν ὁ ἀνδριὰς ἔλθῃ. αἱ δὲ προβολαὶ πᾶσαι

cunq; in illum Deum [1] ſperant, qui cum Moyſe locutus eſt, & Prophetis, cum ipſo habent vinculis tradi, quia non ſperaverūt in Deum veritatis; ille enim ſecundùm concupiſcentias ſuas locutus eſt cū eis. Poſt hęc verò omnia ad ultimum dicit, [2] ſicut ipſe ſcripſit, ſenior cùm manifeſtam fecerit ejus imaginem, tunc ipſe Omophorus extra ſe terram derelinquit, & ita dimittitur magnus ille ignis, qui mundum conſumat univerſum; deinde iterum [3] dimittunt animam, quę objicitur inter medium novi ſæculi, ut omnes animæ peccatorū [4] vinciantur in æternum. Tunc autem hæc fient, [5] cùm ſtatuta venerit dies. [6] Probationes autem omnes Jeſus eſt in modicâ navi,

1 Malè codex Bobienſis, *ſuperant*.

2 Caſinenſis, & Bobienſis codices habent, *Sicut ipſe ſenior ſcripſit. Cum manifeſtā*. At nos ex Epiphanio unius vocis trāſpoſitione locum reſtituimus. Senior autem ille, hoc eſt, πρεσβύτερος, idem eſſe videtur cum eo, quem infra Seniorem tertium vocat. Præterea codex Bobienſis, pro *fecerit*, habet *feceris*.

3 Codex Bobienſis, *dimittitur anima, quæ objicior inter medium novi ſeculi*. Græca ſonant, *Deinde iterum glebam novo cum æone mittit, ut omnes peccatorum animæ in æternum vinculis conſtrictæ teneantur*. Vnde autem tanta inter græcam, & latinam verſionem diverſitas oriatur, ignoro.

4 Codex Bobienſis, *vincantur*, quam lectionem mendoſā eſſe græcus apud Epiphanium textus evincit.

5 Codex Bobienſis, *cùm iſta tota venerit; probationes, &c.* Sed apud Epiphanium eſt, *cùm ſtatua venerit*.

6 Hic locus mirè in Bobienſi etiam codice eſt depravatus, in quo ſic legitur. *Probationes autem omnes, Jeſus eſt in modica navi, & Mater vitæ, & duodecim Gubernatores, & Virgo lucis, & Senior tertius. Unde & major in navi vivens Spiritus adbibetur, & murus ignis illius magni, & murus venti & aëris, & aquæ interioris ignis vivenſque. Omnia in luna habitabunt uſquequo totum mundum ignis abſumat, in quem autem annorum, numerum non didici.* Videtur autem antiquus interpres non benè intellexiſſe quibuſdam in locis vim gręci textûs, cujus verba apud Epiphanium ita latinè ſonant ex verſione noſtrâ. *Cunctæ verò propagationes, ſeu prolationes poteſtatum ex bono Deo, nempe, Jeſus, qui in minori navigio manet, & vitæ Mater, & Gubernatores duodecim, & Virgo lucis, & Senior tertius, qui in majore navigio reſidet, & vivens Spiritus & ingentis ignis murus, & murus venti, & aëris, & aquæ, & interioris ignis viventis; hæ inquam omnes propagationes, ſeu prolationes, apud exiguum luminare habitant, quouſque ignis univerſum mundum abſumat; id quod certo annorum ſpatio continget, quorum numerum neſcio.* Sed de his Manichæorum ineptiis commodior nobis agendi locus erit in Manichæorum hiſtoriâ.

BIBL... ROMA VITTORIO ...

navi, & Mater vitæ, & duodecim Gubernatores, & Virgo lucis, & Senior tertius. Unde [1] & majori in navi vivens ſpiritus adhibetur, & murus illius ignis magni, & murus venti, & aëris, [2] & aquæ, & interioris ignis vivi, quæ omnia in lunâ habitabunt, uſquequo totum mundum ignis abſumat: in quot autem annis, numerum non didici. Et poſt hæc reſtitutio erit duorum [3] luminarium, & Principes habitabunt in inferioribus [4] partibus ſuis: Pater autem in ſuperioribus, quæ ſua ſunt recipiens. Hæc eſt omnis doctrina, quam tradidit tribus diſcipulis ſuis, & juſſit eos in tres mundi [5] plagas proficiſci. [6] Adda partes ſortitus eſt Oriẽtis; Thomas verò Syrorum terras ſuſcepit; Hermas verò ad Ægyptum profectus eſt, & uſq; in hodiernum, ibi degũt, dogmatis hujus gratiâ prædicandi.

σαι, ὁ Ἰησοῦς, ὁ ἐν τῷ μικρῷ πλοίῳ, καὶ ἡ Μήτηρ τῆς ζωῆς, καὶ οἱ δώδεκα κυβερνῆται, καὶ ἡ παρθένος τοῦ φωτὸς, καὶ ὁ Πρεσβύτης ὁ τρίτος, ὁ ἐν τῷ μεγάλῳ πλοίῳ, καὶ τὸ ζῶν Πνεῦμα καὶ τὸ τεῖχος τοῦ μεγάλου πυρὸς, καὶ τὸ τεῖχος τοῦ ἀνέμου, καὶ τοῦ ἀέρος καὶ τοῦ ὕδατος, καὶ τοῦ ἔσωθεν πυρὸς τοῦ ζῶντος, πρὸς τὸν μικρὸν φωστῆρα οἰκοῦσιν, ἄχρις ἂν τὸ πῦρ καταναλώσῃ τὸν κόσμον ὅλον, ἐν ποσοῖς ποτὲ ἔτεσιν, ὧν οὐκ ἔμαθον τὴν ποσότητα. καὶ μετὰ ταῦτα ἀποκατάστασις ἔσται τῶν δύο φύσεων. καὶ οἱ Ἄρχοντες οἰκήσουσι τὰ κατώτερα μέρη ἑαυτῶν, ὁ δὲ Πατὴρ τὰ ἀνώτερα, τὸ ἴδιον ἀπολαβών. ταύτην δὲ πᾶσαν τὴν διδασκαλίαν παρέδωκε τοῖς τρισὶν αὐτοῦ μαθηταῖς, κελεύσας ἕκαστον εἰς [5] κλίματα ὁδεύειν· καὶ ὁ μὲν Ἀδδας τὰ τῆς Ἀνατολῆς μέρη ἔλαχεν, ὁ δὲ Θωμᾶς τὴν Σύρων γῆν κεκλήρωται, Ἑρμείας δὲ ἄλλος τὴν εἰς Αἴγυπτον πορείαν ἐποιήσατο. καὶ μέχρι σήμερον ἐκεῖσε διατρίβουσι, τὴν τοῦ δόγματος ὑπόθεσιν στῆσαι θέλοντες.

XII. [7] Hæc cùm Turbo dixiſſet, vehementer accendebatur Archelaus; Marcellus verò non movebatur, Deum expectans, [8] auxilium veritati ſuæ futurum: Archelao autem erat cura pro populo, tanquam paſtori pro ovibus, cùm luporum parantur inſidiæ.

1 Codex Caſinenſis, *majore navi*. Legendum autem, *majori in navi*. Græci enim textûs apud Epiphaniũ hic eſt sẽſus.

2 Codex Bobienſis, *& aquæ interioris ignis vivenſq;*. Caſinẽſis, *eaq; interioris vivi*. Nos ex græco textu latinum correximus.

3 Codex Caſinenſis, *luminariorum*. Græca ſonant, *duarum naturarum*.

4 Hic lacuna eſt in codice Bobienſi, in quo etiam *recipies*, perperam legitur.

5 Hinc patet rectè Petavium in græco hujus loci textu pro κλήματα, ut perperam legitur in Baſileenſi Epiphanii operum editione, ſubſtituiſſe κλίματα.

6 Codex Bobienſis, *ex quibus Adda*. Ceterum ex codice Bobienſi, & Epiphanio Caſinenſem ſupplevimus, in quo nulla Thomæ mentio.

7 Huc uſque Epiphanius.

8 Codex Bobienſis, *auxilio*.

ſidię. Igitur Marcellus Turbonem muneribus plurimis [1] replevit, & in Archelai [2] Epiſcopi domum reſidere præcepit. Eâdem autem ipsâ die adventavit Manes, adducens ſecum juvenes, & virgines electos [3] ad viginti duo ſimul; & primò omnium Turbonem [4] requirebat pro foribus Marcelli, quem cùm non inveniſſet, ad Marcellum ingreditur ſalutandum. Quo ille viſo, admiratus eſt primò habitus indumenta; habebat enim calciamenti genus, quod [5] quadriſole vulgò appellari ſolet; pallium autem varium, tanquam [6] aërinâ ſpecie; in manu verò validiſſimum baculum tenebat ex ligno [7] ebelino; Babilonium verò librum portabat ſub ſiniſtrâ alâ; [8] crura etiam braccis obtexerat colore diverſo, quarum una rufa, alia velut praſini coloris erat: [9] vultus verò ut ſenis Perſæ artificis, & bellorum ducis videbatur. Igitur Marcellus ſtatim ad Archelaum mittit, qui cùm verbo citiùs affuiſſet, invehi in eum animo urgebatur ex ipſo habitu, ac ſpecie ejus, [10] & maximè quidem, quòd & quæ Turbone referente cognoverat; ſecretiùs factũ apud ſemetipſum retractaverat, & diligenter pręparatus advenerat. At verò prudentiſſimus Marcellus omni contentionum ſtudio ſublato, utrumque audire [11] decernit, invitatis viris primariis civitatis; ex quibus judices elegit, religione gẽtiles, quatuor numero, quorum hæc ſunt nomina, Manippus [12] Grammaticæ artis, & diſciplinæ rhetoricæ peritiſſimus, Ægialeus archiater nobiliſſimus, & literis apprime eruditus, Claudius & Cleobolus duo fratres egregii [13] rhetores. Fit ergo magnificus conventus; ita ut domus Marcelli, quæ erat immenſa, repleretur ex his, qui ad audiendum fuerant [14] vocati: & cùm in conſpectu omnium conſtitiſſent ii, qui adversùm ſe dicere proponebant, tunc illi electi judices excelſiores omnibus conſederunt, atque Manæ dicendi initium datum eſt. Silentio igitur facto, [15] primùm aggreſſus eſt hoc modo.

XIII. [1] Ego

1 Codex Bobienſis, *donavit*.
2 Vox, *Epiſcopi*, deeſt in Bobienſi.
3 Codex Bobienſis, *ad duodecim*.
4 Codex Bobienſis, *requirit*.
5 Codex Bobienſis, *triſolium*. Perſas altis calceis uſos fuiſſe ait Strabo lib. 15.
6 Mirè corruptus eſt hic Bob. cod. legit enim, *aër inaſpici enim. Manus verò*.
7 Codex Bobienſis, *ebilino*. Baculũ ex ebeno geſtaſſe Prophetas, hoc eſt, ſacrarũ rerum interpretes ex Calliſthene probat Ducangius in Gloſſario verbo Εβένινος.
8 Hic lacuna eſt in codice Bobienſi.
9 Caſinenſis, *Vultus erat*.
10 Codex Bobienſis nõ habet, *quidem*.
11 Codex Caſinenſis malè, *cernit*.
12 Codex Bobienſis, *Grammaticus & diſciplinæ rhetoricę artis peritiſſimus, & Ægidius*. Horum autem Judicum primum, Gentilium Philoſophiæ profeſſorem, ſecundum Medicum, tertium Grammaticum, quartum Rhetorem facit Epiphanius num. 10.
13 Codex Caſinenſis, *Rectores*.
14 Codex Bobienſis, *convocati*.
15 Codex Caſinenſis, *plurima*.

XIII. [1] Ego, Viri fratres, Chriſti quidem ſum diſcipulus, Apoſtolus verò Jeſu; pro nimiâ autem humanitate Marcelli adeſſe feſtinavi, ut qualiter oporteat obſervare modum divinæ religionis eum edoceam: ne ſicut muta animalia, quę intellectu carent, nec quid agunt advertunt, ita etiam Marcellus, qui nunc ſe velut dedititium doctrinę Archelai ſubjugavit, ad ultimum damno animæ feriatur, cùm præparandæ divini cultus obſervantię ultrà non habuerit facultatem. Scio autem & certus ſum, quòd [2] emendato Marcello, etiam vos omnes ſalvi eſſe poteritis; ipſius enim judicio ſuſpenſa pendet urbs veſtra: quòd ſi ab unoquoque veſtrum abjiciatur vana pręſumptio, & ea quæ dicentur à me, veri amore audiantur, futuri ſeculi hæreditatem, cælorum regna capietis. Sum quidem ego Paraclitus, qui ab Jeſu mitti prędictus

Joan. 16. 8. ſum, *ad arguendum mundum de peccato, & de* [3] *injuſtitia*. Sicut

I. Cor. 13. 9. & qui ante me miſſus eſt Paulus, *ex parte ſcire, & ex parte prophetare* ſe dixit, mihi reſervans, quod perfectum eſt, ut hoc quod ex parte eſt, deſtruam. Tertium ergo teſtimonium accipite, Apoſtolum me eſſe Chriſti electum: & ſi vultis mea verba ſuſcipere, invenietis ſalutem; nolentes autem, vos æternus ignis abſumere

I. Timoth. 7. 30. habet. Sicut enim Hymenæus & Alexander *traditi ſunt Satanæ, ut diſcerent non blaſphemare*; ita & vos omnes pœnarum Principi trademini, pro eo quòd manus injeciſtis in patrem Chriſti, cùm eum dicitis cauſam eſſe omnium malorum, & conditorem injuſtitiæ, & totius iniquitatis creatorem, ex eodem fonte dulcem & amaram producentes aquam: quod fieri aut intelligi nullâ ratione poſſibile eſt. Cui enim oportet credi? magiſtris veſtris iſtis, qui carnibus veſcuntur, & affluentiſſimis deliciis perfruuntur, aut Salvatori Chriſto Jeſu dicenti, ſicut ſcriptum eſt in Evangeliorum

Mat. 7. 18. libro, *Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala*

Joan. 8. 44. *bonos fructus facere*? Et alio in loco, patrem Diaboli, mendacem, & homicidam ab initio eſſe confirmat. [4] Rurſum deſiderium fuiſſe tenebris, ut inſequerētur illud, quod de luce initio fuerat prolatum verbum

1 Huc uſque Valeſius edidit ex codice Bobienſi.

2 In codice Caſinenſi, *enim dato*.

3 Videtur hic locus à Manete, vel ab imperito librario corruptus; nam in ſacro textu, *juſtitia*, ſcribitur contrario ſenſu. Varia autem Sacræ Scripturæ loca doloſè interpolaſſe, atque corrupiſſe Manetem diſertè Archelaus aſſerit infra cap. 53. & ex Epiphanio colligitur in ejuſdem hęreſi num. 56.

4 Videtur reſpicere Manes ad illa Ioan. 1. 5. *Et tenebræ eum non comprehenderunt*.

verbum, & inimicum hominem zizaniorum ſeminatorem, & principem ſeculi mundi hujus Deum, qui hominum mentes excæcat, ut in Evangelio Chriſti deſerviant? Bonus eſt iſte Deus, qui ſuos *Mat.13.25. Eph. 6. 12.* homines ſalvari non vult? Et, ut ne multa alia revolvam, & ſpatium temporis obteram, veræ doctrinæ [1] differens tempus, hęc dixiſſe ſufficiat, & ad propoſitum redeam, ut competenter oſtendam iſtorum abſurdam eſſe doctrinam, nec quicquam Deo, & Patri Domini noſtri Salvatoris adſcribendum, ſed malorum noſtrorum cauſam accipere Satanam: in ipſum etenim rejiciendum, quòd omnia hujuſcemodi mala ab ipſo generentur. Sed & ea, quæ in Prophetis, & lege ſcripta ſunt, ipſi nihilominus adſcribenda sũt; ipſe eſt enim, qui in Prophetis tunc locutus eſt, plurimas eis de Deo ignorantias ſuggerens, & tentationes, & concupiſcentias. Sed & devoratorem eum ſanguinis, & carnis oſtendunt; quæ omnia ad eum pertinent Satanam, & ad prophetas ejus, quæ transformare voluit in patrem Chriſti, & ſcribere pauca quædam vera, ut per hæc etiam cætera, quæ ſunt falſa, crederentur. Unde bonum nobis eſt ex omnibus, quæ uſque ad Joannem ſcripta ſunt, nihil omnino ſuſcipere; à diebus verò ejus evangelizatum regnum cælorum ſolùm amplecti: ſemetipſos enim irriſerunt, ridicula & ludicra introducentes, exiguis quibuſdam verbis in lege adumbratis, ignorantes quia malis ſi admiſcerentur bona, malorum corruptione etiam, quæ bona ſunt, exterminantur. Et ſi quidem eſt quiſquam, qui poſſit oſtendere, legem recti tenentem eſſe, debet cuſtodiri; ſin autem malam oſtendero, interimenda eſt & abjicienda, quippe quæ [2] mortis miniſterium continet informatum, *II.Cor. 6. 7* quæ vultûs Moyſi gloriam, contegens, deſtruxit. Non eſt igitur ſine periculo cuiquam veſtrûm pariter cum lege, & Prophetis novum [3] teſtamentum, tanquam unius ſint utraque, docere, quippe cùm renovet de die in diem Salvatoris noſtri eruditio: illa verò veteraſcens & ſeneſcens prope exterminium fiat. Quod manifeſtum eſt his, qui diſcretionem habere poſſunt; quia ſicut arboris cùm ſenuerint rami, vel truncus fructum vltrà non affert, ſed ab-

1 In codice, Caſinenſi *differens* legitur.

2 Hic unus ex illis Sacræ Scripturæ locis eſſe videtur, quos Manes, Archelao teſte in cap. 53. hujus diſputationis, ad ſuam fulciendam hæreſim corrupit: nam diverſum ſenſum præ ſe ferunt Pauli verba, ad quæ reſpicit, tam in vulgatâ editione, quàm apud Archelaum noſtrum infrà cap. 43.

3 Ita codicis Caſinenſis lectionem correximus, in quo ſcriptum eſt, *novum teſtimonium, tum tanquam*.

abſcinduntur, & membra corporum, cùm corrupta fuerint, amputantur: corruptionis enim virus ex membris per omne corpus infunditur, & niſi artificis diligentiâ remedium morbus acceperit, corpus omne vitiatur; ita ergo & recipientes legem, niſi cognove-
Luc. 16. 16. ritis cujus ſit, animas cum ſalute perdetis. *Lex enim, & Prophetæ uſque ad Joannem Baptiſtam*, à Joanne verò lex veritatis, lex promiſſionum, lex cælorum, lex annuntiatur humano generi nova. Equidem donec non erat qui veriſſimam ſcientiam Domini noſtri Jeſu vobis oſtenderet, peccatum non habebatis: nunc autem & videtis, & auditis,[1] & in inſcitias ire vultis, ut legem, quæ deſtructa eſt & relicta,[2] ſicut Paulus, qui apud vos probatiſſimus
Gal. 12. 18. habetur, ait in quadam epiſtolâ ſuâ hoc modo, *Si enim quæ deſtruxi, hæc iterum reædifico, prævaricatorem me conſtituo*. Hoc autem dicit, gentiles eos judicans, propter quod ſub elementis mundi eſſent,
Ibid. 4. 3. priuſquam veniret plenitudo fidei, credentes in lege, & Prophetis.

XIV. Judices dixerunt, Si quid adhuc manifeſtiùs habes dic de doctrinæ tuæ modo, & fidei titulo. Manes dixit, Ego duas naturas eſſe dico, unam bonam, & alteram malam, & eam quidem, quæ bona eſt, in quibuſdam partibus habitare; malam verò eſſe tam mundum hunc, quàm omnia, quæ in eo ſunt, quæ quaſi erga-
I. Jo: 5. 19. ſtula in parte maligni poſita ſunt, ſicut ait Joannes, *Totus mundus in maligno eſt poſitus*. & non in Deo. Propterea duo loca eſſe diximus, unum bonum, & alium, qui extra eum eſt, ut in his ſpatium habens, poſſet in ſe ſuſcipere creaturam mundi. Si enim dicimus monarchiam unius naturæ, & omnia Deum replere, & nullum eſſe extra eum locum, quis erit creaturæ ſuſceptor? ubi gehenna ignis? ubi tenebræ exteriores? ubi fletus? In ipſo dicam? Abſit; alioquin etiam ipſe in his pariter cruciabitur. Non iſta ſentiatis quicunque ſalutis veſtræ curam geritis; exemplum enim vobis dicam, ut pleniùs intelligatis. Unum vas eſt mundus; quòd Dei ſubſtantia totum hoc vas replevit, quomodo jam poteſt in ipſo vaſe aliquid ampliùs reponi? Si repletum eſt, quomodo ſuſcipiet quod ponitur, niſi evacuetur de vaſe pars aliqua? Aut quò proficiet, quod evacuabitur, cùm locus non ſit? Ubi terra? ubi cælum? ubi abyſſus? ubi ſtellæ? ubi ſedes? ubi Poteſtates? ubi Principes? ubi tenebræ exteriores? quis eſt qui horum poſuit fun-

1 Locus corruptus: fortè, & *inſicias*.

2 Deeſt fortaſſe, *obſervetis*, vel quid ſimile.

ſundamenta, & ubi? Non poteſt aliquis dicere, niſi fortè blaſphemet. Quomodo autem, & condere potuit creaturas non ſubſiſtente materiâ? ſi enim de non extantibus,[1] conſequetur has viſibiles creaturas meliores eſſe, & omnibus virtutibus plenas. Quòd ſi malitia eſt, & mors in eis, & corruptio, & ſi quid bono contrarium eſt; quomodo ex aliâ naturâ factas eſſe eas dicimus? Si verò conſideretis quomodo generentur filii hominum, invenietis non eſſe Dominum hominis creatorem; ſed alium, qui & ipſe ingenitæ eſt naturæ, cujus conditor nullus, nec creator, nec factor eſt, ſed ſola malitia ſua talem eum protulit. Eſt igitur vobis hominibus commixtio cum uxoribus veſtris de hujuſcemodi occaſione deſcendens. Cum quis veſtrûm carnalibus aliiſque cibis fuerit ſatiatus, tunc ei concupiſcentiæ oboritur incitatio, & ita generandi filii fructus augetur, ut non ex virtute aliquâ, nec ex Philoſophiâ, nec ex alio ullo intellectu; ſed ex ſolâ ciborum ſatietate, & libidine, & fornicatione. Et quomodo mihi quiſquam dicet, quia ad imaginem Dei factus eſt pater noſter Adam, & ad ſimilitudinem, & ſimilis eſt ei, qui fecit eum? Quomodo omnes, qui ex eo generati ſumus, ſimiles ei ſumus? imò verò è contrario plurimę nobis ſunt formæ, diverſi vultûs ferentes effigiem? Quod quàm verum ſit demonſtrabo vobis in parabolis. Intuemini mihi aliquem volentem[2] theſaurum, aut aliquid aliud ſignare, & acceptâ cerâ, vel luto velle vultûs ſui ſignaculum, quod gerit, exprimere; quòd ſi alius quoque vultûs ſui figuram ſimiliter expreſſerit

1 In codice Caſinenſi eſt, *conſequentem*.

2 Antiquos anulis omnia ſignaſſe, quæ à domeſticorum, & ſervorum rapinis vindicare ſatagebant, arcas, armaria, amphoras, penum, aliaque furto ac rapinæ obnoxia, rès notiſſima eſt antiquitatis Romanæ & Græcę ſtudioſis, deque eâ poſt alios latè agit Kirchmañus de Anulis cap. 30. Anuli ad hoc facti, *ſignatorii*, & *ſigillatorii*, & à Vopiſco in Aureliano, *ſigillaritii* nuncupantur; quin & *ſignacula*, ut Archelai diſputationis interpres vertit, dici poſſe ſcitè tradit Salmaſius de ſubſignandis teſtamentis cap. 19. Cerâ autem in hanc rem uſos fuiſſe veteres latè probat Voſſius de Idololatria lib. 4. cap. 91. De cretâ, quam *lutum*, idem Archelai interpres vocat, teſtis eſt Servius in lib. 4. Æneidos ad illa verba; Longeva Sacerdos, ubi Sibillæ apud Cumas agenti, ab Erythræis epiſtolam miſſam fuiſſe refert, *cretâ antiquo more ſignatam*. Meminit Herodotus in Euterpe γῆς σημαντρίδος, *terræ ſignatricis*, & Cicero orat. 4. in Verré epiſtolæ *cretulâ* ſignatæ. Cujus autem generis eſſet hec terra ex eodem Cicerone liquet in Or. pro Flacco, ubi ſic ait. *Hæc quæ à nobis prolata laudatio obſignata erat cretâ illâ Aſiaticâ, quæ ferè eſt omnibus nota nobis, qua utuntur omnes non modò in publicis, ſed & in privatis literis*. Pinguis enim, lenta, & glutinoſa eſt creta illa. Denique de proprii vultus imagine in anulis interdum repreſentatâ locus eſt Plauti in Pſeudolo ſcen. 1. *Eâ causâ miles hic reliquit ſymbolum, Expreſſam in cerâ ex anulo ſuam imaginem*. Ceterum thæſauri ſigillo obſignati mentio eſt apud Theodoretum in orat. 5. de providentiâ haud procul ab initio, ubi de apibus.

ſerit, nunquid ſimile ſignaculum apparebit? Nequaquam; etiamſi vos nolitis, quod verum eſt, confiteri. Quòd ſi non ſumus ſimiles in ſignaculo, ſed eſt in nobis differentia; quomodo non probatur Principum nos, & materiæ eſſe facturam, [1] ſecundùm enim ipſorum formam, & ſimilitudinem, & imaginem etiam nos exiſtimus formæ diuerſæ. Quòd ſi eam, quæ ex initio facta commixtio eſt, & qualiter facta ſit, vultis ediſcere, edicam.

XV. Judices dixerunt, Non priùs quæritur quomodo facta ſit prima commixtio, niſi priùs detur ratio, duo eſſe principia naturalia. Cùm enim claruerit duo eſſe ingenita, tunc etiam reliqua fidem capient, etiam ſi pars aliqua non accommodaverit aſſenſum: judicandi enim nobis poteſtate permiſsâ dicemus, quòd noſtræ opinioni claruerit. Demus tamen, & Archelao dicendi facultatem ad hæc, ut quæ ab utroque dicta fuerint comparantes, pro veritate poſſimus ferre ſententiam. Archelaus dixit, Tametſi ingentis audaciæ, & blaſphemiæ plena eſt intentio adverſarii. Manes dixit, Audite Judices, [2] quid dixerit aduerſarii? Ergo duæ res ſunt. Archelaus dixit, Inſaniæ magis quàm prudentiæ videtur mihi plenus iſte, qui mihi hodie controverſiam movet, quia dixero Adverſarii; ſed ablata tibi eſt in modico ſermone objectio: [3] tametſi quidem ex hoc arbitratus es me affirmaturum duas eſſe naturas. Ingentem doctrinam ferens ades; neutrum enim eorum, quæ aſſeris, ſtat. Poteſt enim is qui non naturâ, ſed propoſito adverſarius eſt, amicus effectus, non eſſe adverſarius; & ita cùm alter è nobis alteri acquieverit, unum atque idem uterq; apparebit; quæ cauſa indicat creaturas rationabiles libero arbitrio eſſe permiſſas, unde & converſiones recipiunt, &[4] ideo ingenitæ naturæ eſſe non poſſunt. Quid ergo ais? duæ iſtæ naturæ inconvertibiles ſunt, an convertibiles, aut una eorum convertitur? At verò Manes remoratus eſt, non inveniendo reſponſum; intuebatur enim quòd ex utroque concluderetur retractans; quia ſi dicam converti eas, reſpondebit mihi illud, quod in Evangelio ſcriptum eſt de arboribus; quòd ſi negem eſſe convertibiles, permixtionis

ſtatum,

1 In codice Caſinenſi erat, *Sed Deum enim*, nullo ſenſu, nos ex ingenio, ut editum eſt, correximus.

2 Fortè, *quòd dixerit*, vel, *quia dixerit*.

3 Ita hunc locum reſtituimus; nam in codice legebatur, *tam ſi quidem ex hoc arbitratus eſt ſe affirmaturum*. Sed ſupra vocem *tam*, quædam lineola literæ *c*, ſimilis apparebat, quam particulæ *&*, compendium eſſe putavimus.

4 Fortè, *& ideo duæ ingenitæ naturæ eſſe non poſſunt*.

ſtatum, & cauſam neceſſariò [1] expetet. Interea aliquando reſpondit Manes, inconvertibiles quidem ſunt utræque, quantùm [2] ſpectat ad contraria, convertibiles verò, quòd ſpectat ad propria. Archelaus dixit, Vidêris mihi delirus eſſe, & obliviſcens propoſitionum tuarum; ſed ne eorum quidem, quę [3] didiciſti, verborum virtutes, vel qualitates agnoſcere. Neque enim converſio quid ſit agnoſcis, neque quid ſit ingenitum, aut quid dualitas, non quid præteritum, vel quid præſens, quidve futurum ſit, ſicut ex his, quæ à te nunc dicta ſunt, adverti. Inconvertibilem enim eſſe affirmaſti vtranque naturam, quantùm ad contraria [4] ſpectat; convertibilem verò, quantùm ad propria. Ego verò dico, quia qui in propriis vertitur, non excedit à ſe, ſed eſt in eiſdem, quibus ſemper eſt inconvertibilis; qui verò recipit convertibilitatem, hic extra propria effectus, devenit in aliena.

XVI. Judices dixerunt, Convertibilitas illum, cui accidit, transfert in alium, ut ſi dicamus, Judæus, ſi velit fieri Chriſtianus, aut ſi Chriſtianus velit eſſe Gentilis, hæc ſpecies eſt convertibilitatis, & cauſa. Neque verò ſi Gentilis, cùm in omnibus propriis ſuis maneat, ac Diis ſuis hoſtias offerat, templiſque ex more deſerviat, donec perſeverat in propriis, ac proficit, nunquid dici poteſt eſſe converſus? Quid igitur dicis? recipiunt convertibilitatem an non? Et immorante Mane, Archelaus ait, Si quidem convertibiles eſſe dicit utraſque naturas, quid eſt, quod impediat, utì ne unum atque idem eas eſſe opinemur? Si enim inconvertibiles ſunt, non eſt in his naturis, quæ ſimiliter inconvertibiles ſunt, & ſimiliter ingenitæ, ulla diſcretio, neque altera ex his bona agnoſcitur, aut mala. Quòd ſi convertibiles ſunt, ſcilicet provenire poteſt, & bonum effici malum, & malum bonum. Si enim hoc provenire poſſibile eſt, quare non unum dicamus ingenitum, quod intelligere magis dignum eſt juxta rationem veritatis? Intueri enim oportet, quomodo malus ille fuerit ab initio, aut in quos malitiam exercuerit ante mundi conſtitutionem. Cùm cælum nondum extitiſſet, & nondum terra ſubſiſteret, non homo, non animal, in quos exercebat malitiam? quem opprimebat injuſtè? quem ſpoliãs occidit? Quòd ſi ſuis eum dicas extitiſſe malum, ſine

1 In codice Caſinenſi erat, *expetit*.
2 In eodem codice tam in hoc cõmate, quàm in ſequenti, perperã legitur *expectat*.
3 Fortè, *dixiſti*.
4 Et hic malè legitur in codice Caſinenſi, *expectat*.

ſine dubio ergo oſtenditur illum bonæ eſſe naturæ. Si verò & illi omnes mali ſunt, quomodo poteſt Satanam, & Satanas ejicere? Sed concluſus [1] ſermone convertis, ut dicas, bonus vim paſſus eſt à malo. Sed nec hoc quidem eſt tibi ſine periculo dicere, ut lucem victam eſſe confirmes; quod enim vincitur, vicinum habet interitum. Quid enim ait ſermo diuinus? *Quis enim poteſt introire in domum fortis, & diripere vaſa ejus, niſi illo ſit fortior.* (Marc. 3. 27.) Quòd ſi hominibus eum malum extitiſſe dixeris, & ex eo malitiæ ſuæ indicia demonſtraſſe; ergo ante hoc bonus fuit, & convertibilitatem recipit ex eo, quòd [2] creati hominis cauſa invenitur extitiſſe malitiæ. Sed poſtremò dicat quòd eſt malum, ne fortè nomen ſolum defendat, aut adſtruat. Quòd ſi non nomen mali, ſed ſubſtantia; fructus nobis malitiæ & nequitiæ hujus exponat, quoniam non agnoſcitur unquam arboris natura ſine fructu.

XVII. Manes dixit, Conſtet apud te priùs, quia eſt radix alia malitiæ, quam non plantavit Deus, & tunc tibi dicam fructus ejus. Archelaus dixit, Non hoc veri expetit ratio; neque enim aſſentiar tibi radicem eſſe malæ arboris illius, de cujus fructibus nunquam ullus guſtaverit. Tanquam ſi velit aliquid quis emere; niſi priùs guſtando diſcat, utrùm arida ſit ſpecies, aut liquida, pecuniam non profert; ita neque ego tibi aſſentiar eſſe arborem malam & peſſimam, niſi priùs qualitas fructuum ejus fuerit manifeſtata; ſcriptum eſt enim, quia de fructibus arbor cognoſcitur. Dic ergo nobis, ò Manes, arbor, quæ dicitur mala, quem afferat fructum, aut cujus naturæ ſit, quam virtutem habeat, ut tibi credamus, etiam radicem arboris ipſius eſſe talem? Manes dixit, Radix quidem mala, arbor autem peſſima, incrementum verò non ex Deo, fructus autem fornicationes, adulteria, homicidia, avaritia, & omnes mali actus malæ illius radicis. Archelaus dixit, Ut tibi credamus, quia iſti ſunt fructus malæ illius radicis, guſtum nobis eorum profer; ſubſtantiam enim ingenitam eſſe pronunciaſti hujus arboris, cujus fructus ſecundùm ſui ſimilitudinem proferuntur. Manes dixit, Hæc ipſa injuſtitia, quæ in hominibus eſt, teſtimonium reddit, & avaritia de guſtu illius malæ radicis. Archelaus dixit, Ergo, ut dixiſti, fructus ſunt arboris hujus iniquitates iſtæ, quæ geruntur ab hominibus. Manes dixit, Ita planè.

1 Fortè, *ſermonem convertis.* 2 Fortè, *creatio hominis.*

planè. Archelaus dixit, Si fructus iſti ſunt, ideſt, actus hominum mali, ipſi ergo homines radicis locum, atque arboris obtinebunt; ipſos enim pronunciaſti fructus ferre hujuſcemodi. Manes dixit, Ita dico. Archelaus dixit, Malè dicis, ita dico; non enim ita dicis, alioquin cùm homines ceſſaverint peccare, arbor malitię infructuoſa apparebit. Manes dixit, Impoſſibile eſt quod dicis; ſi enim unus ceſſaverit, aut alius, aut plures; alii autem hoc agerent. Archelaus dixit, Si omnino poſſibile eſt unum, & alium, & plures, ſicut ais, non peccare, poſſibile eſt etiam hoc omnes agere; unius enim conditoris ſunt, & unius maſſæ homines omnes, & ne otiosè per ineptias ſequar, ea quæ inconditè protuliſti, certis præſcriptionibus excludam. Ais fructus malæ radicis, atque malæ arboris eſſe actus hominum, ideſt, fornicationes, adulteria, perjuria, homicidia, & reliqua his ſimilia? Manes dixit, Ita. Archelaus dixit, Ergo ſi humanum genus interire pervenerit à facię terræ, ita ut ultrà jam peccare non poſſint, periret arboris hujus ſubſtantia, fructum ultrà non afferens. Manes dixit, Et quando, quod dicis, fiet? Archelaus dixit, Quoniam quod futurum eſt neſcio, homo enim ſum; non tamen ſermonem iſtum indiſcuſſum relinquam. Quid dicis de humano genere, ingenitum eſt, aut factura? Manes dixit, Factura eſt. Archelaus dixit, Si factura eſt homo, quis eſt adulterii, & fornicationis, & reliquorum talium pater? cujus hic eſt fructus? Priuſquam fieret homo, quis erat qui fornicaretur, aut adulteraret, aut homicidia perpetraret? Manes dixit, Sed homo à malâ naturâ plaſmatus, manifeſtum eſt, quia ipſe ſit fructus, etiam ſi peccet, etiam ſi non peccet: unde ſemel abſolutè nomen hominum, & genus tale eſt, etiamſi juſta geſſerit, aut injuſta. Archelaus dixit, Sed & illius rei faciamus mentionem. Si ipſe, ut ais, hominem fecit malignus, quare malitiam exercet adverſus eum?

XVIII. Judices dixerunt, Hoc volumus ſcire à te, Manichęe, quomodo illum affirmaſti malum eſſe? Ex eo, quo homines facti ſunt, aut antea? Quia enim neceſſe eſt te malitię ejus opus oſtendere ex eo tempore, ex quo malum eum fuiſſe aſſeris, certus eſto, quia neque cognoſcitur vini qualitas, niſi priùs guſtaverit quis, ſicut & ex fructu omnis arbor dignoſcitur. Quid ergo dicis? ex quo tempore malus eſt hic? neceſſaria enim nobis videtur hæc

ratio

ratio. Manes dixit, Semper. Archelaus dixit, Oſtendam etiam hoc, optimi Viri, & prudentiſſimi Auditores, quoniam ſermo ejus omnino non conſtat; nam & ferrum non eſt ſemper malum, niſi ex quo homo eſt, & artificium ejus in malo converſum, utendo ex eo peruersè; & omne peccatum extitit ex quo homo eſt. Sed nec ille quidem ipſe magnus ſerpens, malus ante hominem fuit; ſed poſt hominem, in quo malitiæ ſuæ oſtendit fructum, quia ipſe voluit. Si ergo nobis poſt hominem apparet ſecundùm ſcripturas malitiæ pater; quomodo ingenitus erit, qui poſt hominem, qui factura eſt, malus effectus eſt? Sed ex hominis [1] tempore à ſe creati, cur malus oſtendatur? Quid in eo concupivit, ſi omne corpus ſuę facturę erat, quid zelatus eſt? Qui enim zelatur, aut concupiſcit, meliora, & aliena concupiſcit. Si ergo ex eo homo eſt, mala natura, demonſtratur quomodo ſuus fuit, ſicut frequenter oſtendi, homo. Si enim ſuus erat homo, malus erat etiam ipſe, tanquam talis arboris fructus; mala enim arbor, ſicut ais, malos fructus facit. Cùm omnes enim mali eſſent, quid deſideravit, aut unde initium malitiæ oſtendit, ſi ex tempore plaſmati hominis malitiæ ejus homo cauſa eſt? Lege autem ac precepto ſibi dato, homo poterat nequaquam obtemperare ſerpenti, & his quæ ab eo dicebantur, cui ſi non obtemperaſſet homo, qua ex causâ malus fuiſſet? Quòd ſi ingenitum eſt malum; & quomodo interdum homo fortior illo invenitur? Obtemperans enim mandato Dei frequenter vincet omnem malitiæ radicem; & ridiculum eſt, ſi iſte qui factura eſt, fortior inveniatur ingenito. Cujus autem eſt lex & mandatum, illud dico, quod homini datum eſt? Sine dubio confitebitur Dei eſſe. Et quomodo poteſt dari lex alieno, aut inimico quis poteſt dare pręceptum? Aut ille, qui accipit præceptum, quomodo poteſt adversùs Diabolum, ideſt, adversùs creatorem ſuum pugnare, tanquam ſi filius patri, cùm beneficiorum debitor ſit, irrogare velit injurias? Ita in hac parte in utilitatem hominis deſignas, ſi per legem & mandatum adversùs eum, qui plaſmaverit, dicat, atque eum vincere conetur. In tantum enim ſtoliditatis progreſſum eſſe ipſum Diabolum putabimus, quòd adversùm ſe hominem feciſſe non ſenſerit, nec animadverterit

quid

1 Primâ facie hic locus videbatur eſſe corruptus, ſed modicâ vocum tranſpoſitione clarè ſenſus ejus conſtabit, ut ſit, ſed ex tempore hominis à ſe creati, hoc eſt, quo hominem ipſe creavit, cur malus oſtendatur?

quid futurum eſſet, nec providerit quid ſequebatur; cùm etiam in nobis, qui factura ſumus, ſit aliqua vel parva ſcientia, ineſt & aliquid prudentię, & exiſtimationis nonnunquam certæ. Et quomodo ingenito ne exiguum quidem providentiæ fuiſſe credimus, neque exiſtimationis, aut intellectus; ſed brutiſſimus ſenſu, & obtuſiſſimi cordis, & naturæ pecoris invenitur, ſecundùm aſſertionem, videlicet, tuam. Quòd ſi ita eſt; quomodo homo, qui ingenio, atque ſcientiâ non parùm pollet, ab eo, qui ignarus omnium atque hebes ſenſu eſt, potuit accepiſſe ſubſtantiam? Quomodo hujuſcemodi auctoris opus eſſe hominem audebit aliquis confiteri? Quòd ſi homo anima eſt, & corpus, & non ſolum corpus ſine anima, quę ſine ſe ſubſiſtere non poſſunt; quare ea inimica ſibimet dices & contraria? Videtur enim mihi Dominus noſter Jeſus Chriſtus de his dixiſſe per parabolas, *Nemo poteſt vinum novum in utres veteres mittere, alioquin rumpentur utres, & vinum effundetur*. Sed vinum novum in utres novos mittendum eſt; quoniam quidem idem Dominus eſt utris, & vini; nam etſi diverſa ſubſtantia ſit, ſed dominatione, & obſervantiæ uſu ex his duabus una perſona ſubſiſtit. Non enim animam dicimus ſubſtantiæ unius eſſe cum corpore, ſed habere unumquodque qualitatem ſuam; & tanquam ad unum genus, atque unam ſpeciem hominum, uter, ac vinum comparatur, ita ab uno Deo hominem editum ratio expetit veritatis: gaudet enim anima corpore, & diligit, & colit illud, nihilominus etiam corpus gaudet ab animâ ſe vivificatum. Quòd ſi maligni opus dicat eſſe quis corpus, cùm ſit & corruptibile, ac vetuſtum, atque deterrimum, non poteſt ferre ſpiritûs virtutē, nec animæ commotionem, & ejus ſplendidiſſimam creaturam. Sicut enim ſi aſſumentum panni rudis aſſuat quis veſtimento veteri, major ſciſſura fit, ita etiam corpus, ſi præclariſſimo operi, animæ adſociatum fuerit, interiret. Similiter & ſi quis inferat lucernæ lumen in locum tenebroſum, fugantur continuò tenebræ, nec apparent; ita intelligendum eſt, animâ corpori inſertâ, continuò tenebras effugatas, & unam jam effectam eſſe naturam, atque unum hominem in unam ſpeciem conſtitutum, & ita conveniet conſonanter vinum novum eſſe miſſum in utres novos, & aſſumentum panni rudis aſſutum non eſſe veteri veſtimento. Sed ex hoc oſtendere poſſumus conſonantiam eſſe virtutum in utrâque, ideſt, corporis, atque animæ ſubſtantiâ, in qua

Matth. 9. 17.

Matth. ibid.

ait

I. Cor. 12. 18. ait ſcripturarum Doctor maximus Paulus, Deum in corpore, ſicut voluit, unumquodque membrum poſuiſſe.

XIX. Quòd ſi tibi id difficile videtur intellectu, nec acquieſcis his dictis, ſaltem exemplis tibi affirmabo. Intuere hominem *I. Cor. 3. 17. Et II. Cor. 6. 16.* templum eſſe quoddam, ſicut ſcriptum eſt, ſpiritus autem, qui in ipſo eſt, referat ejus formam, qui inhabitat templum; neque ergo templum conſtitui poteſt, non agnito priùs habitatore templi, neque inhabitator collocatur, ſi templum non ſit extructum. Cùm ergo utrunque unâ ac pariter dedicetur; quomodo in his inimicum aliquid aut contrarium inveniri poteſt, & non potiùs ab amicis, atque idem volentibus vtrunque videtur effectum? Et ut ſcias, quoniam & amicitiâ, & genere conjuncti ſunt, qui ſcit & audit, *Faciamus hominem*, & reliqua, reſpondit. [1] Hic enim, qui templum extruit, interrogat illum, qui informat ſimulacrum, menſuraſque etiam magnitudinis, ac latitudinis, vaſtitatiſque perquirit, ut ita fundamentorum ſpatia deſcribat; neque enim in vanum quis templum extruit, niſi menſuras collocandi didicerit ſimulacri. Similiter igitur perquiritur modus corporis, atque menſura, ut poſſit aptè in eo anima collocari ab artifice omnium Deo. Quòd ſi dicat quis inimicum eſſe eum, qui plaſmaverit corpus; [2] Deus, qui creator eſt animæ meæ, quomodo non, dum alteri invidet, alterius operi irrogavit infamiã, ut aut ille, qui templum extruit, anguſtum faciat, ita ut capere non poſſit, quod collocatur? aut ille qui ſimulacrum fecit, quomodo non grave aliquid pertulit, & ponderoſum, quo intromiſſo, templum continuò concideret? Secundùm hoc, quod novimus eſſe inimicorum ſtudia, contemplemur hæc, ſi non ita ſe habent; ſin autem oportet omnia iiſdem menſuris, eâdem æquitate diſponi, ſimilique gloriâ efferri; quid adhuc de hoc dubitamus? Addimus tantùm, ſi placet, etiam illud exemplum, ſimilis videtur eſſe homo navi, quæ inſtructa ab artifice, atque in mare deducta eſt, quamque navigare impoſſibile eſt ſine gubernaculis, quibus regi & flecti poſſit in quæcunque loca voluerit gubernator ejus. Et quia eodem artifice indigeat corpus gubernaculorum, quo & totius navis, nulli dubium eſt; ſine gubernaculis enim otioſum erit omne navis opus,

corpus

1 Fortè, *Sic enim qui templum extruit.* In codice enim erat, *extruis*. 2 In codice Caſinenſi, *Deum*.

corpus illud immenſum. Ita ergo animam corporis gubernacula dicimus, reguntur autem utraque arbitrii, atque animæ libertate, quo velut gubernatore utimur; [1] quæ cùm per conjunctionem unum effecta, conſonantiam officii ſui continent ad omne opus, quodcunque ex ſemetipſis efficiunt, uni auctori & conditori teſtimonium ferunt.

XX. His auditis, turbæ, quæ aderant, vehementer gaviſæ ſunt, itaut penè manus injicerent in Manem, quos vix Archelaus cohibens & reprimens, conquieſcere fecit. Judices dixerunt, Sufficienter oſtendit Archelaus hominis & corpus, & animam unius eſſe factoris, eo quòd conſonare in conjunctione non poſſit opus unius, ſi propoſitum artificis à ſe diſſentiret alterius. Quòd ſi dicatur unum explicare utrūque minimè valuiſſe, infirmitatem oſtendit artificis; quia & ſi dicat quis animam boni Dei eſſe, otioſum opus invenitur hominis, niſi etiam corpus acceperit. Quòd ſi rurſum corpus mali Dei dicatur eſſe figmentum, otioſum nihilominus erit, ſi animam non acceperit: quæ utique niſi commixtione, atque ſibi invicem fuerit inſerta cum corpore, homo nec erit, nec dicetur. Unde multis exemplis approbavit Archelaus, totius hominis unum atque eundem eſſe factorem. Archelaus dixit, Scire te non dubito, Manes, hoc, quòd generantis, aut creantis filius dicitur ille, qui [2] natus eſt, & creatus. Quòd ſi malignus hominem finxit, pater ejus eſſe debet ſecundùm naturam. Et cui ergo dicebat Dominus Jeſus, docens orare homines, *Sic dicite cùm oratis, Pater noſter, qui es in cælis*. Et iterum, [3] *Orate patrem veſtrum, qui eſt in occulto*. De Satana autem dixit vidiſſe ſe eum, *Sicut fulgur cadentem de cælo.* uti ne quiſquam audeat dicere, quòd ipſum nos docebat orare; neque enim deſcenderat Jeſus, ut homines conjungeret, & reconciliaret Satanæ, quin potiùs conterendum eum ſub pedibus fidelium ſuorum tradidit. Sed ego beatiores iſtos dicam eſſe Gentiles, qui multos quidem introducunt Deos unanimes tamen, atque amicos eos confitentur; hic verò duos introducens, inimicitias inter eos, diſcordemque ſententiam non erubeſcit aſtruere. [4] Quòd ſi ſimulatos ſub hujuſcemodi con-

Matth. 6. 9.
Luc. 11. 2.
Matth. 6. 9.
Luc. 10. 18.

1 In codice Caſinenſi eſt, *quæ cùm conjunctionem*.

2 In eodem codice legitur, *natus eſt creatus*.

3 Meliùs in Vulgatâ, *Ora Patrem tuum in abſcondito*.

4 In codice Caſinenſi, *Quòd ſimulatos*.

conditione [1] introducerent Deos, ludum jam gladiatorium inter eos erat videre, innumeras habentes naturas, diverſaſque ſententias.

XXI. Jam verò de interiore, atque exteriore homine quid me neceſſe eſt dicere, cùm Salvatoris voce dicatur ad eos, qui camelum glutiunt, & de foris hypocritæ ſunt, blandimentis atq;
Mat. 23. 26. adulatione circundati, ad quos Jeſus ait, *Væ vobis Scribæ, &
Luc. 11. 39. Phariſæi hypocritæ, quare, quod de foris eſt catini, & calicis lavatis; quod autem intus eſt, immunditiâ plenum eſt? Aut neſcitis, quia qui fecit, quod foris eſt, & quod de intus eſt, fecit*. Nunquid de catino, & de calice loquebatur? Nunquid vitriarius erat, qui hęc dicebat, aut figulus, ex luto fingens vaſa? Nonne de corpore, atque anima evi-
Luc. 11. 48. dentiſſimè loquebatur? Quoniã quidem Phariſæi aneti, & cimini decimas expectantes, quę erant graviora legis relinquebant, [2] & his quę extrinſecùs erant, adhibentes diligentiam, contẽnebant ea, quę
Luc. 20. 46. ad ſalutẽ animę pertinebant; expectabant etiã ſalutationes in foro,
Mat. 23. 6. & primos [3] diſcubitus in cœnis, quos ſciens Dominus Jeſus perdi-
Mar. 12. 28. tos eſſe, dicebat eis, quia his ſolis rebus, quæ de foris erant, adhiberent diligentiam, & ea quæ intrinſecùs erant contemnerent, velut aliena, ignorantes quoniam qui corpus fecerat, ipſe fecit & animam. Et quis ita lapideus eſt, & ſtolidus, ut non ad omnia ei iſte ſermo ſufficiat? Cui ſermoni conſonans Paulus ait, inter-
1. Cor. 9. 9. pretans ea, quæ in lege ſcripta ſunt, hoc modo: *Non infrænabis os bovi trituranti. Nunquid de bobus cura eſt Deo?* [4] *Aut propter nos utique dicit*? Sed quid immoramur ulteriùs; adjiciam tamen pauca de pluribus. Si duo ſunt ingenita, & his loca certa decernimus, dividitur Deus, ſi intra certum locum eſt, & non ubique diffunditur, & erit multò inferior loco, in quo eſt, ([5] majus enim quod continet ſemper eo, quem continet) & efficitur Deus ejus magnitudinis, cujus eſt locus, in quo continetur, ſicut homo, ſi ſit in domo. Deinde ratio requirit, quis eſt, qui inter eos diviſerit, aut quis eis certos terminos ſtatuerit, & invenitur jam uterque multò inferior virtutis humanæ. Lyſimachus enim & Alexander

totius

1 In Caſinenſi codice eſt, *introduceret*. Sed hic de Gentilibus loqui palàm eſt, quare legendum, *introducerent*.

2 In eodem codice, *ex his*.

3 Hic mirè depravatus eſt codex Caſinenſis, legit enim, *Primos diſcipulos ſubitos in cœnis, quod ſcientes Dominus*. Nos eum ex ſacro textu reſtituimus.

4 Meliùs vulgata, *An propter nos*.

5 In Caſinenſi, *Malus*, nullo ſenſu.

totius mundi imperium tenuerunt,omneſque nationes barbaras, atque omne genus hominum ſubjicere potuerunt, ita ut non eſſet alius Imperator per illud tempus præter ipſos ſub cælo. Et quomodo audebit quiſquam dicere, non ubique eſſe Deum, qui eſt lumen verum indeficiens, cujus eſt regnum ſanctum,& ſempiternum,[1] ceu nequiſſimi iſtius impietas, qui nec[2] æqualem quidem cum hominibus poteſtatem omnipotenti Deo tribuit.

XXII. Judices dixerunt, Lumen in totâ domo lucere ſcimus, & non in unâ aliquâ parte, ſicut & Jeſus dicit, quia *Nemo lucernam accendens ponit ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt*. Si ergo lumen eſt, neceſſe eſt illud (ſi tamen Jeſus creditur) mundo univerſo lucere, & non per partes; [3] à quo ſi univerſum obtinet mundum, ubi jam ingenitæ tenebræ, niſi fortè accidentes, intelligantur? Archelaus dixit, Quoniam quidem multò meliùs à vobis intelligitur ſermo Evangelicus, quàm ab iſto, qui ſe Paraclitum eſſe profitetur, quem ego magis Paraſitum,quàm Paraclitum dixerim, dicam ego quomodo acciderint tenebræ. Cùm lux eſſet ubique diffuſa, mundum cæpit Deus condere, initium à cælo, & terrâ ſumens, in quo ita ratio evenit, ut medietas, quæ eſt terræ locus umbrâ obtectus,[4] objectu videlicet earum, quæ factæ ſunt, creaturarum, inveniretur obſcurus, ita ut res expeteret introduci lucem huic ipſi in medietate poſito loco. Unde & in Geneſi Moyſes enarrans facturam mundi, nequaquam facit tenebrarum mentionem, aut quaſi factæ ſint, aut non factæ; ſed ipſe tacuit, his qui poſſint advertere, derelinquens rationem hujus intellectûs; quæ quidem nec ſatìs eſt ardua atque difficilis: cui enim non fiat manifeſtum, ſolem iſtum viſibilem, cùm ab oriente fuerit exortus, & tetenderit iter ſuum ad occidentem, cùm ſub terram ierit, & interior effectus fuerit eâ,quæ apud Græcos ſphæra vocatur,[5] quòd tunc objectu corporum obumbratus non appareat. Sed obtecto eo, obſtante terræ corpore, ſuperducitur umbra, quæ ex ſe efficit tenebras, uſquequo rurſum, inferioris ſpatii curſu per noctem tranſacto, ad orientem revolvat, atque in locis ſolitis obortus appareat. Eſt

Matt. 5. 16.

1 In codice Caſinenſi eſt, *eu*, quod legendum putavimus, *ceu*.

2 Ita depravatum locum ex ingenio reſtituimus; nam in codice Caſinenſi ſcribitur. *Nec quæ vellem quidem*.

3 Fortè, *Atqui*.

4 In Caſinenſi codice, *obtectu*.

5 In Caſinenſi eſt, *quòd nunc oblectu*.

Eſt ergo umbræ, atque noctis cauſa corporis terræ ſoliditas, quod etiam [1]ex ſuimet ipſius umbrâ homo intelligere poteſt. Ante cælum enim, & terram, atque omnes iſtas corporeas creaturas indeficiens lux manebat, cùm nullum corpus exiſteret, quod umbram ſui objectione generaret, & ideo nuſquam tenebras, nuſquam noctem fuiſſe profitendum eſt. Nam ſi, verbi gratiâ, placeat ei, cui poteſtas eſt omnium, plagã quæ ad occaſum eſt, auferre de medio; non agente ſole ad illam partem curſum, nuſquam fiet veſpera, aut tenebrę; ſed erit ſol ſemper in curſu, nec unquam occidet, & medium cæli axem penè ſemper tenebit, nec aliquando deſinet apparere, & per hoc erit univerſus orbis terrarum clariſſimo lumine radiatus, ex quo nec ulla ejus pars obumbrabitur, ſed manebit ubique unius luminis æqualitas. Occidentali autem plagâ ſtatum ſuum ſervante, & ſole curſum ſuum tribus mundi partibus miniſtrante, hi quidem, qui ſub ſole ſunt, clariùs videntur illuminari, ita ut penè dixerim, dormientibus adhuc iis, qui è diuersâ plagâ conſiſtunt, iſti priores diei exordium ſumant. Sicut autem ante eos, qui in parte occiduâ jacent, illis lumen exoritur, ita velociùs obſcuratur, & ſoli omnium, qui in orbis medietate conſiſtunt, æqualitatem ſemper ſentiunt lucis. Cùm enim medium ſol tenuerit cælum, nullus eſt locus, qui aut lucidior, aut obſcurior eſſe videatur; ſed omnes mundi partes [2] ex æquo & juſto, ſolis fulgore luminantur. Si ergo, ut ſuperiùs diximus, occiduæ plagæ pars auferatur è medio, ultrà jam non obſcurabitur pars, quæ ei adjacet. Et hæc quidem mihi ſimpliciùs dicta ſint, cùm poſſim & zodiacum circulum deſcribere; [3] ſed non intui nunc fieri ratus ſum, propter quod de his ſilebo, & ad illud caput recurram, quod objecit adverſarius, affirmans [4] omni niſu, tenebras eſſe ingenitas, quod & ipſum, quantùm valuimus, jam confutatum eſt.

XXIII. Judices dixerunt, Si conſideremus lucem fuiſſe ante conditionem creaturarum, & nihil fuiſſe objectum, quod ex ſe umbram generaret, neceſſe eſt lucem ubique fuiſſe diffuſam, & omnia loca fulgore lucis illuminata, ſicut oſtenſum eſt ex his, quæ à te

nuper

1 Ita emendavimus ſcriptum codicem, qui habebat, *Exuet ipſius umbra.*

2 In codice Caſinenſi legitur, *ex equo.* & mox *fulgure.*

3 Locus manifeſtè corruptus, cujus mihi emendatio non occurrit.

4 In Caſinéſi erat, *Omni niſi.* ſed legendum, *Omni niſu*, hoc eſt, omni conatu; formula dicendi huic interpreti uſitata. Vide cap. 40. & præſertim cap. 47.

nuper dicta ſunt, in quibus veram eſſe rationem videntes, damus palmam allegationibus Archelai. Si enim diviſionem accipiat univerſus mundus, veluti muro quodam per medium inſtructo, & ex unâ parte habitent tenebræ, ex aliâ verò lux, intelligitur nihilominus, quia ex eo, quòd inſtructum eſt ædificium, umbrâ generatâ, acciderint tenebræ, & rurſum nobis quærendum eſt, quis ædificaverit murum in medio duorum, ſi tamen ædificatum fateris, ò Manichæe. Si verò illa ratio conſideretur, quaſi murus non ſit inſtructus, rurſus ſine aliquâ exceptione unus eſſe univerſus intelligitur locus, ac ſub unâ poteſtate poſitus; unde ex omni parte tenebræ ingenitam naturam habere non poſſunt. Archelaus dixit, Dicat mihi etiam hoc ad ea, quæ propoſita ſunt. Deo in regno ſuo poſito, & maligno ſimiliter in ſuo regno, quis inter medium ipſorum conſtruxerit murum? Non enim poteſt dividere quid duas ſubſtantias, niſi quod ſit [1] utriuſque majus, ſicut dicit in Geneſis libro, quia *diviſit Deus inter lucem, & tenebras*. Geneſ. 1. Talem eſſe aliquem neceſſe eſt & muri iſtius inſtructorem, murus enim terminos uniuſcujuſque demonſtrat, ſicut inter eos, qui rura incolunt, lapis ſolet portionem uniuſcujuſque dividere; quæ tamen res magis intellectum dat, quando hujuſcemodi diviſio fraternæ potiùs hæreditatis ſit ratio. Verùm nunc non eſt mihi de his dicendum, quanquam neceſſarium videatur; nam illud eſt, quod petimus, quis eſt, qui extruxerit murum ad deſignandum uniuſcujuſque terminum regni? Non dixerat; nolo moretur hìc perfidus, ſed jam confiteatur dualitatis ſuæ in unum refuſam eſſe ſubſtantiam. Dicat quenquam, qui medium extruxerit murum? Quid agebat alter, altero inſtruente? Dormiebat, aut ignorabat, aut reſiſtere non valuit, aut pretio conceſſit? Dic quid faciebat, vel quis eſt omnino, qui extruxit? Vos deprecor, Judices, quos Deus pleniſſimè repletos intellectu miſit nobis, judicate, quis ex duobus extruxerit, & quid agebat unus, cùm alter extruxerat.

XXIV. Judices dixerunt, Dic nobis, ò Manes, quis deſignaverit fines utriuſque regni, quis murum fecerit medium? Pro magno enim Archelaus interrogationem haberi hujus ſermonis expoſcit. Manes dixit, Bonus Deus, & nihil habens commune cum malo, firmamentum poſuit in medio, quò alienum à ſe eſſe

pate-

1 In codice Caſinenſi, *utrunque majus*.

[1] patefaceret malignum. Archelaus dixit, Uſquequo dignitate nominis mentiris? Deum etenim ſolummodo nomine appellàs, & deitatem ipſius humanis infirmitatibus comparas. Aliquando ex non extantibus, aliquando ex ſubjectâ materiâ, quæ quidem ante ſe fuerit, aſſeris extruxiſſe, ut homines ſolent extructores. Interdum etiam eum timidum, interdum & convertibilem dicis; Dei eſt enim agere, quæ Dei ſunt, hominis verò, quæ humana ſunt. Si ergo Deus, ut ais, murum conſtruxit, timidum ſe hic, & nihil fortitudinis ſe habere deſignat. Scimus enim ſemper eos, qui ſuſpicantur ab extraneis ſibi dolos intendi, atque hoſtium verentur inſidias, ipſi ſolent urbes ſuas muris circundare; in quo & ignorantiam habent pariter, atque imbecillitatem ſui oſtendunt. Sed ne illud quidem à nobis reticendum eſt, quin potiùs in medium proferendum, vt & multâ aſſertionum copiâ, machinationum adverſarii diverſitas deſtruatur, auxilium nobis ferente veritate. Concedimus ſtructuram factam eſſe muri, quæ ad diſcretionem eſſet uniuſcujuſque regni: impoſſibile enim eſt ſine hoc uno habere unumquenque proprium regnum; eodem verò modo impoſſibile eſt, & malignum egreſſum propriis finibus boni partes invadere, muri interdictione conſtante, niſi fortè priùs dejiciatur, ſicut audivimus ab hoſtibus fieri, atque etiam oculis noſtris [2] nuper conſpeximus. Cùm Rex aliquis oppugnat turrim valido muro circundatam, adhibet primò balliſtas, & jacula, ſecuribus deinde portas excidere, atque arietibus muros conatur evertere; & cùm obtinuerit, tum demum ingreſſus, quæ libuerit, agit, ſive captivos placet cives adducere, ſive cuncta ſubvertere, aut etiam, ſi placuerit, rogatus indulget. Quid ergo dicit iſte? Non ſubſtantiâ, ideſt, propoſito adverſarius quis dejecit, quod interjectum fuerat munimentum: in præcedentibus enim profeſſus eſt, quia ſupervenerint tenebræ ex propriis finibus in regnum Dei boni. Quis priùs dejecit munitionem? Impoſſibile enim erat ingredi malum, munitione conſtante. Quid taces? Quid moraris tu, Manichæe? Etiamſi tu differas, aggrediar

meâ

1 In codice Caſinenſi, *partum faceret.*

2 Nota Archelai ætatem, & habitæ diſputationis tempus; loqui autem hic videtur Archelaus de Carrhis à Perſis ſub Valeriano Auguſto expugnatis, vel de eiſdem iterum ab Odenatho Orientis Rege Gallieni Imperatoris temporibus in Romani Imperii ditionem redactis. Vide Trebellium Pollionem in Gallieno cap. 10. & 12.

meâ ſponte. Si enim dixeris, quia Deus deſtruxerit, requiram quid eum moverit ad deſtruendum hoc, quod priùs propter importunitatem maligni, & ſeparationem ipſe extruxerat? Quid iratus, aut quid damni perpeſſus, adversùm ſe ipſe pugnare contendit? Aut nunquid de maligni facultatibus aliquid concupivit? Quòd ſi horum nihil in causâ eſt Deo deſtruendi ea, quæ jamdudum ad alienandum à ſe, & ſeparandum malum ipſe conſtruxerat, illud nec mirum putandum eſt, [1] quòd ejus conſortio fuerit delectatus; munitio enim, quæ miſſa fuerat propter hoc, ne ejus moleſtiam pateretur, idcirco deſtructa videbitur, quoniam non jam moleſtus, ſed amicus fore putabitur. Quòd ſi à maligno murum dicas eſſe deſtructum; quomodo poſſunt boni Dei opera à maligno ſuperari? alioquin fortior Deo invenietur maligna natura. Quomodo & ipſe, cùm ſit omnino totus tenebræ, luci ſupervenit, & comprehendit, Evangeliſtâ teſtimonium ferente, quia *Lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt*? Quomodo cæcus armatur? Quomodo tenebræ adversùs lucis regnum dimicant? Sicut enim hæc [2] illæſis oculis ſolis radios in ſe recipere non poſſunt; ita & hic ferre non valet regni lucis intuitum, ſed manet ſemper extraneus, & alienus. *Joan. 1. 5.*

XXV. Manes dixit, Non omnes capiunt verbum Dei, ſed quibus datum eſt ſcire myſteria regni cælorum. [3] Et jam quidem ſcio qui ſint noſtri; *Meæ* enim, inquit, *oves vocem meam audiunt*. Propter noſtros ergo, quibus datus eſt veritatis intellectus, per ſimilitudines dicam. Similis eſt malignus leoni, qui irripere vult gregi boni paſtoris, quod cùm paſtor viderit, fodit foveam ingentem, & de grege tulit unum hædum, & jactavit in foveam, quem leo invadere deſiderans, cum ingenti indignatione voluit eum abſorbere, & accurrens ad foveam, decidit in eam, aſcendendi inde ſurſum non habens vires; quem paſtor apprehenſum pro prudentiâ ſuâ in caveâ concludit, atque hædum, qui cum ipſo fuerit in foveâ, incolumem conſervavit. Ex hoc ergo infirmatus eſt malignus, ultrà jam leone non habente poteſtatem faciendi aliquid, & ſalvabitur omne animarum genus, ac reſtitue- *Mat. 19. 11.* *Joan. 10. 27.*

1 In codice Caſinenſi, *putandum eſt conſortio*. Sed, *ſi ejus conſortio*, vel, *Quòd ejus conſortio*, videtur legendum.
2 In eodē cod. *illius oculis*, nullo ſenſu.
3 In Caſinenſi codice ſcribitur, *etiam quidem*. Sed legendum videtur, *& jam quidem*. ſæpe enim in hoc codice junguntur verba, quæ disjungi debent.

tuetur, quod perierat, proprio ſuo gregi. ARCHELAUS DIXIT, Si leonem maligno comparas, Deum verò paſtori; oves atque hædum, dic, cuinam comparabimus? MANES DIXIT, Oves & hædus unius mihi videntur eſſe naturæ; in ſimilitudinem autem ponuntur animarum. ARCHELAUS DIXIT, Animam ergo perditum dedit Deus, objiciens eam leoni in foveâ. MANES DIXIT, Nequaquam, abſit hoc; ſed apprehenſus eſt hoc ingenio, in futurum verò ſalvabit eam. ARCHELAUS DIXIT, Ridiculum jam iſtud eſt, Viri auditores, ſi agnum, quem retinebat in finibus, paſtor extimeſcens leonis ingreſſum, projecit eum devorandum, & dicitur quia in futurum ſalvabit eum. Quomodo non, totum hoc ridiculo plenum eſt? Nam & in hoc etiam judicium adimitur. [1] Deus enim Satanæ animam tradidit, in perditionem ab eo aſſumendam. Quando enim paſtor, [2] nonne David de ore leonis, vel urſi eruit ovem? Hoc dicimus propter ore leonis; quòd ait, de ore leonis, aut de ventre ejus poteſt educere, quod iam ille devoravit. Sed dices mihi, Deus eſt, & omnia poteſt. Audi ergo ad hæc, cur igitur quòd poſſit, non illud potiùs aſſeris, quòd poterit propriâ virtute vincere leonem, [3] ſive purâ Dei potentiâ, & nunquam machinis quibuſdam, & foveæ hædo, ſive agno tradito? Dic mihi etiam illud, ſi paſtori ſuperveniat leo, non habenti oves, quid fiet? Ingenitus enim eſt, qui dicitur paſtor, ingenitus quoque etiam leo. Cùm ergo nondum eſſet homo, priuſquam paſtor haberet gregem, ſi ſuperveniſſet leo, quid fiebat, quia non erat leonis eſca priuſquam hædus eſſet? MANES DIXIT, Leo quidem nihil manducabat, exercebat tamen malitiam ſuam per quæcunque poterat invenire, diſcurrens per vertices montium; quòd ſi aliquando ei etiam eſca erat neceſſaria, capiebat ex beſtijs, quæ erant ſub regno ſuo. ARCHELAUS DIXIT, Ergo unius ſunt ſubſtantiæ beſtiæ, quæ ſunt in regno maligni, & hædi, qui ſunt in regno boni Dei. MANES DIXIT, Abſit; nequaquam; nihil commune eſt; neque ipſis ad invicem, neque his, quæ ſua ſunt. ARCHELAUS DIXIT, Unus atque idem eſt uſus in eſcâ leonis. Si enim ex propriis ali-

quando

1 Loquitur hic Archelaus, ex Manetis ſententiâ, qui cùm paſtorem prævidentem, ac prænoſcentem inevitabili leonis devorationi expoſuiſſe hædum diceret, neceſſariò conſequebatur paſtorem ipſum cauſam eſſe perditionis hædi, eique illius necem jure adſcribi.

2 Hic aliquid deeſſe videtur. Fortè *Quãdo enim paſtor hoc fecit? Nõne David, etc.*

3 Ita corrigi debere videtur lectio codicis Caſinenſis, qui habet, *ſi & pura*. niſi malueris, *ſi eſt pura*.

quando beſtiis capiebat cibum, aliquando & de his boni Dei, nulla eſt in his differentia, quantùm ad eſcas pertinet, & ex hoc apparet unius eas eſſe ſubſtantię. [1] Sed aliud alio longè differre ignorantiam paſtori adſcribimus, quia non aptam eſcam, quin potiùs alienam obtulit, vel projecit leoni. Aut fortè rurſus diſſimulare volens, dices mihi, quia nihil leo ille comedebat. Illum ne igitur, qui comedere neſciebat, ipſe ad comedendum animam provocavit, nec ſolâ foveâ ad decipiendum eum uti voluit, ſi tamen hoc dignum eſt facere Deum, & dolos exquirere? Et ſicut Rex aliquis, bello ſibi illato, nequaquam propriâ virtute confiſus, ſed imbecillitatis ſuæ timore perterritus, muris ipſe urbis incluſus, vallum aliaque munimenta circundat, ac præparat, manui, ac viribus nihil fidens; ſi verò vir fortis ſit, etiam porro à ſuis finibus in occurſum hoſti procedit, & agit omnia, uſquequo vincat, & obtineat adverſarium.

XXVI. Judices dixerunt, Si ais paſtorem hædum, ſive agnum leoni projeciſſe, cùm ille irrueret adversùm ingenitum, actum eſt. Quem enim poteſt judicare paſtor hædorum, atque agnorum, cùm ipſe inveniatur eis in delicto, ſi causâ traditus etiam agnus per infirmitatem paſtoris reſiſtere non valuit leoni, & conſequens eſt, ut quodcunque fuerit leoni libitum, gerat; tanquam ſi Dominus unum è ſervis ſuis ejectum, vel per metum tradat adverſario ſuo, quem rurſus recipere ſuis viribus non valeat? Si verò caſu aliquo provenerit eum recipi, qua tandem ratione tormenta ei poterit irrogare, ſi ad omnia, quæ ei imperabat inimicus, parebat, cùm [2] eum ipſum tradiderit inimico, ſicut leoni hædum? prænoſcentem enim aſſeris eſſe paſtorem. Verberatus enim agnus, & interroganti ſe paſtori, cur in his leoni paruerit, reſpondet; tu me leoni tradidiſti, nec reſtitiſti aduersùs eum, ſciens, & prævidens quæ mihi gerenda forent, cùm ejus me neceſſe eſſet obtemperare præceptis. Et ne multa dicamus, neque Deus perfectus paſtor oſtenditur, neque leo alienos cibos percepiſſe demonſtratur, & ideo ipsâ veritate edocente claruit, his quæ ab Archelao dicta ſunt, palmam nos debere conferre. Archelaus dixit, Quoniam quidem de omnibus, de quibus diſceptavimus, prudentiâ Judicum pleniſſi-

1 Locus iſte videtur mendoſus, nec quid ſibi velit Archelaus clarè intelligitur, niſi legamus, *Sed alium ab alio longè differre ſi dicamus, ignorantiam paſtori adſcribimus.*

2 Fortè legendum, *eum ipſe.*

niſſimum terminum poſuit, tacendum eſt de reliquis, & in tempus aliud reſervandum. Sicut enim [1] ſi quis ſerpentis conterat caput, in nullum jam reliqua corporis ejus membra deputanda ſunt; ita dualitatis quæſtione rejectâ, ſicut pro viribus oſtendimus, reliqua, quæ per hanc aſſerebantur, cum ipsâ pariter exploſa ſunt. Sed in ipſum, qui adeſt, aſſertorem horum paucis dicam, ut omnibus innoteſcat quis, & unde, & qualis eſt; dixerat enim ſe eſſe Paraclitum illum, quem Jeſus proficiſcens, humano generi miſſurum ſe eſſe promiſerat ad ſalutem fidelium animarum; & non longè [2] poſſit ei Paulus vas electionis, & vocatus Apoſtolus, unde & prædicans veram doctrinam [3] ajebat, [4] *Aut documentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus*. Et quidem quod dico tali exemplo, [5] ſed clarius. Homo quidam concluſit in theſauro frumenti plurimùm, ita ut refertus eſſet locus, quem locum [6] clauſum atque ſignatum ſufficientibus ſignaculis, cuſtodiri præcepit; ipſe Dominus verò [7] ceſſit; alius autem quidam poſt multum temporis advenit ad theſaurum, dicens ſe ab eo, qui ſignaculis locum concluſerat, miſſum ad hoc, ut etiam ipſe in eundem theſaurum triticum congregaret. Quem cùm vidiſſent cuſtodes, poſcebant ab eo [8] ſignaculi fidem, quo poſſint ei, videlicet, aperire theſaurum, & parare ei, tanquam ab illo, qui ſignaverat, miſſo; [9] qui cùm nec claves oſtenderet

II. Cor. 13. 3.

1 In cod. Caſinenſi deficit, *ſi*, & paulò poſt, *queſtione relectâ*, habet. Sed neceſſaria viſa eſt utrobique correctio noſtra.

2 Vel hic nonnulla deſunt, vel fortaſſe legendum, *ut non longè poſt ſit ei Paulus*, nempe, ut ipſo parùm inferior ſit Paulus Apoſtolus, quem à Deo ante ſe ad humani generis ſalutem miſſum fuiſſe ait ſuprà Manes, ita tamen ut ſibi, quod perfectum erat, reſervatum fuerit. Vide ſuprà cap. 13.

3 In codice Caſinenſi eſt; *agebat*, librarii, ut arbitror, errore; ſic infrà capite 29. *Jeſus ad diſcipulos agebat*.

4 Vulgata legit, *An experimentum*; in græco tamen textu eſt, ἐπεὶ.

5 Fortè *ſit*, vel *ſit*, aut etiam, *eſt*.

6 Suprà theſauri ſolo ſigillo obſignati mentionem facit Archelaus: at hic ſigillo claves adjungit, quo pacto chariora quæque ab antiquis cuſtodiri conſueviſſe, teſtis eſt Ariſtophanes in comœdia, cui titulus, Θεσμοφοριάζουσαι pag. 787. apud quem mulier quædam conqueritur gynecçorum fores ſigillis, & peſſulis à maritis obfirmari, quem morem irridet Menander apud Stobæum.

7 Fortè *receſſit*, vel *diſceſſit*.

8 Anulis pro teſſerâ, ſeu ſigno in repetendo depoſito, & majore nuntiis fide conciliandâ veteres uſos fuiſſe, ex Plauto, & Apulejo diſcimus, quorum primus in Bacchide act. 2. ſcena 3. verſ. 93. ita inquit Chry. *Anulum grati tui Facito, ut memineris ferre*. Nic. *Quid opus eſt anulo?* Chry. *Quia id ſignum eſt Theotimo, qui cùm illi afferet, ei aurum ut reddatur*. Alter verò in lib. 10. de Aſino aureo hoc iratæ cujuſdam mulieris facinus refert. *Anulo mariti ſurrepto, rus profecta, mittit quendam ſervulum, ſibi quidem fidelem, ſed de ipsâ fide peſſimè merentem, qui puella nuntiaret, quòd eam juvenis profectus ad villulam vocaret ad ſe; addito, ut ſola, & ſine ullo comite quàm maturiſſimè perveniret. Et ne qua fortè naſceretur veniendi contatio, tradit anulum marito ſubtractum, qui monſtrans, fidem verbis adſtipularetur. At illa mandato fratris obſequens (hoc enim nomen ſola ſciebat) reſpectu etiam ſigno ejus, quod offerebatur, gnaviter, ut præceptum fuerat, incomitata feſtinat, &c.*

9 In Caſinenſi *Quicumque*. Sed ſenſus poſtulare videtur, ut *qui cùm nec* legatur.

deret, neque ſignaculorum fidem deferret, (neque enim habebat jus) à cuſtodibus ejectus eſt, & fugatus; fur enim potiùs, & latro ab eis eſſe deprehenditur, convictus, & [1] confugatus etiam ex hoc,quòd poſt multum tempus, quàm promiſſum fuerat, adeſſe deſideret, neque claves, neque ſignacula, neque ullum omnino cuſtodibus indicium deferens, non quantitatem frumenti reconditi ſciens; quæ omnia manifeſta indicia ſunt, nequaquam eum ab illo eſſe tranſmiſſum, [2]& ideo,ut conſequenter erat,à cuſtodibus reſervatus eſt.

XXVII. Aliud etiam, ſi videtur, dicimus exemplum. Homo quidam paterfamilias dives plurimùm, ad tempus peregrè abfuturus,filiis ſuis pollicitus eſt, miſſurum ſe eſſe aliquem, qui pro ſe diſtribueret eis ex æquo ſubſtantiam. Et quidem non multò poſt miſit tutum virum quendam,juſtum,& verum, qui cùm veniſſet, ſuſceptâ universâ ſubſtantiâ, primò omnium inſtruere eam ac regere ſtuduit, laborans plurimùm in itineribus, [3] ſedens ipſe per ſe ſuis manibus opus faciens,& miniſtrans;[4]deinde moriturus teſtamentum ſcribit, propinquis ſuis & proximis omnibus hæreditatem derelinquens, & ſignacula dedit eis, & nominatim ſingulos convocans, præcepit eis ſervare hæreditatem,& cuſtodire,ac regere ſubſtantiam,ſicut ſuſceperant, & perfrui bonis & fructibus, ipſi domini hæredeſque derelicti. Si qui verò ex agri hujus fructibus percipere rogaret, indulgenter præberent; [5] ſin autem cohæredem ſe dicens, expoſceret, devitarent,atque alienum eſſe pronunciarent; opus autem magis facere debere eum, qui recipi velit. Quomodo ergo his omnibus benè, rectèque diſpoſitis & ſtatutis, ac plurimo tempore in eo ſtatu perſeverantibus, eum qui poſt trecentos ferè annos venerit, & hæredem eſſe ſe confirmet, non abjiciemus, non juſtè alienum pronunciamus, qui nec de propinquis ſe eſſe oſtendit, qui defuncto noſtro non adfuerit ægrotanti, qui in exequias non ierit Crucifixo, qui ſepulchro non adſtiterit, qui omnino neſciat, quomodo,aut qualiter defunctus eſt, qui denique

1 Fortè, *confutatus*.

2 In codice Caſinenſi legitur, *& ideo conſequenter*.

3 Fortè, *ſed & ipſe per ſe*.

4 In codice Caſinenſi, *Deinde die moriturus*, nos ſecundam vocé, ex præcedentis verbi poſtremę ſyllabæ repetitione veluti inſertam, ſuſtulimus. Vel fortaſſe legendũ, *Deinde die, qua moriturus erat, teſtamentum.*

5 Aut nihil video, aut ita reſtituendus eſt hic locus manifeſtè corruptus; nam in codice ita ſcribitur. *Sin autem conderem ſe dicens, expoſceret, devitarent perſequi, alienum eſſe pronunciaret.*

que theſaurum frumenti ingredi cupiat, nullo indicio delato ab eo, qui obſignaverit? Nonne eum, tanquam latronem & furem abjiciemus, ac modis omnibus expellemus. Hęc igitur ſigna, quæ in prædictis comprehendimus exemplis, iſte non deferens adeſt, dicens ſe eſſe Paraclitum; qui ab Jeſu præſignatus eſt mitti, in quo [1] mendacem, ignorans fortaſſe aſſeret Jeſum; qui enim dixerat ſe non multò poſt miſſurum eſſe Paraclitum, invenitur [2] poſt trecentos, & eo ampliùs annos miſiſſe hunc, ſicut ipſe ſibi teſtimonium perhibet. Quid dicent Jeſu in die judicii illi, qui jam vitâ exceſſerunt ex illo tempore uſq; nunc? Nonne hæc apud eum allegabunt, noli nos cruciare, ſi opera tua non fecimus; cur enim cùm promiſeris ſub Tiberio Cæſare miſſurum te eſſe Paraclitum, qui argueret nos de peccato, & de juſtitia, ſub Probo demum Romano Imperatore miſiſti, orphanos dereliquiſti, cùm ipſe dixeris, non derelinquam vos orphanos, cùm ipſe dixeris te, mox ires, miſſurum eſſe Paraclitum? Quid poteramus orphani facere, non habentes tutorem, nihil nos deliquimus, tu nos fefelliſti? [3] Sed abſit hoc à Domino noſtro Jeſu Chriſto Salvatore omnis animæ. Non enim moratus eſt in promiſſionibus ſuis, ſed cùm dixiſſet, *Vado ad Patrem meum, & mitto vobis Paraclitum*, ſtatim miſit, dividens, donans diſcipulis ſuis; [4] abundantiùs verò conferens Paulo.

Joann. 14.

XXVIII. Manes dixit, Tuimetipſius indicio comprehenſus es. Hæc enim adverſùm te locutus, ignoras, quia dum in me vis probra conjicere, majori culpæ ſuccumbis. Dic age mihi, ſi, ut ais, qui à Tiberio uſque ad Probum defuncti ſunt, dicent ad Jeſum, noli

1 Hoc eodem argumento adversùs Montaniſtas utitur Theodorus Heracleota in cap. 14. Evang. Joan. verſ. 17. cùm inquit, *Nam ſi illis non diligentibus ſolùm, ſed & pro Deo mortem appetentibus, non miſiſſet, quem promiſerat Paraclitum, ſecundùm Phrygiorum impietatem, mendacium in Evangeliis reperiretur. Quòd ſi verò, cùm ſit ipſa veritas, miſerit iis Spiritum Sanctum, temerè errando comminiſcuntur, dicentes per Montanum, & Priſcillam miſſum eſſe Paraclitum poſt ducentos & triginta annos ab Apoſtolicâ gratiâ tranſactos.*

2 Contentionis æſtu actus videtur hic dixiſſe Archelaus, poſt trecentos & amplius annos à Chriſti mortem Manetem emerſiſſe: nam à Chriſti morte uſque ad habitæ cum Manete diſputationis tempus, anni circiter ccxlix. intercedunt. Vide præfationem noſtram in Archelao.

3 Parvâ mutatione hunc locum rectè, ni fallor, emendavimus; qui in codice Caſinéſi ita ſe habet. *Sed abſit hanc à Domino noſtro Jeſu Chriſto Salvatore omne animæ.*

4 Mirè hic & in ſeqq. depravatus eſt codex Caſinenſis, in quo legitur, *Abundantibus verò confitens Paulo. Manes dixit, Tuum & ipſius indicio comprehenſus es; hæc enim verſum te locutus, ignorans, quia dum me vis probra conicere, majori culpæ ſe ſuccumbit. Dic age mihi ſtudias, qua Tiberio uſque ad Probum defuncti ſunt, dicent ad Jeſum, nolite nos judicare.* Nos tot menda, quantùm per conjecturas licuit, abſtergere conati ſumus.

nos judicare, quia opera tua non fecimus, non enim miſiſti nobis
Paraclitum, [1] cùm dixeris te miſſurum; non multò magis illi hæc
dicent, qui à Moyſe uſque ad adventum ipſius Jeſu Chriſti vitâ
exceſſerunt, & eò rectiùs dicent, [2] noli nos tradere tormentis,
quoniam agnitionem tui non accepimus? Et non ſolùm hi, qui
ante ipſius adventum deceſſerunt, jure hæc allegare videbuntur;
verùm etiam illi, qui ab Adam uſque ad adventum Jeſu obierunt?
Neque Paracliti enim ſcientiam conſecuti ſunt, neque Jeſu do-
ctrinâ eruditi ſunt. [3] Sed hoc ſolùm ultimum genus hominum, ut
ais, quòd à Tiberio eſt, ſalventur; ipſe enim *Eos Chriſtus de ma-* *Galat. 3 13.*
ledicto legis redemit, ſicut Paulus teſtimonium dedit, *Quia li-* *II. Cor. 3. 6.*
tera occidit, *nec quenquam vivificat*, &, *Quòd lex miniſterium mor-* *I. Cor. 15 56.*
tis eſt, virtuſque peccati. Archelaus dixit, Erras neſciens ſcriptu-
ras, neque virtutem Dei; multi enim etiam poſt adventum Chriſti
uſque nunc perierunt, & pereunt, hi ſcilicet, qui operibus juſtitiæ
deſervire noluerunt; illi verò ſoli, qui ſuſceperunt eum, & ſuſci-
piunt, *Poteſtatem acceperunt filii Dei fieri*. Non enim omnes dixit; *Joann. 1.*
ſed neque tempus terminavit, *Quicunque enim*, inquit, *accepe-*
runt eum. Adeſt autem ſemper juſtis viris, à creaturâ mundi, nec *Matt. 23. 35.*
ceſſat inquirere ſanguinem ipſorum ex ſanguine Abel juſti, uſque
ad ſanguinem Zachariæ. Unde ergo Abel juſtus, & illi omnes re-
liqui [4] per ordinem, qui inter juſtos enumerantur, cùm lex non
eſſet Moyſi, cùm Prophetæ oborti non eſſent, nec prophetiæ mu-
nus impleſſent? Nonne juſti effecti ſunt ex eo quòd legem imple-
bant, *Oſtendens unuſquiſque eorum* [5] *opus legis ſcriptum in cordibus* *Rom. 2. 15.*
ſuis, teſtimonium reddente eis conſcientiâ ſuâ? Cùm enim quis legem
non habens, naturaliter, quæ legis ſunt, facit, hic legem non ha-
bens, ipſe ſibi eſt lex. Et intuere multitudinem legum per ſingu-
los juſtos, qui benè agebant vitam ſuam, nunc ex ſemetipſis pro-
ferentes in cordibus ſuis inſitam Dei legem, nunc à propriis pa-
rentibus inquirentes, aliquando etiam ab antiquioribus & ſenio-
ribus

1 Verbum, *miſſurum*, noſtra eſt additio, cùm in Caſinenſi deſit; & ſanè vocē illam, vel quid ſimile ibi deficere ipſa orationis ſeries oſtendit.

2 In Caſinenſi eſt, *noli noſtra de tormentis*, nullo ſenſu, niſi, ut editum eſt, corrigatur.

3 In codice Caſinenſi ſic legitur, *Sed hoc ſolùm ultimum genus hominum, ut eas, quod à Tiberio eſt, ſalventur*. Nos autem verba illa, *ut eas*, interpretati ſumus, *ut ais*, exemplo alterius loci infrà cap. 30. ubi, *ut as*, pro, *ut ais*, vel, *ut aſſeris*, à librario ſcriptū fuiſſe, ſenſu ipſo poſcente, conjecimus.

4 In codice Caſinenſi, *qui per ordinem, qui inter juſtos*.

5 In eodem codice ſcribitur, *opus legis ſcriptura*.

ribus addiſcentes. Verùm quia pauci [1] per hunc modum poterant ad juſtitiæ culmen aſcendere, ideſt, per parentum traditiones, nullâ in literis lege conſcriptâ, miſeratus eſt Deus humanum genus, & ſcriptam legem per Moyſen voluit hominibus dare, quoniam quidem non apprime in cordibus eorum naturalis legis æquitas retinebatur. Conſona igitur primæ creationi humanæ ſit in literis legiſlatio, quæ per Moyſen datur ſalutis causâ plurimorum. Si enim æſtimamus hominem ſine operibus legis juſtificari, & Abraham reputatus eſt juſtus, quantò magis ii, qui adimpleverint legem, continentem ea quæ hominibus expediunt, juſtitiam conſequentur. Et quoniam trium ſolummodo ſermonum mentio-
II. Cor. 3.7. nem feciſti, de quibus Apoſtolus dixit, *Miniſterium mortis eſſe le-*
Galat. 3.13. I. Cor. 15.56. *gem*, &, *Chriſtum redemiſſe nos de maledicto legis*, & quoniam, *Virtus peccati eſt lex*. Adde adhuc, & dic quantacunque tibi videntur adversùs legem eſſe conſcripta.

XXIX. Manes dixit, An non idem eſt, quod Jeſus ad diſci-
Joann. 8.44. pulos ajebat, incredulos eos eſſe demonſtrans, *Vos ex patre Diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri facere vultis*. Hoc utique dicit, quia quanta voluerit malignus Princeps hujus mundi, & quanta deſideraverit, per Moyſen ſcripſerit, & dederit hominibus facien-
Joann. ibid. da. *Ille enim homicida eſt ab initio, & in veritate non ſtetit, quoniam veritas in eo non eſt; cùm loquitur mendacium, de ſuis propriis loquitur, quoniam mendax eſt, ſicut & pater ejus*. Archelaus dixit, Sufficit tibi hæc, ſunt, an habes & alia, quæ dicas? Manes dixit, Habeo quidem multa, & horum majora; ſed his contentus ero. Archelaus dixit, Exemplum, ſcilicet, accipiamus ex his, eorum quæ habere te dicis, ut ſi hæc rectè poſita fuerint inventa, etiam reliqua cum his adnumerentur; ſin minus ero ego obnoxius ſententiæ Judicum, ideſt, victi ignominiam feram. Ais ergo miniſterium mortis eſſe legem, & Principem hujus mundi mortem, re-
Rom. 5.14. gnare ab Adam uſque ad Moſen, ſcriptum eſt enim, *In eos qui* [2]*non peccauerunt*. Manes dixit, Ergo mors regnavit ſine dubio, quia dua-

1 Ita videtur legendum, licet in codice Caſinenſi ſcribatur, *per hunc mundum*.

2 Irenæus quoque lib. 3. adv. hæreſes cap. 20. cum particulâ negatiuâ laudat hunc D. Pauli locum: unde patet D. Auguſtinum in libro de Peccat. meritis & remiſſ. lib. 1. cap. 11. rectè cenſuiſſe, ita ad græcorum codicum fidem legendum eſſe, licet in majori latinorum codicum parte ſine particulâ negativâ legeretur. Hanc tamen poſtremam lectionem multis contendit veram eſſe Hilarius Diaconus in commentarijs ad eum Pauli locum inter D. Ambroſii opera, ſed ejus opinionem, utpote originali peccato adverſantem, rejecit Eccleſia, quæ probatam D. Auguſtino lectionem in latinis quoq; ſacræ Scripturæ codicibus huc uſque retinuit.

dualitas eſt, nec aliter, niſi eſſent ingenita. Archelaus dixit, Et quomodo ingenita mors certo ex tempore regni ſumit exordium? ab Adam enim, inquit, & non dixit ante Adam. Manes dixit, Quomodo verò, & juſtorum, & peccatorum obtinuerit regnum dicito? Archelaus dixit, Cùm priùs confeſſus fueris, quia à tempore, & non æternitate regnavit, tum dicam. Manes dixit, Scriptum eſt hoc, quia *Ab Adam uſque ad Moſen regnavit*. Archelaus dixit, Ergo & finem habet, quod cœpit [1] ex tempore, & verum eſt illud, quod dictum eſt, quia *Abſorta eſt mors in victoriâ*. Etiam ingenita non erit, quæ & initium habere monſtratur, & finem. Manes dixit, Deus ergo eam fecit. Archelaus dixit, Nequaquam; abſit; Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum. Manes dixit, Deus eam non fecit, facta tamen eſt, ut ais; à quo acceperit imperium, vel à quo creata ſit, dicito? Archelaus dixit, Si hoc pleniſſimè oſtendero, quòd ſubſtantiam ingenitæ naturæ mors habere non poſſit, nonnè confiteberis unum Deum eſſe, & hunc ingenitum? Manes dixit, Loquere, ſubtiliter enim vis [2] diſcere. Archelaus dixit, Quia tu verba illa ita protuliſti, tanquam tibi proficerent ad oſtenſionem ingenitæ radicis; ſufficiunt tamen nobis, & ea, quæ ſuprà tractata ſunt, in quibus pleniſſimè oſtendimus, impoſſibile eſſe duarum naturarum ingenitarum exiſtere poſſe ſubſtantias.

Roman. ibid.

1 Cor. 15. 54.

XXX. Judices dixerunt, Dic ad ea, quæ nuper propoſuit, Archelae? Archelaus dixit, Principem mundi, & malignum, & tenebras, & mortem unum eundemque eſſe dicit, legemque ab eo datam, propter hoc, quod ſcriptum eſt, *Miniſterium mortis*, & reliqua, quæ objecit. Quoniam, [3] inquam, ſicut ſuperiùs diximus, malorum memoriæ lex non diligenter hærebat, ſcripta naturaliter in cordibus eorum, neque apud ſeniores erat ſatìs firma traditio, [4] cùm eis inimica ſemper memoriæ inhæſiſſet oblivio, & aliter quis eruditur à magiſtro, aliter à ſemetipſo, perveniebat facilè legis naturaliter ſcriptæ tranſgreſſio, & ex prævaricatione mandatorum regnum mors in hominibus obtinebat; hujuſcemodi eſt enim genus hominum, quòd virgâ ferreâ regi indigeat à Deo. Exultabat

Galat. 3. 13.

1 In codice Caſinenſi manifeſto errore ſcribitur, *exemplo re*.
2 Fortaſſe, *dicere*.
3 In codice Caſinenſi malè, *iniquam*.
4 Ita neceſſariò emendanda viſa eſt ejuſdem codicis lectio, in quo ſcribitur, *cùm eat inimica ſemper memoriæ ineræſis ſed oblivio*.

bat ergo mors, & cum omni poteſtate regnabat uſque ad Moſen, etiam in eos, qui non peccaverant, hoc modo, quo diximus; ſuper peccatores quidem, veluti proprios, ſibique ſubjectos, ſicut fuit Cain, & Juda; ſuper juſtos verò propter hoc, quòd non conſentirent ei, quin potiùs reſiſterent, abſcindentes à ſe libidinum vitia & concupiſcentias, veluti hi, qui fuerant ab Abel, & uſque ad Zachariam, transferens ſemper uſque ad tempus in ſimiles illius. Cùm verò adfuiſſet Moyſes, & legem dediſſet filijs Iſraël, & revocaſſet eis in memoriam omnes juſtificationes legis, quæcunque obſervare oportebat, & facere, eos verò ſolos, qui prævaricarentur legem, morti traderet; interciſa eſt mors, ne ſuper omnes regnaret; regnabat enim ſuper peccatores ſolos, dicente ſibi lege, ne contigeris hos, qui mea præcepta cuſtodiunt. Hujus ergo verbi miniſterium Moyſes detulit morti, reliquos omnes prævaricatores legis [1] interitui tradens; non enim pro eo, ut omnino mors nullâ ex parte regnaret, Moyſes advênit, cùm utique plurimi etiam poſt Moyſen ſub mortis ditione tenerentur. Ex hoc *miniſterium mortis* appellatum eſt, [2] quoniam ſoli tranſgreſſores legis puniebantur, non etiam conſervatores, ſicut Abel faciens ea, quæ legis ſunt, & cuſtodiens, quem Cain, vas maligni effectus, interemit. Verùm etiam poſt hæc voluit mors pactum, quod fuerat per Moyſen poſitum, reſcindere, & regnare denuo ſuper juſtos; & irruit quidem in Prophetas, interficiens, & lapidans eos, qui miſſi erant à Deo uſque ad Zachariam. Dominus autem meus Jeſus, juſtitiam Moyſi legis cuſtodiens, indignatus adversùs mortem pro prævaricatione [3] pacti, & totius illius miniſterii, advenire dignatus eſt in hominis

nis

1 In Caſinenſi codice, *interit ut tradens*, manifeſtus librarii error.

2 Scitè adversùs Manichæos, ut videtur, Jo. Chryſoſtomus in hunc D. Pauli locum Homilia 7. *Per mortis autem miniſterium legem intelligit. Atque interim vide, quàm ſedulò in iſtâ comparatione caveat, ne ullam hæreticis anſam præbeat. Non enim dixit lex mortem efficit, ſed mortis miniſtratio eſt. Mortem enim miniſtrabat, non autem pariebat. Nam peccatum id erat, quod mortem efficiebat. Lex autem mortem invehebat, ac peccatum indicabat; non autem faciebat. Malum enim apertiùs detegebat, ac plectebat, non autem ad malum impellebat. Neque ad id miniſtrabat, ut peccatum fieret, aut mors exiſteret; ſed ut pœnas dareris, qui peccaſſet; ac proinde hac quoque ratione peccatum delebat. Nam dum ipſa peccatum adeo formidandum eſſe oſtenderet, procul dubio hoc etiam faciebat, ut ipſum fugiendum eſſe videretur. Quemadmodum igitur is, qui enſem in manus ſumit, ac ſonti caput amputat, judici pronuncianti miniſtrum ſe præbet, neque ipſe eſt, qui interimit, etiam ſi aliquo ipſe ſit, qui caput abſcindit: nec rurſus is, qui ſententiam profert, ac ſontem condemnat; ſed ejus, de quo ſupplicium ſumitur, improbitas. Eodem modo hic quoque non lex erat, quæ necem afferebat; ſed peccatum ipſum erat, quod & interimebat, & condemnabat.*

3 In codice Caſinenſi eſt, *acti*, quod etiam manifeſta eſt librarii hallucinatio.

nis corpore, vindicaturus non ſemetipſum, ſed Moyſen, & eos, qui ex ordine poſt ipſum fuerant violentiâ mortis oppreſſi. Malignus verò ignorans hujuſcemodi diſpenſationem, ingreſſus eſt Judam, ut per ipſum interficeret eum, ſicut antea Abel interfecerat juſtum. Sed cùm intraſſet in Judam, pœnitentiâ ductus, ſe ipſe ſuſpendit: propter quod ait ſermo divinus, *Ubi eſt mors victoria tua, ubi eſt mors aculeus tuus?* Et, *Abſorta eſt mors in victoriâ*. Hac ergo ex causâ *Miniſterium mortis* appellata eſt lex, quia peccantes prævaricantes morti tradebat, ſervantes autem ſe, defendebat à morte, & conſtituebat in gloriâ, ope atque auxilio Domini noſtri Jeſu Chriſti. *I. Corint. 15. 54.*

XXXI. Audi etiam & de eo, quod dictum eſt, *Qui redemit nos de maledicto legis Chriſtus*. Hoc in loco pervideo, magnificum Dei famulum Moyſen [1] imaginariam legem his, qui rectè [2] velint videre tradidiſſe, & legem veram. Sicut enim Deus cùm feciſſet mundum, & omnia, quæ in eo ſunt, in ſex diebus, requievit in die ſeptimâ ab omnibus operibus ſuis; non dico, quia [3] requieverit fatigatus, ſed quoniam ad perfectum adduxerat omnem, quam facere diſpoſuerat, creaturam: denique ait, *Pater meus uſque modò operatur, & ego operor*. Nunquidnam cælum facit, aut ſolem, aut hominem, aut animalia, aut virgulta, aut tale aliquid? Sed his quidem viſibilibus perfectis, à tali opere conquievit; [4] inviſibilia autem, & intrinſecus uſque modò operans, ſalvat. Ita ergo etiam unumquenque noſtrum, ſicut ipſe Deus eſt, indeſinenter huic operi legiſlator vult eſſe devinctum: à ſecularibus jubet protinus con-

Galat. 3. 13.

Joan. 5. 17.

1 *Imaginariam* Archelaus vocat legem vetus teſtamentum, quòd typus eſſet & imago futuræ novæ legis. Sic & Petrum de Vineis in epiſtolis ſuis non ſemel. *imaginarium* hominem vocaſſe nuntium, ſeu legatum obſeruat Cangius in Gloſſario, quòd illum, à quo miſſus fuerat, repręſentet, & ejus velut imaginem referat. Utitur & hac voce Euagrii Monachi vetus interpres in diſputatione Theophili Epiſcopi Alexandrini cum Simone Judęo cap. 13. ubi ſabbata *imaginariam* requiem vocat ſeptimæ illius diei, in qua Deum, mundi creatione abſolutâ, requieviſſe pagina ſacra teſtatur. Quare Archelaus in reſponſione ad Diodorum præsbyterum infrà cap. 41. totus eſt in demonſtrando, non eſſe rejiciendum vetus teſtamentum, quia tanquam ſpeculum veram nobis exprimit novæ legis imaginem.

2 Fortè, *velint vivere*.

3 In Caſinenſi eſt, *requie requieverit*, ſed ea lectio nobis viſa eſt unius ejuſdemq; vocis repetitio niſi potiùs gręciſmus ſit.

4 Caſinenſis habet, *inviſibili autẽ & trinſecus*. Sed legendũ videtur, ut editum eſt, vel *inviſibilia autem intrinſecus*. Deus enim ut inquit D. Auguſtinus in libro de Gratiâ Chriſti cap. 24. non lege atque doctrinâ inſonante forinſecus; ſed internâ atque occultâ mirabili, ac ineffabili poteſtate operatur in cordibus hominum non ſolùm veras revelationes, ſed etiam bonas voluntates. Similia inculcat tum in capite decimo tertio ejuſdem operis, tum alibi paſſim.

conquieſcere , & omnino nullum opus gerere mundanum , & hoc appellatur ſabbatum. Addidit etiam hoc in lege, nihil abſurdum fieri debere; ſed obſervare nos,& dirigere vitam noſtram ex æquo & juſto. Et imminebat hæc lex, acerrimè maledictum inferens his, qui eam fuiſſent transgreſſi; ſed quoniam homines erant & illi, & ſicut etiam nobis frequenter accidit, controverſiæ oriebantur,& irrogabantur in jure, & lex ſtatim diſtrictiſſimam [1] ultionem, quam fecerat,retorquebat,ita ut ſi quis pauperum voluiſſet in ſabbato faſcem ligni colligere, ſub maledicto legis effectus, morti
Num.15.32. continuò ſubjiceretur. Arctabantur ergo coërtione legis homines, qui cum Ægyptiis fuerant educati, nec poterant pœnas legis, & maledicta tolerare. Rurſum autem ille, qui ſemper ſalvator eſt, Jeſus Dominus noſter adveniens, liberavit eos ex hujuſcemodi cruciatibus legis,atque maledictis, donans eis injurias. Nec,ſicut Moyſes,ſeveritate uſus eſt legis, nulli indulgendo injuriam; ſed
Mat.18.21. hic dixit, ſi quis paſſus fuerit à proximo ſuo injuriam, indulgeat non ſemel tantùm,ſed & nec ſecundò,nec tertiò,nec ſolùm ſepties, ſed ſeptuageſies ſepties: quòd ſi poſt hæc injuriam permanſerit irrogando, tunc demum legi eum debere ſuccumbere Moyſi, nec ultrà veniam dari ei, qui in injuriis perſeverat, cùm ſibi ſeptuageſies ſepties fuerit indultum. Non ſolùm autem huic, ſed etiam ſi quis filio hominis intuliſſet injuriam, veniam dedit. Si verò Spiritui Sancto, duobus eum ſubdidit maledictis, ideſt Moyſi legis, & ſuæ; Moyſi quidem in præſenti, ſuæ verò in judicii
Mat.12.32. tempore; ait enim ita, *Neque in hoc ſeculo, neque in futuro remittetur ei*. Moyſi ergo lex eſt,quæ in præſenti ſeculo nulli veniam tribuit; Chriſti verò eſt, quæ vindicat in futuro. Ex hoc intuere quemadmodum confirmat legem, non ſolùm non ſolvens eam, ſed implens. Redemit ergo eos ab eo, quod in præſenti poſitum erat, maledicto legis, ex quo *Maledictum legis* appellatum eſt.
1.Cor.15.56 Hæc omnis hujus ſermonis eſt ratio. Cur autem *Virtus peccati dicta ſit lex*, pro viribus noſtris breviter exponemus. Scriptum eſt
1. Timoth. 1.9. enim, *Quia juſto lex non eſt poſita, ſed injuſtis, & non ſubditis, impiis, & ſceleſtis*. Non ergo erat tunc lex literæ poſita delinquentibus ante Moyſen,unde & Pharao ignorans virtutem peccati, delinque-

1 In Caſinenſi codice, *ultionem fecerat retorquebat*. Sed neceſſaria viſa eſt relativi articuli additio. ne ſenſus ullâ ex parte nutaret.

linquebat affligens injuſtis oneribus filios Iſraël, divinitate neglectâ;non ſolùm ipſe,ſed & omnes,qui cum eo erant. Verùm ne utar longiore circuitu,breviùs dicam. Erant quidam Ægyptiorum admixti cum populo Moyſi, cùm ab eo regeretur populus in deſerto; & cùm Moyſes poſitus eſſet in monte, pro eo ut acciperet legem, impatiens populus, [1] non ille, qui verè erat Iſraëlita, ſed qui ex Ægyptiis fuerat admixtus, vitulum ſibi conſtituit Deum, ſecundùm priſtinum morem, quo coluerat ſimulacra, in quo nec ſcelerum pœnas aliquando rependeret;& ideo virtutem peccati ſui penitus ignorabant; quæ cùm regreſſus agnoviſſet Moyſes, præcepit eos gladiis trucidari, ex quo initium factum eſt ſentire eos virtutem peccati per legem Moyſi, & propterea *Virtus peccati* appellata eſt lex.

XXXII. De eo verò, quod in Evangelio ſcriptum eſt, *Vos de patre Diabolo eſtis*, & reliqua, breviter dicimus, quia eſt Diabolus inoperans in nobis, qui ſui arbitrii poteſtate tales eſſe voluit. Deus enim omnia,quæ fecit, bona valde fecit, liberi arbitrii ſenſum unicuique dedit, qua ratione etiam legem judicii poſuit. Peccare noſtrum eſt, ut autem non peccemus, Dei donum eſt, ex eo quòd in noſtro ſit arbitrio conſtitutum peccare, vel non peccare; ſicut etiam tu ſine dubio noſti, ò Manes, ſi tamen congregans in unum diſcipulos tuos, [2] & eos commonens ne delinquant, neve aliquid injuſtè gerant, judicii legem unuſquiſque eorum poſſit evadere. Et certè qui voluerint, obſervant mandata, qui verò contempſerint, & in perverſum declinaverint, ſine dubio legem judicii ferent. Ex hoc etiam Angelorum quidam, mandato Dei non ſubditi, voluntati ejus reſtiterunt, & aliquis quidem *Joan.* 8. 44.

dem

1 Non pauca primitivæ Eccleſiæ Patres ex Judæorum ſententiâ loquebantur, ut ex his,quæ in capite ſequēti,& ad Theophili Alexandrini diſputationem cum Simone Judæo cap. 13. adnotavimus, lucidè apparet. Hujus generis etiam eſt, quod hic de Ægyptiis vituli aurei conſtructoribus, & adoratoribus tradit Archelaus; nam in Scemoth Rabba pag. 157. col. 1. *Et iſti* (nempe Ægyptii proſelyti) *fecerunt vitulum,quia colebant idololatriam, & iſti fecerunt, & in causâ fuerunt, ut populus peccaret. Vide quid ſcriptum ſit Exodi 32. verſ. 4. Non eſt ſcriptum hic, Iſti ſunt Dii noſtri. ſed iſti ſunt Dii tui: quòd proſelyti, qui cum Moyſe aſcenderant, ipſi fecerunt illum, & dixerunt Iſraëli, iſti ſunt Dii tui. Idcirco Deus ſanctus benedictus dixit Moyſi, Vade, deſcende, quia corrupit populus tuus.* Vide Salomonem Jarchi, in eundem Exodi locum ver. 8. Aben Ezra ibid. ver. 22. & Abarbanellum ibid. ver. 11. At vel ex nudâ ſacri Textûs lectione,& ex LXX. Interpretum verſione hanc Rabinorum conjecturam valde incertam futilemque eſſe clarè colligitur.

2 Ita reſtituendā cenſuimus depravati codicis Caſinenſis lectionem, in quo ſic ſcribitur, *& communis ne, &c.* niſi quis maluerit, *communiens.*

Luc. 10. 18. dem de cælo, tanquam fulgur ignis, cecidit ſuper terram, alii verò in felicitate [1] hominum filiabus admixti, à dracone afflicti, ignis æterni pœnam ſuſcipere meruerunt. Ille igitur in terram decidens nec ultrà cæli regionibus admiſſus, inter homines uolutatur, decipiens eos, atque perſuadens ſibi ſimiles effici tranſgreſſores, & uſque in hodiernum adverſarius eſt mandatis Dei. Sed non omnes lapſum ruinæ ejus ſequentur, pro eo quòd unicuique libertas arbitrii eſt; ex hoc enim & appellatus eſt Diabolus, eo quòd tranſitum fecerit de cæleſtibus, & quòd in terris mandato Dei obtrectator exiſteret. Quia autem Deus ſit, qui priùs mandatum de-
Mat. 4. 10. dit, ipſe Dominus Jeſus ait ad Diabolum, *Vade poſt me Satana*. Et ſine dubio ire poſt Deum, ſervi eſt. Et iterum quod ait ad eum, *Dominum Deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſervies*. Quoniam ergo obtemperabant quidam hominum voluntatibus ipſius, audierunt
Joan. 8. 44. à Salvatore, *Vos ex patre Diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri fa-*
Matth. 3. 7. *cere vultis*. Denique, cùm faciant voluntates ejus, audiunt, *Generatio viperarum, quis vobis oſtendit fugere ab irâ venturâ? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ*. Ex hoc ergo pervide quanta vis ſit hominem liberi eſſe arbitrii; dicat tamen etiam ipſe, ſi eſt judicium piorum, & impiorum. MANES DIXIT, Eſt judicium. ARCHELAUS DIXIT, Puto quæ [2] à nobis de Diabolo dicta ſunt, non parum rationis, & pietatis obtinent. Habet enim & unaquæque creatura ordinem ſuum, & alius quidem ordo eſt humani generis, & alius animalium eſt, atque alius Angelorum; una verò & ſola inconvertibilis eſt divina ſubſtantia, æterna, & inviſibilis, ſicut & omnibus notum eſt, ſecundùm illud, quod ſcriptum eſt,
Joan. 1. 18. [3] *Dominum nemo vidit unquam, niſi unigenitus filius, qui eſt in ſinu Pa-*

1 En alter Archelai locus, ex quo id quod in præcedenti capite de Hebræorum opinionibus à primitivæ Eccleſiæ Patribus interdum propugnatis diximus, apertè confirmatur. Quod enim hic de Angelis cum fœminis concumbentibus, tradit Archelaus, jam uſque à Philonis Hebræi, & Joſephi temporibus Judæorum opinio eſt, quam etiam ſequuntur Tertullianus, Juſtinus, Clemens Alexandrinus, Athenagoras, Methodius, Cyprianus, Lactantius, ut latè probat Pamelius in Tertulliani Paradoxo 1. & Fevardentius in notis ad Irenæum ejuſdem opinionis affeclám lib. 4. cap. 70. Horum tamen Patrum nonnulli bonos à malis Angelis deceptos, nonnulli malos Angelos cum hominum filiabus commixtos fuiſſe credidere; ſed utranque opinionem communi calculo rejiciunt alii Patres, & recentiores omnes ſacræ Scripturæ interpretes, quorum catalogum texere, cùm res vulgatiſſima ſit, prætermittimus.

2 In Caſinenſi legitur contrario ſenſu, *à vobis*, quod tamē in hunc locū nō quadrat.

3 Hunc locum iiſdem verbis laudat Irenæus adv. Hereſ. lib. 3. cap. 11. licet alibi Vulgatæ verſionem ſequatur.

Patris. [1] Reliquæ ergo omnes creaturæ viſibiles ſint neceſſe eſt, cælum, terra, mare, homines, Angeli, Archangeli: Deus verò, cùm à nullo unquam viſus ſit, quid ei poteſt ex iſtis creaturis eſſe homouſion? Unde & ſingula quæque ſecundùm ordinem ſuum propriam dicimus habere ſubſtantiam. Tu verò ex uno omne animal, quod movetur, factum dicis, & ſubſtantiam à Deo accepiſſe dicis ſimilem, & poſſe eam peccare, atque ad judicium venire; & cum non vis recipere ſermonem dicentem, Diabolum Angelum fuiſſe, & in prævaricatione decidiſſe, & non eſſe ejuſdem cum Deo ſubſtantiæ. Interimere debes judicii [2] ratione, ut quis noſtrûm fallat appareat. Si enim non poteſt qui à Deo creatus eſt Angelus, in tranſgreſſione decidere, quomodo poteſt pars Dei anima peccare? Si verò judicium eſſe dicis peccantium animarum, & unius eas cum Deo dicis eſſe ſubſtantiæ, & tamen cùm de divinâ eas aſſeras eſſe naturâ, dicis nihilominus [3] Dei non ſervare mandata, etiam ſic plurimùm meus ſermo [4] procedit, dicens primò Diabolum, eo quòd mandatum non ſervaverit, decidiſſe; non enim erat ex Dei ſubſtantiâ: decidit non tam ut læderet humanum genus, ſed ut ab eo potiùs illuderetur: dedit enim nobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & omnem *Luc. 10. 19.*
virtutem inimici.

XXXIII. Judices dixerunt, Sufficienter oſtendit de origine Diaboli. Cùm enim utraque pars confitetur futurum eſſe judicium, neceſſariò liberi arbitrii unuſquiſque monſtratur; [5] quo evidenter oſtenſo, nulli dubium eſt, quòd unuſquiſque in quamcunque elegerit partem, propriâ uſus fuerit arbitrii poteſtate.

Manes

1 Archelaus hìc veterum quorundam Patrum ſententiam amplectitur, qui ſolum Deum incorporeũ; reliqua verò creata omnia corporea eſſe putarunt, quòd nempe loco circumſcripta, in ſe ipſis ſubſiſterent; licet noſtrî reſpectu, qui craſſa & denſa corpora habemus, incorporeos dici putarent. Vide Dioniſium Petavium tomo tertio Theologicorum dogmatum lib. 1. cap. 2. & ſequentibus, ubi latiſſimè omnium Patrum eâ de re ſententias expendit.

2 Fortè, *rationem*, ut ſenſus ſit non debere Manetem judiciũ admittere, cùm ejus dogmata de homine, & Angelis judicio adverſentur. In græco enim textu hujus diſputationis, ἀναιρεῖν, fortaſſe ſcriptum erat, quod cùm occidere pariter, ac auferre, & de medio tollere ſignificet, priorem ſenſum ſecutus eſt non ſatis accuratus, nec ſatis elegans antiquus interpres.

3 Series & conſequentia ſermonis omnino videtur poſtulare ut legatur, *Dei non ſervare mandata*, licèt in Caſinenſi codice deſit negativa particula; niſi quis potiùs legendum putet, *Dei ſervare, vel non ſervare mandata*, pro arbitrii ſcilicet libertate.

4 In Caſinenſi, *præcedit*.

5 In eodem codice legitur, *Quo videntur oſtenſo nulli dubium eſt unuſquiſque in quamcunque elegerit partem propriá uſus arbitrii poteſtate*. Nos an rectè locum hunc emendaverimus, videant Eruditi.

Manes dixit, [1] Si à Deo bonus, ut aſſeris, mendacem eſſe dixiſti Jeſum. Archelaus dixit, Confitere primò, quia vera ſit ratio eorum, quæ nunc adduximus, & tunc oſtendam tibi patrem ejus. Manes dixit, Si mihi oſtenderis patrem ejus mendacem, & Deo horum nihil ádſcripſeris, tunc tibi de omnibus accommodabitur fides. Archelaus dixit, Omni ratione de Diabolo diligenter expoſitâ, & diſpenſatione prolatâ, ſicut hominum viget ſenſus, etiam apud ſeipſum poteſt diligenter advertere, quis iſte ſit, qui Diaboli appellatus eſt pater. Sed cùm te tu Paraclitum eſſe dicas, plurimùm tibi etiam ab humanâ deeſt prudentiâ. Quoniam ergo prodidiſti ignorantiam tuam, dicam ego [2] quid ille ſit pater Diaboli. Manes dixit [3] ... dico: & adjecit, omnis qui conditor eſt, vel creator aliquorum, pater eorum.... condiderit, appellatur. Archelaus dixit, Miror quomodo ſaltem hoc rectâ ratione reſponderis, nec celaveris ſermonis hujus intelligentiam, vel naturam. Audi jam ex hoc, quis ſit pater ejus. Cùm ex cœlorum regno cecidiſſet, erat ſuper terras, intendens, & inquirens cui ſe poſſet adjungere, quem ex conſortio ſui participem quoque nequitiæ ſuæ valeret efficere. Et quidem donec homo non erat, neque ille appellabatur homicida, neque cum patre mendax; poſt hæc verò, cùm factus eſſet homo, ac mendacio ejus fuiſſet, & circumventione deceptus, cùm ſeſe inſeruiſſet corpori ſerpentis ſapientioris omnium beſtiarum, tunc appellatus eſt mendax, unà cum patre ſuo, [4] & effectum eſt non ſolùm ſuper ipſum mendacii maledictum, ſed & ſuper patrem ejus. Cùm ergo ſerpens recepiſſet eum in ſeſe, & recepiſſet univerſum, tanquam prægnans effectus eſt, ingentis malitiæ faſcem portans, & erat ſicut puerpera, quę partu urgetur, volens evomere malignę ſuggeſtionis ejus [5] agitata,

Pri-

1 Codex Caſinenſis hic ita ſe habet, *Si à Deo bonus, ut as mendacem eſſe dixiſti Jeſus*. Abutebatur autem Manes, ut ſuum de malo Deo dogma ſtatueret, Joannis Evangelii loco in cap. 8. 5. & 44. in quo ſic Phariſæos redarguit Jeſus, *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere; ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo; cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt, & pater ejus.* Quare hoc argumento Archelaum hic urget Manes. Si à Deo ſola promanant bona, ipſeque ſummè bonus eſt, mendacem oportet fuiſſe Jeſum, qui in Joannis Evangelio, Diaboli patrem non modò mendacem eſſe, ſed & mendacis Diaboli creatorem extitiſſe dicit. Hinc autem patet non improbandam eſſe emendationem noſtram, qua legimus, *Si à Deo bonus, ut aſſeris; mendacem eſſe dixiſti Jeſum.*

2 Fortè, *quis ille ſit*.

3 Lacunæ iſtæ facilè impleri poſſe videntur, ſi ita legamus: *Manes dixit, Jam dico, & adjecit, omnis, &c. pater eorum, quę condiderit, appellatur.*

4 In codice Caſinenſi, *ut*.

5 Fortè, *cogitata*.

Primi enim hominis gloriam graviter ferens ſerpens, ingreſſus Paradiſum, & conceptis in ſe doloribus, mendaces cæpit generare ſermones, & mortem parere hominibus, qui à Deo fuerant figurati, & acceperant vitam. Verùm non potuit totum ſe manifeſtum facere per ſerpentem; ſed reſervavit perfectionem ſuam, quam demonſtraret in Cain, à quo generatus eſt totus. Et per ſerpentem quidem hypocriſes, & fallacias ad Evam demonſtravit: per Cain verò homicidii exordium dedit, inſerens ſe in primitias frugum, quas ille malè diſtribuit. Ex hoc homicida appellatus eſt ab initio; mendax verò quoniam fefellit, dicens, *Eritis tanquam Dii*: ejecti ſunt enim poſtea de Paradiſo illi, quos Deos futuros eſſe fallebat. Efficitur ergo prior pater ejus, qui eum in utero concepit, & genuit, atque in lucem edidit ſerpens; ſecundus verò Cain, qui per iniquitates conceptas, dolores, & parricidium peperit; interfectio etenim iniquitatem, injuſtitiam, atque impietatem pariter perpetravit. Sed & quicunque eum ſuſcipiunt, & faciunt ejus deſideria, fratres ejus efficiuntur. Pater ejus perfectus eſt Pharao, pater ejus efficiuntur unuſquiſque impiorum, pater ejus effectus eſt Judas, quia concepit quidem eum, ſed abortus eſt; non enim perfectum edidit partum, quia majorem perſonam aggreſſus eſt per Judam, & ideo abortum factum eſſe dico; quia tanquam ſi mulier ſemen viri concipiat, atque in ſeſe quotidianos accipiat profectus, ita & Judas quotidie [1] proficiebat in pejus, occaſionibus ſibi à maligno, quaſi ſeminibus, datis. Et primum quidem fuit ei ſemen pecuniæ cupiditas, incrementum verò furtum, furabatur enim ea, quæ mittebantur in loculum; dolores verò partûs fuerunt, & collocutio cum Phariſæis, & pretii ſcelerata conventio: abortus eſt verò, non partus, laqueus mortis informis. Sed & tu, ſi malignum ex te protuleris, & facias ejus concupiſcentias, genuiſti eum, & pater ejus eſſe diceris; ſi verò pœnitentiam geſſeris, & abjeceris pondus, velut parturies. Ut enim in ludis ſcholaribus, ſi acceperit quis à magiſtro materiam, reliquum corpus orationis ex ſemetipſo generet, ac procreet, eorum quæ genuerit, conditor ipſe dicitur; ita qui ex ſummâ malitiâ parum quid fermenti acceperit, pater & genitor dicatur neceſſe eſt illius, qui ab initio reſtitit veritati. Quòd ſimili modo provenire poteſt etiam his, qui

Gen. 3.

1 In codice Caſinenſi eſt, *proficiebat impetus*.

qui virtuti ſtudent; nam audivi fortiſſimos viros dicere ad Deum, propter timorem tuum [1] Dominum in utero concepimus, & doluimus, & peperimus ſpiritum ſalutis; ita & quicunque de timore maligni concipiunt, & pariunt ſpiritum iniquitatis, ipſi patres ejus dicantur neceſſe eſt; filii enim dicuntur, dum adhuc miniſterio ejus parent, patres verò, qui ad perfectionem malitiæ pervenerunt. Ita nanque & Dominus noſter ait ad Phariſæos, *Vos de patre Diabolo eſtis*, filios eos faciens illius, donec adhuc conturbari videbantur, & cogitabant in cordibus ſuis mala pro bonis adverſùm juſtos. Ergo apud ſe talia cogitantibus, translatis in ſe malignis eorum cogitationibus, Judas malorum caput, & ad perfectum perducens iniqua conſilia, effectus eſt ſceleris pater, immanitatis ſuæ præmio ab eis triginta argenteis honoratus;
Joan. 13.27. totus enim *In eum poſt buccellam panis ingreſſus eſt Diabolus*. Sed ut diximus, poſtquam uterus intumuit, & dolorum tempus advenit, abortum faſcem iniquæ conceptionis effudit, & ideo nec perfectè pater appellabatur, niſi eo tantùm tempore, quo conceptus gerebatur in utero; poſtea verò quàm confugit ad laqueum, non integrum videtur edidiſſe partum; quia pœnitentia ſubſecuta eſt.

XXXIV. Ignorare vos non arbitror, quoniam Pater unum quidem ſit nomen, diverſos tamen habet intellectus: alius enim pater dicitur eorum, quos naturaliter genuerit, filiorum; alius verò eorum, quos tantummodo enutrierit; nonnulli verò temporis, atque ætatis privilegio; unde & Dominus noſter Jeſus plurimos patres habere dicitur, nam & David pater ejus appellatus eſt, & Joſeph pater ejus putatus eſt, cùm nullus horum pater ejus fuerit veritate naturæ. Nam David pater ejus dicitur ætatis, ac temporis privilegio; Joſeph verò lege nutriendi; ſolus autem Deus Pater ejus naturâ eſt, qui omnia per verbum ſuum velociter nobis manifeſtare dignatus eſt. Nec in aliquo remoratus Dominus noſter Jeſus, [2] intra unius anni ſpatium languentium multitudines reddidit ſanitati, mortuos luci: qui verbi ſui poteſtate universa amplexus eſt, in quo tandem remoratus eſt, ut in Paraclito mittendo tandiu eum remoratum credamus. Quin potiùs, ut ſupe-

riùs

1 Fortè, *Domine*.

2 In codice eſt, *inter*. Sed unum annum Chriſti prædicationi, ac miraculis videtur adſcribere Archelaus cum aliis antiquis Patribus, quare legendum, *intra*. Vide infrà cap. 49.

riùs dictum eſt, adfuit ſtatim plurimùm diffuſus in Paulum, cujus etiam teſtimonio credidimus dicenti, *Mihi autem ſoli data eſt gratia hæc*. Ephеſ. 3.8. Qui priùs quidem fuit perſecutor Eccleſiæ Dei, ſed rurſum manifeſtatus eſt omnibus, quia eſſet fidelis Paracliti miniſter; per quem univerſis innotuit ſingularis ejus clementia, quòd & uſque ad nos, qui aliquando ſine ſpe eramus, donorum ejus largitio pervenit. Quis enim noſtrûm ſperare poterat perſecutorem Paulum, & inimicum Eccleſiæ, defenſorem ejus ac tutorem futurum? Et non ſolùm hoc, verùm etiam & magiſtrum, Eccleſiarum conditorem & architectorem. Poſt hunc ergo, & poſt eos, qui cum ipſo fuerant, ideſt, poſt diſcipulos, nullum alium venire ſecundùm Scripturas ſperandum eſt; ait enim Dominus noſter Jeſus de Paraclito, *Quia & de meo accipiet*. Joan. 16.14. Vas ergo probabile elegit hunc virum, quem miſit ad nos Paulum [1] in ſpiritus influxit Spiritus, & ſicut non ſuper omnes homines Spiritus habitare poterat, niſi ſuper eum, qui de Mariâ Dei Genitrice natus eſt, ita & in nullum alium Spiritus Paraclitus venire poterat, niſi ſuper Apoſtolos, & ſuper beatum Paulum. *Vas enim electionis*, inquit, *mihi eſt, ut portet nomen meum in conſpectu Regum, & gentium*. Act. 9.15. Ipſe quoque in primâ epiſtolâ ſuâ poſuit, dicens, *Secundùm gratiam, quæ data eſt mihi à Deo, ut ſim miniſter Chriſti in gentibus, conſecrans Evangelium Dei*. Ep. ad Rom. cap. 15.15. *Veritatem dico in Chriſto, non mentior, teſtimonium mihi perhibente conſcientiâ meâ in Spiritu ſancto*. Ibid. 9.1. Et rurſum ait, *Non enim audeo quidquam loqui eorum, quæ per me non effecit Chriſtus verbo & factis*. Ibid. 15.18. *Ego enim ſum [2] noviſſimus omnium Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus. Gratiâ autem Dei ſum id, quod ſum*. I. ad Cor. 15.9. Et eos qui experimentum quærebant ejus, qui in eo loquebatur Chriſtus, vult propterea habere, quia eſſet in ipſo Paraclitus, cujus muneris gratiam conſecutus, & [3] magnifico honore ditatus ait, *Pro quo ter Dominum rogavi, ut diſcederet à me: & dixit mihi, ſufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur*. II Cor. 12.8. Rurſum, quia verè ipſe ſit Paraclitus, qui erat in Paulo, ait Dominus noſter Jeſus Chriſtus in Evangelio, *Si diligitis me, mandata mea ſervate. Et ego rogabo Patrem meum, & alium Paraclitum dabit vobis*. Joan. 14.16. In quo oſtendit etiam ſeipſum Paraclitum, cùm dicit alium.

Unde

1 Locus corruptus. Fortè, *in Spiritu. Influxit Spiritus, &c.*

2 Melius Vulgata, *minimus*, gracè enim, ἐλάχιστος.

3 In codice Caſinenſi eſt, *magnifico loc ore*; ſed legendum cenſui *honore*.

Unde credentes Paulo, audivimus eum dicentem, *Aut experi-*
II.Cor.13.3. *mentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus*, & horum ſimi-
lia, de quibus ſuperiùs diximus; unde & tanquam fidelibus no-
bis hæredibus ſuis conſignat teſtamentum ſuâ ad Corinthios epi-
ſtolâ, velut pater, dicens, *Tradidi enim vobis in primis, quod &*
I.Cor.15.3. *accepi, quia Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundùm Scriptu-*
ras, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertiâ die ſecundùm Scri-
pturas, & quia apparuit Cephæ, deinde undecim Apoſtolis, poſtea
ampliùs quàm quingentis fratribus [1] *de ſemel, ex quibus plurimi ad-*
huc manent uſque nunc; quidam autem, & dormierunt. Poſtea au-
tem viſus eſt Jacobo; deinde omnibus Apoſtolis; noviſſimè autem om-
nium, tanquam abortivo, viſus eſt & mihi: Ego enim ſum noviſſimus
Ibid. 11. *omnium Apoſtolorum. Sive ergo ego, ſive illi, ita annuntiavimus.*
Et rurſum tradens hæredibus eam, quam ipſe hæreditatem pro-
meruit, dicit, *Timeo autem ne fortè, ſicut ſerpens ſeduxit Evam*
II.Cor.11.3. *aſtutiâ ſuâ, ita* [2] *corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicita-*
te, & caſtitate, quæ in Chriſto eſt. Si enim is, qui venit, alium Chri-
ſtum prædicat, quem non prædicavimus; aut Spiritum alium accepe-
ritis, quem non accepiſtis; aut aliud Evangelium, quod non accepi-
ſtis; benè pateremini. Puto enim quia nihil minus feci vobis à cæteris
Apoſtolis.

XXXV. Hæc autem dixit, oſtendens omnes reliquos, qui
venerint, falſos Apoſtolos, doloſos operarios, transfigurantes
ſe in Apoſtolos Chriſti, *Et non mirum; ipſe enim Satanas transfi-*
Ibid. 14. *gurat ſe,* [3] *velut Angelum lucis. Quid ergo magnum, ſi & miniſtri*
ejus transfigurentur in miniſtros juſtitiæ: quorum finis erit ſecundùm
opera eorum? Indicat autem quales eſſent, & à quibus circumve-
niebantur. Volentibus autem Galatis ab Evangelio transferri ait,
Miror quòd ſic tam citò transferimini ab eo, qui vocavit vos, in aliud
Galat.1.6. *Evangelium, quod non eſt aliud: niſi ſunt qui vos conturbant, & vo-*
lunt [4] *avertere vos ab Evangelio Chriſti. Sed etiam ſi nos ipſi, aut*
Angelus de cælo vobis annuntiaverit, præterquam quòd traditum eſt
vobis,

1 Fortè, *in ſimul*. Vulgata, *ſimul*:

2 In Caſinenſi, *corrumpantur ſenſus veſtri à ſimplicitate*. Sed nos ex Vulgatâ ſupplevimus.

3 Ita & Cyprianus haud procul ab initio libri de Unitate Eccleſiæ, ac ſi in græco textu eſſet ὡς. Sed Vulgata, & Tertullianus pluribus in locis legunt, *In Angelum lucis*.

4 Meliùs Vulgata, adſtipulantibus Cypriano, Ambroſio, Hieronymo, & Auguſtino, *convertere Evangelium Chriſti*; licet Tertullianus adv. Marcionem lib.4.cap.5. *pervertere*, legiſſe videatur.

vobis, anathema ſit. Et rurſum ait, *Mihi infimo omnium*[1] *Apoſtolorum data eſt gratia hæc. Quæ enim deerant tribulationum Chriſti, in carne meâ adimpleo*. Et in alio rurſum loco profitetur, quia *Super cæteros Chriſti miniſter*, tanquam ſi poſtea omnino non ſit alius expectandus; jubet enim neque Angelum de cælo ſuſcipi. Et quomodo[2] de Perſida venientem Manem, & dicentem ſe eſſe Paraclitum, nos eſſe credimus? Ita enim agnoſco ex hoc, quòd unus iſte ſit ex illis, qui transformantur, de quibus manifeſtè vobis indicavit Vas electionis Apoſtolus Paulus dicens, *Quia in noviſſimis temporibus recedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus ſeductoribus, & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi mendacia*[3] *loquentes, cauteriatam habentes conſcientiam, prohibentium nubere, abſtinere ſe à cibis, quos Deus creavit*[4] *ad percipiendū cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognoverunt veritatem; quoniam omnis creatura Dei bona eſt, & nihil abjiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur*. Sed & Spiritûs Evangeliſta Matthæus diligenter ſignificavit Domini noſtri Jeſu Chriſti ſermonem, *Videte ne quis vos ſeducat; multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent. Quòd ſi etiam aliquis vobis dixerit, ecce hic eſt Chriſtus, aut ecce ibi, nolite credere. Exurgent enim falſi Chriſti,*[5] *& falſi Apoſtoli, & falſi Prophetæ, & dabunt ſigna magna, & prodigia, ita ut in errorem inducant, ſi poteſt fieri, etiam electos. Ecce prædixi vobis. Si dixerint vobis, ecce in deſerto eſt: nolite exire. Si dixerint vobis, in penetralibus; nolite credere*. Et poſt iſta omnia mandata, iſte nec ſignum quidem aliquod, aut prodigium ullum oſtendens, neque affinitatem aliquam habens; ſed ne in numero quidem Diſcipulorum poſitus, neque Defuncto noſtro obſecutus, cujus hereditate gaudemus; cùm neque ei languenti adſtiterit, non teſtis extiterit teſtamenti, imò potiùs cùm ne in notitiam quidem venerit eorum, qui obſecuti ſunt ægrotanti: poſtremò

cùm

Epheſ. 3. 8.
Coloſ. 1. 24.
II. Corinth. 11. 23.
I. Tim. 4. 1.
Matth. 24. 5. & 23.

1 Græcè eſt, *ἁγίων*, *Sanctorum*, ut habet Vulgata.

2 In Caſinenſi corruptus eſt hic locus, habet enim, *de Perſida venientem monet*; ſed legendum, *Manem*, vel *modò, &*.

3 In Vulgatâ juxta græcum textum eſt, *loquentium, habentium, prohibentium*. Aut igitur hic eodem modo legendum, aut corrigendum, *prohibentes*. Sed hanc lectionem antiqua etiam apud Tertullianum verſio improbat, quæ Vulgatæ hac in parte ſimilis eſt.

4 In Caſinenſi eſt, *ad perficiendum*. Sed Vulgatæ lectionem ſubſtituere ſatiùs viſum eſt.

5 Verba illa, *& falſi Apoſtoli*, ab interprete Archelai videntur adjuncta, explicationis causâ; nam nec in græco, nec in Vulgatâ, nec apud Cyprianum alioſque Patres leguntur.

cùm nullius prorſus accipiat teſtimonium, Paraclitum ſe eſſe vult credi; cùm etiam ſi ſigna, & prodigia faceres, falſum Chriſtum, & falſum Prophetam te reputari oporteret ſecundùm ſcripturas, & ideo convenit nos cautiùs agere, ſecundùm quod Beatus
Coloſ. 1. 23. Apoſtolus monet, dicens in epiſtolâ, [1] quam Coloſſenſibus ſcripſit, *Permanete in fide fundati, & radicati, & immobiles ab ſpe Evangelii, quod* [2] *audivimus, quod prædicatum eſt in omni creatu-*
Ibid. 2. 6. *râ, quæ ſub cælo eſt*. Et rurſum, *Sicut ergo accepiſtis Chriſtum Jeſum Dominum,* [3] *in ipſo ambulate, radicati, & fundati ſuper ipſum, confirmati, fide, ſicuti docti eſtis, abundantes in gratiarum actione. Videte ne quis vos* [4] *expoliet per philoſophiam, & inanem ſeductionem, ſecundùm elementa mundi, & non ſecundùm Chriſtum, quia in ipſo habitat omnis plenitudo deitatis*. Quibus omnibus ita diligenter expoſitis, Beatus Apoſtolus, velut pater filiis, addit tanquam ſignaculum quoddam teſtamenti dicens, *Certamen bonum certavi,*
II. Timoth. 4. 7. *circum cucurri, fidem ſervavi. De cætero repoſita eſt mihi juſtitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illâ die juſtus judex; non ſolùm autem mihi, ſed & omnibus, qui diligunt adventum ejus*.

XXXVI. Nullum ex nobis, ò Manes [5], Galatam facies, nec ita nos transferes à fide Chriſti; etiam ſi ſigna & prodigia facias, etiam ſi mortuos ſuſcites, etiam ſi imaginem nobis Pauli ipſius afferas, [6] anathema es Satana; præſcriptum eſt enim de te, præmoniti, & præſtructi ſumus à ſanctis Scripturis. Vas es Antichriſti, & neque bonum vas, ſed ſordidum & indignum, quod ille, ſicut aliquis barbarus, vel tyrannus, cùm in eos, qui ſub [7] legum iuſtitiâ degunt, conatur irruere, præmiſit priùs tanquam morti deſtinatum, ad explorandum quanta, & qualis ſit legitimi Regis virtus, ac populi: ipſe enim inopinatus irruere pertimuit, ſed neque alium ex neceſſariis viris mittere ullum auſus eſt, ne quid pateretur adverſi. Talem te nobis, ſub bono & ſancto Rege poſitis, velut

morti

1 Vocem, *Quam*, nos addidimus, ita ſenſu poſcente. Aut fortè, *ſcripta*, legendum.

2 In Vulgata, *Audiſtis*.

3 Ita Vulgata; in codice autem Caſinenſi legitur, *in ipſum*.

4 Caſinenſis codex, *expoliet, & per*, Cypr. initio libri de Bono Patientiæ habet, *Deprædetur per Philoſophiam*, Græcè eſt συλαγωγῶν, quod verbum Vulgata, *decipiat*, & Tertull. de Preſcrip. c. 7. *circumveniet*, interpretantur.

5 In eodem codice corruptiſſimè legitur, *Galatam facies vicit, ò noſtras feras*. Nos modicâ mutatione locum hunc reſtituere conati ſumus.

6 Et hic mirè depravatus eſt idem codex, in quo legitur, *Anathema eſſet ana*. An rectè nos emendaverimus, Doctorum eſto judicium. Vide etiam an corrigendum ſit, *Anathema es & maranatha*.

7 Vide an, *Regum*.

morti deſtinatum, Rex tuus præmiſit Antichriſtus. Et hæc quidem non inexplorata proloquor; ſed ex eo quòd nullam te video facere virtutem, ita de te ſentio. Illum enim & in Angelum lucis tranſformandum, & miniſtros ejus tales adventuros prænoſcimus, & ſigna & prodigia facturos, ita ut, ſi poſſibile ſit, etiam electi ſeducantur. Quis ergo es tu, qui neque neceſſariũ aliquem locum ſortitus es à patre tuo Satana? Nam quem mortuum ſuſcitas, quod profluvium ſanguinis ſiſtis, [1] quos luto cæci oculos illinitos videre facis? Quando eſurientem turbam paucis panibus reficis? Vbi ſuper aquas incedis, aut quis te vidit ex his, qui in Hieruſalem habitant? Perſa barbare, non Græcorum linguæ, non Ægyptiorum, non Romanorum, non ullius alterius linguæ ſcientiam habere potuiſti; [2] ſed Chaldęorum ſolùm, quæ ne in numerum quidem aliquem ducitur; nullum aliũ loquentem audire potes. Non ita Spiritus Sanctus, abſit hoc malum, ſed omnibus dividit, & omnia linguarum genera novit, & agnoſcit univerſa, & omnibus omnia efficitur, ita ut eum etiam cordis cogitata non lateant. Quid enim dicit Scriptura? quia unuſquiſque propriâ ſuâ linguâ audiebat per Paraclitum Spiritum loquentes Apoſtolos? *Act. 2. 6.* Sed quid ampliùs [3] dicabo? Barba Sacerdos Mithræ, & colluſor, ſolem tantùm coles Mithram [4] locorum myſticorum illuminatorem, ut opinaris, & conſcium, hoc eſt quod apud eos ludes, & tanquam elegans mimus perages myſteria. Verùm quid ego hæc indignanter accipio? Nonnè oportet te multiplicari tanquam zizania, uſquequo ille ipſe magnus pater tuus adveniat, ſuſcitans mortuos, penè uſque ad gehennam omnes perſequens, qui ſibi obtemperare noluerint, plurimos deterrens arrogantiæ metu, quo eſt ipſe circundatus, aliis adhibens minas, vultûs ſui converſione & circunductione ludificans: ſed ultrà non proficiet; inſipientia enim ejus

1 In Caſinenſi, *Quod luto.*

2 Chaldæorum ſiquidem linguam Syriacæ dialectum eſſe tradit Abulfaragius in Hiſtoriâ Dynaſtiarum pag. 11.

3 Ita in codice Caſinenſi, quod tamen nonnulli fortaſſe emendandum putarent hoc pacto, *Quid ampliùs dicam? Barbare.* Sed fieri poteſt, ut verbo *dicare* uſus ſit rudis interpres pro contendere, dicam trahere, vel dicacem eſſe.

4 Quæ ſequuntur noſtris conjecturis emendavimus; nam in Caſinenſi codice hic mirè corrupto ſcribitur, *locorum myſteriorum illuminatorem.* Mox, *apud eos ludis.* Et infra, *adveniat? ſuſcitans mortuos? penè vſque ad gehennam omnes perſequens, qui ſi ut obtemperare noluerit, plurimos deterrens arrogantiæ metu. Quod eſt ipſe circundatus, aliis adhibet minas vultûs ſui converſione circundatio ludificat. Sed &c.* Manes autem tanquam Mithrę Sacerdos traducitur, quia ſolem venerabantur Manichæi, ut alibi oſtendo.

II. Timoth. ejus omnibus pervulgata erit, ſicut Iamnes, & Mambres. Judi-
3. 8. ces dixerunt, Sicut ex te comperimus, tanquam Apoſtolo Paulo dicente, inſuper etiam ab Evangelio præſcribente [1] nulli alii æquè in poſterum præbetur ingreſſus ad prædicandum, vel docendum, vel ad evangelizandum, vel prophetandum in hac vitâ duntaxat, niſi fortè falſus Propheta habeatur, aut falſus Chriſtus.
I.Cor.13.9. Vnde cùm dixeris in Paulo fuiſſe Paraclitum, & ipſum omnia conſignaſſe, quare dixit, *Ex parte ſcimus, & ex parte prophetamus; cùm autem venerit, quod perfectum eſt, id quod ex parte eſt deſtruetur?* Quem alium expectans, hoc dixit? Quòd ſi ipſe confitetur expectare ſe aliquem perfectum; & ſi venire aliquem neceſſe eſt, oſtende nobis de quo dicat? ne fortè in hunc videatur iſte ſermo recurrere, aut in eum, qui miſit illum, Satanam, ſicut tu dicis. Si enim confiteris venturum eſſe, quod perfectum eſt, non poteſt eſſe Satanas; ſi autem Satanam expectas, non poteſt eſſe perfectum.

XXXVII. Archelaus dixit. Quoniã non ſine Deo dicta ſunt, quæ à Beato Paulo prolata ſunt, certum eſt, quòd Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum dixerit expectandum eſſe perfectum, qui ſolus Patrem novit, & cui voluerit revelare, ſicut poſſum ex verbis ipſius demonſtrare. Sed quia, cùm venerit quod perfectum eſt, deſtruetur id quod ex parte eſt; iſte verò ſeſe aſſeverat eſſe perfectum, quid deſtruxit oſtendat: quod enim deſtruetur, ignorantia eſt, quæ in nobis eſt. Dicat igitur, quid deſtruxit, quid in notitiam protulit? Si quid facere poteſt, faciat, ut credi ei poſſit? Sermo verò iſte, quantam habeat virtutem, ſi potuerit diligenter intelligi, ita demum credi poterit his, quæ à me fuerint aſſerta. Igitur in primâ ad Corinthios epiſtolâ hæc dicit Paulus
I.Cor.13.8. de perfecto, qui venturus eſt, *Sive Prophetiæ deſtruentur ſive linguæ ceſſabunt, ſive ſcientia deſtruetur; ex parte enim ſcimus, & ex parte prophetamus. Cùm autem venerit quod perfectum eſt, id quod ex parte eſt, deſtruetur.* Vide ergo quantã in ſeſe habeat virtutem, quod perfectum eſt, & cujus ſit ordinis iſta perfectio. Dicat autem iſte quã deſtruxerit prophetiã Judęorum, ac Hebræorum,[2] ſeu linguas ceſſare fecit Gręcorum, aut eorũ, qui idola colunt, vel quæ alia dogmata deſtruxit, Valentiniani, aut Marcionis, aut Tatiani, aut Sabellii, cæterorumq; qui propriam ſibimet ipſis ſcientiã compoſuerunt.

1 In Caſinenſi eſt, *nulli alio aq; poſterum*, quem cum editum eſt legendum cenſui.

2 In Caſinenſi eſt, *ſed*, prava lectio.

runt. Quem horum deſtruxit dicat, aut quando deſtruet, quaſi perfectus? Inducias fortaſſis aliquas quærit? [1] Non planè, non tam obſcurè, & ignobiliter adveniet ille, qui perfectus eſt, ideſt, Jeſus Chriſtus Dominus noſter. Sed ſicut Rex adveniens ad urbem ſuam, præmittit primò [2] Protectores ſuos, ſigna, dracones, labaros, Duces, Principes, Præfectos, & univerſa continuò commoventur, aliis verò metuentibus, aliis verò gaudentibus pro expectatione Regis; ita & Dominus meus Jeſus, qui eſt verè perfectus, adveniens præmittit in primo gloriam ſuam, incontaminati atque immaculati regni prædicatores ſacratos, & tunc univerſa creatura commovebitur, & conturbabitur, ſupplicans, atque obſecrans, uſquequo eam à ſervitute liberet. Humanum verò genus metuat neceſſe eſt, [3] & quamplurimùm conturbetur, pro eo quòd multa delicta commiſerit; ſoli verò juſti lætabuntur, expectantes quæ ſibi promiſſa ſunt, nec ultrà mundanarũ rerum ſubſtantia permanebit, omnia deſtruentur, ſive prophetiæ, ſive horum libri, ſive linguæ totius generis ceſſabunt, eo quòd ultrà non egeant ſolliciti eſſe homines, & cogitare de his, quæ ad vitam neceſſaria ſunt, ſive ſcientia quorumcunq; doctorum etiam ipſa deſtruetur: nihil enim horum ſufferre poterit magni illius Regis adventum. Sicut enim parva ſcintilla ad ſplendorem ſolis admota aſſumitur, illico non apparet; ita univerſa creatura, omnis prophetia, cuncta ſcientia, univerſæ linguæ, ſicut ſuperiùs diximus, deſtruentur. Sed quia cæleſtis Regis præſentiam paucis verbis, & fragilibus, & valde infirmis exponere non valet humana natura, ut fortaſſe Sanctorum debeat eſſe, & valde dignorum de ipſo aliquid enarrare; tamen neceſſitatis causâ, iſta me ſufficit protuliſſe, hujus importunitate compulſum, ut iſtum vobis qualis eſſet oſtenderem.

XXXVIII. Et ego quidem beatifico Marcionem, & [4] Valentinianum, ac Baſilidem, alioſque hæreticos, [5] ſic ut iſtius comparatione, qui velut intellectu aliquo uſi ſunt, qui videntur ſibi omnem

1 Codex Caſinenſis, *Non planè nota*. Sed omiſſas ab oſcitante librario lineolas cenſui, quæ vocalibus ſuperpoſitæ conſonantes deſignarent.

2 De his latè poſt Gothofredum Ducangius in Gloſſario.

3 In codice Caſinenſi, *& cumplurimùm conturbetur*.

4 Valentinianum vocat, quem alii Valentinum nominant, celebrem Apoſtolicorum temporum hereſiarcham.

5 In codice Caſinenſi eſt, *ſicut iſtius paratione*. Sed legendum, *ſic ut iſtius comparatione*. Archelaus enim beatos facit Marcionem, alioſque hæreticos, non quòd ita de illis ſentiendum ſit; ſed quòd Maneti inſaniſſimo comparati, minùs errare deprehendantur.

omnem Scripturam poſſe intelligere, & [1] ita ſe ductores ſtatuerunt iis, qui ſe audire voluiſſent; nullus tamen ipſorum auſus eſt Deum ſe prædicare, vel Chriſtum, vel Paraclitum, ſicut iſte, qui aliquando quidem de ſeculis diſputat, aliquando de ſole, quomodo facta ſint, tanquam major ipſe ſit eorum: omnis enim, qui de aliquo exponit quomodo factus ſit, majorem ſe, & antiquiorem oſtendit eſſe, quàm eſt ille, de quo dicit. Quis autem & de ſubſtantiâ Dei dicere audeat, niſi fortè ſolus Dominus noſter Jeſus Chriſtus? Quæ quidem ego non ex meis verbis aſtruo, ſed Scripturæ, quæ nos edocuit, auctoritate confirmo; quoniam quidem & Apoſtolus dicit ad nos, *Vt ſitis ſicut luminaria in hoc mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in diem Chriſti, quoniam non in vacuum cucurri, nec in vacuum laboravi*. Intelligere debemus quæ ſit vis, & ratio ſermonis hujus; verbum enim Ducis obtinet locum, [2] opera verò Regis. Sicut ergo aliquis Regi ſuo adventanti, omnes, qui ſub curâ ſuâ ſunt, ſtudet obedientes, paratos, & charos, hilareſque oſtendere, ac devotos, ſed etiam innocentes, ac bonis omnibus abundantes, ut ipſe laudem conſequatur à Rege, & majore ab eo honore dignus habeatur, tanquam benè gubernatâ, quæ ſibi eſt commiſſa, prouinciâ. Ita & Beatus Paulus dicit ad nos, *Vt ſitis velut luminaria in hoc mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam ipſius in diem Chriſti*. Scilicet quòd Dominus noſter Jeſus Chriſtus veniens, videat profeciſſe doctrinam ejus in nobis, & quia non in vacuum cucurrit, nec in vacuum laboravit, retribuat ei debitam coronam. Et rurſus quoque in eâdem epiſtolâ commonet nos, ne terrena ſapiamus, ſed converſationem noſtram debere eſſe in cælis; unde & ſalvatorem expectamus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Et quoniam nobis non eſt tutum ſcire vltimam diem, deſignavit in epiſtolâ, quam ſcribit ad Theſſalonicenſes, *De temporibus autem, & momentis, Fratres, non habetis opus, ut aliquid vobis ſcribam; ipſi enim diligenter ſcitis, quia dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet*. Et quomodo nunc adſtat iſte perſuadens, & rogans unumquenque Manichæum effici, & circumvenit, & ingreditur domos, decipere quærens animas oneratas peccatis? Sed nos non ita ſentimus, quin

Philip. 2. 15. — *Ibid.* — *Ibid. 3. 19.* — *1. Theſſal. 5. 1.*

1 Caſinen. *ita ſeductores ſtatuerunt, qui*

2 Cur hæc cum præcedentibus non cohæreant, Vide præfationem noſtram in Archelao. Senſus autem eſſe videtur, ſolius Regis, perfecti, videlicet, illius, qui expectatur, opus eſſe, hominum ignorantiam, ut antea dixit, penitus deſtruere, quod non præſtiterat Manes.

quin potiùs res ipſas proferamus in medium,& conferamus, ſi placet, ad perfectum Paraclitum. Videtis enim quia interdum pœnitet, interdum interrogat, nonnunquam deprecatur. Sed ſcriptum eſt in Evangelio Salvatoris noſtri, quia & illi, qui à ſiniſtris Regis aſſiſtunt, dicent, *Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut nudum, aut peregrinum, aut* [1] *in carcere, & non miniſtravimus tibi?* rogantes ut ſibi indulgeret; ſed quid illis reſpondit juſtus judex Rex? *Diſcedite à me in ignem æternum operarii iniquitatis.* Abjecit eos in æternum ignem, cùm illi rogare non ceſſent. Vides ne quid ſit perfecti Regis adventus? non talem, qualem tu aſſeris perfectionem. Quòd ſi poſt ipſum expectandus eſt magnus judicii dies, multò utique hic illo inferior eſt. Quòd ſi inferior erit, perfectus non erit. Si perfectus non erit, non de ipſo dicit Apoſtolus. Quòd ſi non de ipſo dicit Apoſtolus, iſte autem de ſe dictum eſſe mentitur, pſeudopropheta utique judicandus eſt. Sed & multa alia horum ſimilia dici poſſunt, quæ ſi omnia perſequi velimus, nullum nobis tempus ad omnia explenda ſufficiet. Unde abundare exiſtimavi de multis pauca dixiſſe, reliquas partes tractatûs hujus exequi volentibus derelinquens.

Mat.25.44.

Luc.13.27.

XXXIX. His auditis dederunt gloriam Deo immenſam, & ipſo dignam; Archelaum verò multis honoribus affecerunt. Tunc Marcellus aſſurgens, & [2] ſtolas exuens, circundat Archelaum, atque oſculis eum defixus amplectitur, & inhæret. Tunc verò infantes, qui fortè convenerant,primi in Manem pellere, ac [3] fugere cæperunt, quos turba reliqua inſecuta,concitavit ſe ad effugiendum Manem. Quod cùm pervidiſſet Archelaus, elevatâ in modum tubæ voce ſuâ, multitudinem cupiens cohibere, ait, ceſſate,Fratres dilecti, ne fortè rei ſanguinis inveniamur in die judicii; ſcriptum eſt enim de talibus, quia *Oportet & hæreſes eſſe inter vos,ut qui probati ſunt, manifeſti fiant inter vos.* Et his dictis, ſedatæ ſunt turbæ. Quoniam verò placuit Marcello diſputationem hanc excipi atque deſcribi, contradicere non potui, confiſus de benignitate legentium, quòd veniam dabunt, ſi quid imperi-

I.Cor.11.19.

1 Ita Vulgata juxta græcum textum, Cyprianus lib. de Opere & Eleemoſynis aliique. Caſinenſis tamen habet, *in carcerem.*

2 Fortè, *ſtolam.*

3 *Fugere,* & *effugere,* pro, fugare, in fugam conjicere, ſuo loquendi more dicit antiquus interpres.

peritum, aut ruſticum ſonabit oratio; hoc enim tantùm eſt, quod ſtudemus, ut rei geſtæ cognitio ſtudioſum quenque non lateat. Tunc ergo, cùm effugiſſet Manes, nuſquam comparuit. Turbo verò miniſter Archelao traditur à Marcello, quem cùm Diaconum Archelaus ordinaret, in Marcelli contubernio perſeveravit. Manes autem fugiens advenit ad quendam vicum longè ab urbe poſitum, qui appellabatur Diodori. Erat autem Præsbyter loci illius nomine, & ipſe [1] Diodorus, quietus & mitis, fidei ac famæ bonæ valde, & cùm quadam die Manes, congregatâ turbâ, [2] concionaretur, ac peregrina quędam, & aliena à paternâ traditione populo, qui aſtabat, aſſereret, nullum omnino ex his formidans, quòd ſibi poſſet obſiſtere, Diodorus videns proficere ejus nequitiam, deliberat Archelao mittere epiſtolam, continentem hæc.

[3] *ARCHELAO EPISCOPO DIODORUS S. D.*

XL. SCIRE te volo, religioſiſſime Pater, quoniam advênit quidam in diebus iſtis, nomine Manes, ad loca noſtra, qui novi teſtamenti doctrinam ſe adimplere promittit. Et quidem erant quædam in his, quæ ab eo dicebantur, noſtræ fidei; quædam verò aſſerebat longè diuerſa ab iis, quæ à noſtrâ [4] paternâ traditione deſcendunt. Interpretabatur enim quædam alienè, quibus etiam ex propriis addebat, quæ mihi valde peregrina viſa ſunt, & infida. Pro quibus etiam permotus ſum ſcribere hæc ad te, ſciens doctrinæ tuæ perfectum, & pleniſſimum ſenſum, quoniam latere te horum nihil poteſt; & ideo confiſus ſum ad explananda nobis hæc, invidiâ te non poſſe prohiberi. Quàmvis nec ego quidem in alterum aliquem inclinari potuerim ſenſum, tamen propter ſimplices quoſque, tuæ auctoritatis compulſus

1 Neſcio quo pacto Diodorum hunc Tryphona vocet Epiphanius in hac Manichæorum hær. num, 11.

2 In Caſinenſi codice, *continuaretur*.

3 Meminit hujus epiſtolæ Epiphanius in hac hereſi num. 11. ejuſque argumentum, non autem verba, ut Petavius interpretatur, breviter refert. In titulo hujus epiſtolæ vox, *ſalutem*, deeſt in codice Caſinenſi, ſed literam, *ſ*, eam vocem indicantem, repetere neglexit librarius, eo quòd in fine præcedentis vocis exiſtat.

3 Videant hæretici quàm clarè tam hic, quàm infrà Diodorus antiquas Eccleſiæ traditiones ſequendas amplectendaſque eſſe declaret.

pulſus ſum implorare ſermonem. Re verâ enim vir valde vehemens tam ſermone, quàm opere, ſed & aſpectu ipſo, atque habitu apparet. Sed & pauca quædam, quæ retinere poſſum ex iis, quæ ab eo dicta ſunt, ſcribo tibi, ſciens quia ex iis etiam reliqua intelliges. Noſti quia morem hunc habent, qui dogma aliquod aſſerere volunt,ut quęcunq; voluerint de Scripturis aſſumere, hęc propenſiùs ſui intelligentiâ depravent. Sed hoc præveniens Apoſtolicus denotat ſermo dicens, *Si quis vobis annuntiaverit præter quod accepiſtis, anathema ſit.* Itaque poſt hæc, quæ ſemel ab Apoſtolis tradita ſunt, ultrà non oportet quicquam aliud ſuſcipere diſcipulum Chriſti. Verùm ne ſermonem longiùs protraham, ad propoſitum redeo. Legem Moyſi, ut breviter dicam, dicebat hic non eſſe Dei boni, ſed maligni Principis, nec habere eam quicquam cognationis ad novam legem Chriſti; ſed eſſe contrariam & inimicam, alteram alteri obſiſtentem. Ego audiens, dicebam eis ſermonem Evangelicum, quomodo dixit Dominus noſter Jeſus Chriſtus, *Non veni ſolvere legem, ſed adimplere.* Ille verò ait, nequaquam eum hunc dixiſſe ſermonem; cùm enim ipſam inveniamus eum reſolviſſe legem, neceſſe eſt nos hoc potiùs intelligere, quod fecit. Deinde cæpit dicere plurima, ex lege, multa etiam de Evangelio, & Apoſtolo Paulo, quæ ſibi videntur eſſe contraria, quæ etiam cum fiduciâ dicens, nihil pertimeſcit; credo quòd habeat adjutorem draconem illum, qui nobis ſemper inimicus eſt. Dicebat ergo quòd ibi dixerit Deus, Ego divitem, & pauperem facio; hìc verò Jeſus beatos diceret pauperes. Addebat etiam, quòd nemo poſſit ejus eſſe diſcipulus, niſi renuntiaret omnibus, quæ haberet: ibi verò Moyſes, argentum & aurum ab Ægyptiis ſumens, cum populo fugiſſet ex Ægypto: Jeſus autem nihil proximi deſiderandum eſſe præcepit. Deinde quòd ille oculum pro oculo, dentem pro dente in lege caviſſet expendi; noſter verò Dominus percutienti unam maxillam, juberet etiam alteram præparari. Quòd ibi Moyſes eum, qui ſabbato opus feciſſet, & non permanſiſſet in omnibus, quæ ſcripta ſunt in lege, puniri,lapidarique præcepit, ſicut factum eſt ei, qui adhuc ignorans in ſabbato faſcem ligni collegerat; Jeſus verò in ſabbato etiam lectum portare præcepit à ſe curato; ſed & Diſcipulos in die ſabbati vellere ſpicas, ac manibus confricare

Galat. 1. 8.
Mat. 5. 17.
Prou. 22. 2.
Matth. 5. 3.
Luc. 14. 33.
Exod. 12. 35.
Exod. 21. 24
Luc. 6. 29.
Num. 15. 32.
Marc. 2. 5.
Luc. 6. 1.

care non prohibet, quod ſabbatis utique non licebat fieri. Et quid plura dicam? multis & variis aſſertionibus hujuſcemodi dogmata ab eo ſummo niſu, atque ſummo ſtudio affirmabantur. Nam ex auctoritate Apoſtoli Moyſi legem, legem eſſe mortis conabatur aſſerere; Jeſu verò legem, legem eſſe vitæ, per id quod ait,
II. Cor. 3. 6. *In quo & idoneos nos* [1] *faciat Deus miniſtros novi teſtamenti, non literâ, ſed Spiritu. Litera enim occidit, Spiritus autem vivificat. Quòd ſi* [2] *miniſterium mortis in literis, formatum in lapidibus, factum eſt in gloriâ, ita ut non poſſent intendere filii Iſraël in faciem*
Exod. 34. 35. *Moyſi propter gloriam vultûs ejus, quæ* [3] *deſtruetur; quomodo non magis miniſterium Spiritûs erit in gloriâ? Si enim miniſterium damnationis gloria eſt, multò magis abundabit miniſterium juſtitiæ ad gloriam. Neque enim glorificatum eſt, quod glorioſum factum eſt in hac parte, propter eam, quæ ſupereminet, gloriam: ſi enim quod deſtruetur per gloriam eſt, multò magis, quod manet, in gloriâ eſt.* Sed hoc quidem, ſicut ipſe noſti, in ſecundâ ad Corinthios epiſtolâ. Addit autem ex primâ epiſtolâ, terrenos eſſe dicens diſcipulos veteris teſtamenti, & animales, & ideo carnem & ſanguinem regnum
I. Cor. 15. 50. Dei poſſidere non poſſe. Ipſum quoque Paulum ex propriâ ſuâ
Gal. 2. 18. perſonâ dicebat aſſerere id quod ait, *Si ea, quæ deſtruxi, iterum ædifico, prævaricatorem me æſtimo.* Sed & illud eundem ipſum evi-
Rom. 2. 28. dentiſſimè de carnis reſurrectione dixiſſe, non eſſe Judæum, qui in manifeſto eſt, neque quæ in manifeſto, in carne, eſt circumciſio, neque ſecundùm literam, legem quicquam utilitatis reti-
Rom. 4. 2. nere. Et rursùm quòd Abraham habet gloriam, ſed non apud
Ibid. 3. 20. Deum. Tantummodo agnitionem peccati per legem fieri. Sed & alia multa, legi obtrectans, inſerebat, eo quòd lex ipſa peccatum ſit, in quibus ſimplices quique, dicente eo, movebantur; &
Joan. 1. 29. uſque ad Joannem igitur ajebat lex, & Prophetæ. Ajebat autem Joannem regnum cœlorum prædicare; [4] nam & per abſciſſionem capitis ejus hoc eſſe indicatum, quòd omnibus prioribus & ſuperioribus ejus abſciſſis, poſteriora ſola ſervanda ſint. Ad hæc igitur nobis, ò religioſiſſime Archelae, paucis reſcribe; audivi enim

non

1 Vulgata. *fecit Deus*, quod magis græco textui conſonum eſt.

2 Vulgata, *Miniſtratio mortis, literis deformata in lapidibus*; ſed noſtri interpretis lectio magis ad ſenſum græci, quo nunc vtimur, textûs accedit.

3 Infrà cap. 42. habet, *aboletur*.

4 In Caſinenſi, *nam & abſciſſionem*, omiſsâ, ut patet, præpoſitione *per*. Sed & legi poteſt, *abſciſſione*.

non mediocriter tibi eſſe in talibus ſtudium; Dei enim donum eſt, idcirco quòd dignis, & amicis ſuis, ſibique propoſiti ſocietate conjunctis, Deus donat hæc munera. Noſtrum enim eſt propoſitum [1] præparare, & proximos fieri benignę, ac diviti menti, & continuò ab eâ largiſſima munera conſequimur. Quoniam ergo in iis voto & propoſito meo ſermonis non ſufficit eruditio (idiotam enim me eſſe confiteor) ad te miſi, ſicut ſæpiùs dixi, quæſtionis hujus ſolutionem pleniſſimam recepturus. Incolumis mihi eſto, Pater incomparabilis, & honorabilis.

XLI. Acceptâ hac epiſtolâ Archelaus admiratus eſt hominis audaciam; ſed interim Diodori allegationibus, ut res ſuadebat celerem dare reſponſum, continuò ſcripſit hoc modo.

[2] *ARCHELAUS DIODORO PRÆSBYTERO FILIO HONORABILI Salutem.*

Acceptis literis tuis, valde gaviſus ſum, Dilectiſſime. Cognovi autem, quòd vir iſte, qui ante hos dies ad me venerat, & ſcientiam, aliam præter eam, quæ Apoſtolica eſt, & Eccleſiaſtica, introducere cupiebat, ad te quoque venerit; quem quidem ego non admiſi, in præſenti enim nobis diſputantibus confutatus eſt. Et velim quidem omnia, quæ à me dicta ſunt, ſcribere tibi, ut ex his agnoſceres fidem ejus; ſed quia de vacanti [3] fieri poterit hoc, nunc, quòd inſtat, paucis reſpondere tibi neceſſarium duxi, ad ea quæ mihi ſcripſiſti, quòd ab illo dicerentur. Erat ergo ei [4] ſummum ſtudium, legem Moyſi oſtendere non eſſe conſonantem legi Chriſti, & hæc ex noſtris Scripturis aſſeverare tentabat. Nos verò ex eâdem ipſâ ſcripturâ non ſolùm confirmavimus legem Moyſi, & omnia, quæ in eâ ſcripta ſunt; verùm etiam omne vetus teſtamentum conveni-

re

1 In Caſinenſi codice legitur, *preparar et proximus fieri benignæ hac diviti menti*. Et infrà, *Idiotam me eſſe confiteor*. Sed ita emendandum eſſe, uti editum eſt, nemo, ut arbitror, inficias iverit.

2 Hanc Archelai epiſtolam, cum ſubſequentibus nonnullis uſque ad caput 46. hujus operis edidit pariter ex codice Bobienſi Valeſius, cujus varias lectiones adnotamus.

3 Cod. Bobienſis, *fieri poteſt*.

4 Cod. Bobienſis, *ſuum ſtudium*.

re novo teſtamento, & conſonare probavimus, unumque eſſe textum, tanquam ſi una veſtis videatur [1] ex ſubtegmine, atque ſtamine eſſe contexta. Hoc ſolùm, quòd veluti purpuram videmus in veſte, novum teſtamentum[2] in texturâ veteris teſtamenti; [3] gloriam enim Domini in eodem ſpeculamur. Non ergo abjiciendum eſt [4] ſpeculum, cùm nobis ipſam imaginem rerum ſimilem, veramque [5] demonſtret; quin potiùs, & eò ampliùs honorandum eſt. Sed & puerum [6] qui ad Doctores à pędagogo perducitur, cùm adhuc parvulus eſt, nunquid cùm ad ætatem pervenerit [7] dehonorare [8] oportet pædagogum, propterea quòd jam operâ ejus non indiget, & poteſt ſolus jam ſine ejus adminiculo ad ſcholas pergere, atque ad auditoria properare? [9] Aut rurſum parvulus, qui lacte nutritus eſt, cùm profecerit ad validiores cibos, cum injuriâ debet abjicere, atque exhorreſcere nutricis mammillas? quin potiùs veneratur & colit, & beneficii ſui [10] debitor fatetur. Aliud etiam, ſi videtur, [11] adhibemus exemplum. Homo quidam projectum in terram cùm vidiſſet infantem, & jam vehementer afflictum, [12] collegit eum, & nutrire apud ſe cæpit, uſquequo ad ætatem adoleſcentiæ perveniret, toleravitque omnes, [13] qui evenire ſolent nutritoribus, labores. [14] Accedit verò poſt tempus is, qui naturalis ei fuerat pater, requirere puerum, & invenit eum apud illum, qui nutrierat. Quid faciat hic puer, patre cognito? de juſto enim puero mihi ſermo eſt. Nonnè multis donis munerato eo, qui ſe educaverat, ſequitur naturalem [15] patrem pro reſpectu hereditatis? Ita mihi intelligendum eſt magnificum Dei famulum Moyſen [16] inveniſſe populum afflictum ab Ægyptiis, quem aſſum-

1 In Caſinenſi eſt, *ex ſubtemine, & quæ ſtamine*. Sed nos Bobienſis cod. lectionem meliorem eſſe cenſuimus.

2 Codd. Caſin. & Bob. *in texturam*.

3 Corruptus eſt hoc in loco Bobienſis codex, quem non rectè Valeſius correxit.

4 Caſinenſis non rectè, *ſpeculum nobis per ipſam imaginem*. Sed melior alia Bobienſis codicis lectio, quam ſecuti ſumus.

5 Bobienſis, *demonſtrarit*.

6 Et hic melior Bobienſis codicis lectio; nam Caſinenſis habet, *qui à doctore iis à pædagogo*.

7 Codex Bobienſis, *dehoneſtare*.

8 Codex Caſinenſis, *oportet, & pædagogum, propter quod ore ejus non indiget*. Et paulò poſt, *atque plauditoria properare*. Sed nos Bobienſis codicis lectionem expreſſimus.

9 Bobienſis, *Ut rurſum*.

10 Caſinenſis, *debitorem*. Fortè, *& beneficii ſe debitorem fatetur*.

11 Bobienſis, *adhibeamus*.

12 Idem codex, *colligit, & nutrire apud ſe quærit*.

13 Idem codex, *qui venire ſolent nutricibus labores*.

14 Idem codex, *Accidit verò poſt tempus, ut is qui &c. requireret puerum, & inveniret eum*.

15 Codex Bobienſis, *patrem proſpectu*. Et mox, *mihi intellige magnificum*.

16 Malè Caſinenſis, *veniſſe*.

aſſumptum nutriebat in deſerto [1] tanquam pater, docebat ut magiſter, regebat ut rector. Conſervavit populum, uſquequo veniret cujus eſt; & poſt aliquantum tempus adveniens pater, oves recepit. Nonnè per omnia honorabitur quidem ab eo, cui tradidit gregem; gloriabitur verò ab iis, qui ab eo conſervati ſunt? Quis igitur ita mentis inſanæ eſt, ò dilectiſſime Diodore, ut alienos à ſe dicat eos, qui inter ſe conjuncti ſunt; qui pro ſe invicem prophetarunt, [2] qui æqualia, & ſibi ſimilia, atque cognata, imò potiùs germana ſigna, ac prodigia demonſtrarunt? Et primò quidem Moyſes ad populum dixit: *Prophetam vobis ſuſcitabit Dominus Deus noſter ſicut me*. Jeſus deinde ait, de me enim Moyſes locutus eſt. [3] Vides quomodo dexteras ſibi invicem tradunt, [4] quamvis alter Propheta, alter verò Filius ſit dilectus; alter fidelis famulus, alter verò Dominus agnoſcatur. Sed & quondam, volens quis ſine pædagogo ire ad ſcholas, non ſuſcipitur à magiſtro dicente, non eum ſuſcipiam, niſi acceperit pędagogum. Quis ſit autem, de quo dicimus, breviter exponam. Homo quidam erat dives, gentiliter vivens, in multâ luxuriâ quotidie degens, alius verò pauper erat vicinus ejus, qui ne quotidianum quidem cibum [5] poterat invenire. Accidit utrunque vitâ diſcedere, & in infernum deſcendere, & pauperem mitti in locum requiei, & reliqua, quæ noſti. Veruntamen erant divitis fratres quinque, [6] ea quæ & ipſe egerat, agentes, ſine dubio quæ domi à tali magiſtro didiciſſent. Rogavit dives ſimul uno tempore, ut ediſceret majorem doctrinam; Abraham verò ſciens, quoniam adhuc indigent pædagogo, ait ei, habent Moyſen, & Prophetas. Si enim illos non ſuſceperint, ut ab eo velut pędagogo gubernentur; non poterunt majoris magiſtri capere doctrinam.

Deuter. 18. 18.

Luc. 16. 19.

XLII. Sed & de aliis ſermonibus, ut potero, exponam, ideſt, quòd non contraria Moyſi locutus eſt Jeſus, [7] aut fecit. Primùm quòd ait oculum pro oculo, dentem pro dente, [8] hoc juſtum eſt;

quòd

1 Bobienſis habet, *tanquam pater educabat. Vt magiſter regebat & conſervabat populum &c. Et cùm poſt aliquantum tempus adveniens pater proprias oves recepit.*

2 Codex Bob. *qui æqualia, atque cognata*. Mox, *ad populum; Prophetam*.

3 Malè Caſinenſis codex, *Unde*.

4 Malè Caſinenſis, *quam*.

5 Codex Bobienſis, *poteſt*, mala lectio.

6 Codex Bobienſis, *& ea quæ ipſe geſſerat agentes*. Et infrà, *uno tempore diſcere majorem doctrinam ab Abraham. Abraham verò*.

7 Malè Caſinenſis, *autem fecit*. At in Bobienſi codice ſequitur, *Primùm quidem, quod ait*.

8 Codex Bobienſis, *in hoc*.

quòd autem cæſum præſtare jubet & alteram maxillam, [1] hoc bonitas eſt. Nunquid juſtitia bonitati contraria eſt? Abſit; profectus autem eſt de juſtitiâ ad bonitatem. Et rurſus, Dignus eſt operarius mercede ſuâ. Quòd ſi voluerit quis fraudem facere, [2] exigi ab eo illa, quæ per fraudem interceperat, juſtiſſimũ eſt, maximè cùm multa ſit merces. Hoc autem dico, quando Ægyptii affligebant filios Iſraël per operum compulſores in fingendis lateribus, quòd cum ſuppliciis Moyſes totum pariter intra unum momentum temporis exegit. [3] Nunquid hoc iniquitas appellanda eſt? Abſit. Illa ſanè bonitatis eſt [4] abſtinentia, cùm vtitur quis frugaliter, renuntians omnibus, quæ ſuperflua ſunt. [5] Quòd verò in veteri teſtamento dictum eſt. Ego divitem facio, & pauperem; Jeſus verò beatificat pauperes, non dixit [6] ſecularis ſubſtantiæ pauperes, ſed pauperes ſpiritu, ideſt, qui non ſuperbiâ [7] inflammantur, ſed humilitate [8] ſe mitigant, & inclinant, non plus ſapientes, quàm oportet ſapere. Quam quidem adverſarius quæſtionem non competenter aptavit. Hìc enim video & Jeſum libenter intuentem diuitum munera, cùm in gazophylacio [9] offeruntur; & parum hoc eſt, ſi à ſolis divitibus in gazophylacio munera [10] offeruntur; imò verò etiam duo minuta pauperculæ viduæ libenter ſuſcipiuntur, in quo ampliùs aliquid, quàm quod Moyſes præceperat de ſuſcipiendâ pecuniâ demonſtratur. Ille enim [11] ab his, qui habebant, accipiebat; hic autem accipit etiam ab his, qui non habent. Sed ait, ſcriptum eſt, *Niſi quis renuntiaverit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Rurſum video Centurionem valde divitem, & ſeculari præditum poteſtate fidẽ habere pluſquàm [12] omnem Iſraëlitam; ut ſi quis fuit, etiam qui renuntiaverat, à Centurione ſuperatur in fide. [13] Sed dicet nobis quis, non eſt ergo bonum renuntiare divitiis. Bonum, inquam.

Luc. 14. 33.
Matt. 8. 10.

1 In Bobienſi codice hic plura verba deſunt; habet enim, *hoc bonitas eſt. Abſit.*

2 Codex Bobienſis, *& exigi ab eo illa, quæ fraude interceperat.* Caſinenſis verò, *exige ab eo illa quæ fraudem interceperat.* Nos ex utroque codice meliorem lectionem conflavimus.

3 Bobien. *exigit. Nunquid iniquitas.*

4 Hinc patet Valeſium rectè ad marginem emendaſſe Bobienſis codicis lectionem, quæ habet, *abſentia.*

5 Codex Bobienſis, *Quod ergo*, & mox, *Jeſus beatificat.*

6 Codex Bobienſis, *ſeculari ſubſtantiâ.*

7 Fortè, *inſtantur.*

8 Codex Bobien. *humilitate mitigant.*

9 Codex Caſinen. *offerentur, & pauperum hoc eſt.* Bobienſis autem, *offeruntur; & parum hoc eſt*, quæ vera eſt hujus loci lectio.

10 Codex Bobienſis, *inferuntur.*

11 Idem codex, *ab his tantummodo, qui habebant ſuſcipiebant.*

12 Idem codex, *omnem Iſraël; ut ſi quis fuerit.*

13 Codex Bobienſis, *dicit.*

inquam, his, qui poſſunt; [1] ſed abuti divitiis ad opus juſtitiæ, atque miſericordiæ parem gratiam tribuit, ac ſi univerſis pariter renuntietur. De eo autem quod dicit, deſtructum eſſe ſabbatum, non planè deſtruxit; ipſe enim [2] Dominus erat ſabbati; tanquam ſi ſponſi quis cuſtodiens thorum diligenter [3] extructum, à nullo alio extraneo vexari vel contingi [4] patiatur, uſquequo ipſe ſponſus adveniat, & cùm advenerit, ſtrato ſuo, ſicut libuerit, utatur, vel hi, quos ipſe ſecum juſſerit introire. Teſtimonium etiam dedit his, quæ dicimus, cæleſti voce ipſe Dominus Jeſus Chriſtus dicens, *Nunquid poteſtis* [5] *filios ſponſi facere jejunare, donec cum ipſis eſt ſponſus*? Sed circumciſionem non abjecit, quin potiùs ipſe pro nobis in ſemetipſum cauſam circumciſionis [6] excepit, labore nos relevans, & pati nos fruſtra doloris aliquid non ſinens. Quid enim prodeſt, circumcidenti ſe quidem, & adversùs proximum ſuum peſſima cogitanti? Voluit autem magìs largiſſimæ [7] viæ ſpatia compendioſo nobis tramite demonſtrare, ne fortè, cùm longa ſpatia circuimus, ante nobis dies claudatur in noctem; & dum de foris quidem ſplendidi hominibus apparemus, intrinſecus lupis rapacibus comparemur, aut ſepulchris conferamur dealbatis. [8] Multò enim ille huic prçferendus eſt, qui veſte ſqualidâ, ac detritâ circundatus, nihil mali in corde ſuo concluſum retinet adversùs proximum ſuum. [9] Cordis enim circumciſio ſola ſalutem confert; nihil præſtat eis iſta carnalis, niſi fortè ſpirituali circumciſione muniantur. Audi etiam quid dicit Scriptura, *Beati mundo corde, quia ipſi Deum videbunt*. Quid ergo mihi opus eſt laborare, cùm cognoverim [10] compendia viæ, ſi poſſum mundus eſſe corde; ſicut & ſi quis prævaleat in duobus mandatis omnem legem implere, & Prophetas? Poſt hæc verò omnia edocet Apoſtolorum maximus Paulus [11] dicens, *Aut experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus*. Quid ergo mihi opus eſt [12] circumciſione, cùm

Marc 2.19.

Matth. 5.8.

1 Bobienſis codex, *ſed & abuti*. Fortè, *ſed & uti*, vel, *ſed etiam uti*.

2 Codex Caſinenſis, *Deus*.

3 Ita cod. Bobienſis; nam Caſinenſis malè; *extruxit*.

4 Idem codex, *patitur*. Et mox, *quos ſecum*.

5 In græco eſt υἱοὶ νυμφῶνος, *filii thalami ſponſalis*, ſeu, ut vertit Vulgata, *filii nuptiarum*, quæ meliores ſunt hujus loci verſiones.

6 Codex Bobienſis, *ſuſcepit*.

7 Codex Bobienſis, *viæ compendioſum nobis tramitem demonſtrare*.

8 Idem codex, *multùm enim*.

9 Idem codex, *cordis ergo*. Et mox, *nihil præſtante carnali*. Et infrà, *muniatur*.

10 Idem codex, *compendium viæ*.

11 Idem codex, *dicens, experimentū*.

12 Idem codex, *circumciſio*.

1.Cor.7.18. cùm poſſim & in præputio juſtificari? Et ſcriptum eſt, [1] *Siquis circumciſus eſt, non adducat præputium, aut ſi quis in præputio eſt, non circumcidatur. Utrunque enim nihil eſt, niſi obſervatio mandatorum Dei.* Cùm ergo nullum poſſit ſalvare circumciſio, non magnopere requirenda eſt; maximè cùm ſi quis in preputio vocatus fuerit, & circumcidi voluerit, continuò [2] prævaricator legis efficiatur. Si enim circumcidor, & mandata legis adimpleo, ut ſalvari poſſim; incircumciſus, & in præputio poſitus, multò magìs mandata cuſtodiens, habebo vitam. In ſpiritu enim circumciſionem cordis accepi, non jam [3] literæ per atramentum, in quo laus non ex ho-
Rom. 2,29. minibus, ſed ex Deo eſt. Non ergo referatur ad me hujuſcemodi incuſatio. Sicut enim [4] aliquis dives multis auri atque argenti [5] talentis, ita ut omne domeſtici usûs miniſterium ex hujuſcemodi metallis habeat ſtructum, in nullo vaſis fictilis ſpeciem requirit. Sed non propterea [6] figuli opus, aut ars fictilium vaſorum ab eo deteſtanda eſt. Ita etiam ego gratiâ Dei [7] dives factus, & cordis circumciſionem conſecutus, nequaquam viliſſimæ illius circumciſionis indigeo, nec tamen malam eſſe dico. Abſit. Quòd ſi diligentiùs de his voluerit aliquis edoceri, inveniet hæc in [8] epiſtolâ primâ Apoſtoli [9] pleniſſimè tractata.

XLIII. De velamento verò Moyſi, & de miniſterio mortis, dicam ſermone breviſſimo. Non enim valde mihi hæc inſinuare aliquid adversùs legem videntur. Ait ergo ſermo [10] propoſitus, *Quòd ſi miniſterium mortis in literis, formatum in lapidibus, factum eſt in gloriâ, ita ut non poſſent filii Iſraël intendere in faciem Moyſi propter gloriam vultûs ejus, quæ aboletur*; & reliqua, tamen glo-

riam

1 Meliùs Vulgata juxta fidem græci textûs, *Circumciſus aliquis vocatus eſt? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus eſt, non circumcidatur. Circumciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt: ſed obſervatio mandatorum Dei.*

2 Codex Bobienſis, *Prædicator legis.* mala lectio.

3 Legendum forſitan, *literá*, ut cum D. Pauli loco in epiſtolâ ad Romanos, ad quem Archelaus reſpicit, concordet.

4 Malè Caſinenſis codex, *alius.*

5 Bobienſis, *talentis repletus, ita omne.*

6 Codex Bobien. *figuli opus auferſ, aut fictilium.* Caſinenſis verò, *figuli opus & ars aut fictilium*; ſed videtur legendū, *figuli opus, aut ars fictilium*, uti editū eſt.

7 Codex Bobien. *dives factus ſum, & cordis circumciſionem conſecutus, nequaquā.* At Caſinenſis, *dives factus, & circumciſionem conſecutus, nec quenquam.* Nos Caſinenſem, ex Bobienſi partim ſupplevimus, partim emendavimus.

8 Epiſtolam primam intelligit epiſtolam ad Romanos, quam ab antiquiſſimis Eccleſiæ temporibus primum inter Pauli epiſtolas locum habuiſſe, vel ex hoc Archelai loco apparet. Vide Epiphanium in Hæreſi 42. ubi crimini vertit Marcioni, quòd Epiſtolam ad Romanos quarto loco inter D. Pauli epiſtolas collocaverit. Vide etiam ſuprà cap. 34.

9 Malè cod. Bobien. *pleniſſimè pertractans.*

10 Malè cod. Bobienſis, *propheticus,* Et mox, *literis firmatum.*

riam eſſe confitetur in vultu Moyſi, quod eſt amicum nobis. Quòd ſi deſtruitur, & velamen [1] habet lectio ejus, hoc me non exacerbat, neque conturbat, ſi tantùm in eo [2] gloria ſit. Neque verò omnigenè in ignobilitatem redigitur, quod [3] deſtruetur. Cùm enim de gloriâ diſputat Scriptura, [4] ſciſſe ſe differentias gloriæ teſtatur, *Alia enim*, inquit, [5] *gloria ſolis, alia gloria lunæ, alia* I. Cor. 15. *gloria ſtellarum; ſtella enim à ſtellâ differt in gloriâ.* Si enim ſol ma- 41. jorem habet gloriam, quàm luna, non continuò in ignobilitatem luna redigitur. Ita & ſi Dominus meus Jeſus Chriſtus præcellit in gloriâ Moyſen, tanquam Dominus famulum, non continuò reſpuenda eſt gloria Moyſi; ita enim poſſumus ſatisfacere auditoribus, ſicut & verbi ipſius [6] natura perſuadet, ex Scripturis, quæ dicimus, affirmantes, vel certè etiam exemplis ea manifeſtiùs comprobantes: Si quis lucernam accenderit noctu, cùm ſol ortus fuerit, parvo lucernæ igne non indiget, propter ſplendorem ſolis ubique radiantis; ſed non ideo abjecit lucernam, veluti contrariam ſoli; quin potiùs comperto ejus uſu, etiam diligentiùs [7] ſervavit. Cuſtodivit ergo populum lex Moyſi tanquam lucerna, uſquequo ſol nobis verus Salvator noſter oriretur, ſicut & ait, *Et* Epheſ. 5.14. *illuminabit Chriſtus.* Sed quod dicit, *Obſcurati ſunt ſenſus eorum. Uſque in hodiernum enim ipſum velamen* [8] *manet in lectione veteris teſtamenti. Non revelatur, quia in Chriſto* [9] *deſtruitur. Uſque in ho-* II. Cor. 3. 14 *diernum enim, cùm legitur Moyſes, velamen eſt poſitum ſuper cor eorum. Cùm autem converſus* [10] *fuerit ad Dominum, auferetur velamen. Dominus autem ſpiritus eſt.* [11] Quid inquit? Uſque in hodier-

1 Bobienſis codex, *ſi habet.*

2 Codex Bobien. & hic corruptam lectionem exhibet, nempe, *gloria; neque verò, omni genere in nobilitate.* Valeſius rectè emendat, *in ignobilitatem.*

3 Cod. Bobienſis, *deſtruitur.*

4 Idem codex, *ſcis eſſe differentias gloriæ; alia enim gloria.* Mala lectio.

5 Vulgata, Irenæus lib. 2. cap. 24. & Cyprianus lib. 3. Teſtim. ad Quirinum capite 58. habent, *claritas*, pro, *gloria*. Sed poſtrema vox placuit etiam Tertulliano de Reſur. Carnis cap. 52.

6 Bobienſis, *natura demonſtrat*. Mox, *exemplis manifeſtiùs*. Et infrà, *ſol exortus*

7 In codice Bobienſi, *ſervabit*. Malè Caſinenſis codex, *obſervavit*. Et infrà, *ante quam lucerna*. E contrà pejor in ſequentibus Bobienſis codicis lectio, vbi ſic ſe habet, *ſol nobis verus Salvator orietur, ſicut ait, & illuminat tibi Chriſtus. Sed qui dicit.*

8 Codex Bobienſis, & Vulgata ita legunt, ſed in Caſinenſi habetur, *tenet & in lectione.*

9 Codex Caſinenſis, *deſtruetur*, lectio Vulgatæ contraria, quæ etiam habet, *non revelatum*, utrobique iuxta fidem græci textûs.

10 Codex Bobien. *fuerit quis ad Dominum, auferetur velamen.* Vulgata etiam habet, *auferetur*. At in Caſinenſi codice eſt, *aufertur.*

11 Caſinenſis, *quod*, mala lectio.

diernum nc præſens eſt Moyſes, non dormivit, non requievit, non [1] abſceſſit è vitâ? Quomodo in hodiernum dicit? Sed intuere velamen, ubi dicit, poſitum [2] ſupra cor eorum, in lectione eorum. Hæc eſt vox, quæ arguit filios Iſraël, legentes Moyſen, & non intelligentes, neque convertentes ſe ad Dominum, quoniam ipſe eſt, qui à Moyſe prophetatus eſt venire. Hoc eſt velamen, quod erat poſitum ſuper faciem Moyſi, quod eſt teſtamen-
Gen. 49. 10. tum ejus; [3] ait enim in lege, *Non deficiet Princeps ex Judâ, neque Dux* [4] *de femoribus ejus, uſquequo veniat, cujus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.* [5] *Qui alligabit ad vitem pullum ſuum, & ad optimam vitem pullum aſinæ ſuæ. Lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ indumentum ſuum.* [6] *Suffuſi oculi ejus à vino, & candi-*
Deut. 18. 18. *di dentes ejus à lacte*, & reliqua. Qui etiam & unde venturus eſſet deſignavit dicens, *Prophetam vobis ſuſcitabit Dominus Deus ex fratribus veſtris, ſicut me; ipſum audite.* Et quidem quia non poſſit intelligi, hoc de Jeſu [7] Nave dictum eſſe, manifeſtum eſt. Nihil enim hujus circumciſionis in ipſo invenitur; adhuc enim ex Judâ Reges fuerunt poſt ipſum, & ideo aliena longè eſt ab eo hæc prophetia. [8] Et hoc eſt velamen, quod eſt in Moyſen; neque enim, ſicut fortaſſe aliqui imperitorum putant, linteum aliquod, aut pellis fuit, quæ vultum ejus operiret. Sed Apoſtolus diligenter oſtendit dicens, velamen eſſe poſitum in lectione veteris teſtamenti, propter quod is, qui appellatur antiquitus Iſraël, expectat adventare Chriſtum, non [9] intelligentes, quia defecerunt ex Judâ Princeps, & ex femoribus ejus Duces; ſicut nunc videmus [10] Regibus eos, Principibuſque ſubjectos tributa pendere, nullâ
Gen. 38. ſibi poteſtate vel judicandi, vel puniendi conceſsâ, ſicut Judas habuit, quia Thamar, poſteaquam condemnaverat, potuit [11] juſtificare.

1 Codex Bobienſis, *abſceſſit vitâ? Quamobrem ergo in hodiernum.*

2 Idem cod. *ſupra cor eorum. Hæc eſt.*

3 Idem codex, *ait enim intellige*, & mox, *de Iudâ.*

4 Cod. Bobien. *de femore ejus uſquequo veniat, qui eſt.* Cæterum iſta hujus loci interpretatio longè diverſa eſt à Vulgatâ, & ab antiquioribus verſionibus, quas exhibent Tertullianus de Trinit. cap. 9. & Cyprianus adu. Judæos lib. 1. cap. 21. Sed nec græco LXX. Interpr. textui reſpondet, licet non una ſemper ſit ejuſdem lectio in codd. mſſ. & apud Patres. Vide Nobilium in notis ad eum locum.

5 Cod. Caſinenſis, *quia alligabit*; ſed hanc lectionem ex repetitione vocalis *a*, ortam puto. Bobienſis, *alligavit.*

6 Codex Bobien. *effuſi oculi.* Mox. *Qui enim.* Mox, *deſignavit, Prophetam.*

7 In Bobienſi inepta lectio, *Mane.*

8 Codex Caſinenſis. *Et hæc eſt velamen*, & infrà, *vel pellis.*

9 Cod. Bobien. *intelligens.*

10 Malè Bobienſis codex, *Regibus eos, Regibuſque ſubjectos.*

11 Cod. Bobien. *juſtificare. Sed videbitis.* Caſinen. *juſtificari. Sed & videbitis.*

care. Sed & videbitis vitam veſtram pendentem ante oculos Deut. 28. 9.
veſtros.

XLIV. Habet etiam hic ſermo velamen. Uſque ad Herodem enim ex parte aliquâ regnum tenere videbantur; ab Auguſto autem prima [1] adſcriptio in eis facta eſt, & cæperunt tributa pendere, & cenſum dare. Ex quo autem Dominus noſter Jeſus cæptus eſt prophetari, atque expectari, ex eo Principes ex Judâ eſſe cæperunt, & Duces populi, qui rurſum defecerunt [2] in adventu præſentiæ ejus. Si ergo auferatur velamen, quod in illâ lectione poſitum eſt, [3] intelligent virtutem circumciſionis, invenient & generationem ejus, quem prædicamus, & Crucem, & quæcunque de Domino noſtro geſta ſunt, ipſa eſſe, quæ de eo fuerant prædicta. Et velim quidem de Scripturis diſcutere unumquenque [4] ſermonem, & oſtendere, ut intelligi dignum eſt; ſed quoniam nunc aliud eſt, quod urget, [5] de vacanti nobis iſta dicentur; hæc enim dixiſſe nunc ſufficit, ut oſtendamus non ſine causâ velamen poſitum ſuper cor quorundam in lectione veteris teſtamenti. Quicunque verò ad Dominum convertuntur, ab iis [6] velamen aufertur. Quæ omnia quam vim habeant in ſeſe, his qui ſenſu vigent, intelligendum relinquo. Veniamus etiam ad illum ſermonem Moyſi, [7] quo ait. *Prophetam vobis ſuſcitabit Dominus Deus veſter ex fratribus veſtris, ſicut me*; in quo magnam video prophetiam famuli Moyſi, [8] ſcientis eum, qui venturus eſſet, ampliùs ſe quidem auctoritatis habiturum, ſimilia tamen eſſe paſſurum, & ſimilia ſigna, ac prodigia oſtenſurum. Ibi enim Moyſes Exod. 2.
natus, à matre ſuâ [9] in thibin poſitus, exponitur ad ripas fluminis:
hìc Dominus noſter Jeſus Chriſtus natus ex [10] matre ſuâ Mariâ, Mat. 2. 13.
per Angelum fugatur in Ægyptum. Ibi Moyſes educens populum de medio Ægyptiorum, ſalvavit; Exod. 14.
& hìc Jeſus populum de medio Phariſæorum educens, æternæ tradidit ſaluti. Ibi Moyſes Exod. 16.
per orationem petens, è cælo accepit panem, quo paſceret populum

1 Bobienſis codex, *abſcriptio*. Mox, *cæperuntque*. Et infrà, *Dominus meus*.

2 Idem codex, *in adventum*.

3 Idem codex, *intelligens*. Et infrà, *ipſa quæ de eo*.

4 In codice Bobienſi mutilus eſt hic locus; habet enim, *ſermonem, ut intelligi, dignum eſt. Dixiſſe nunc ſufficit*.

5 In Caſinenſi eſt, *de vacantibus*; ſed legendum, *de vacanti*. Sic ſuprà cap. 41.

6 Codex Bobienſis, *velamentum*.

7 Codex Bobienſis, *quod ait*.

8 In Caſinenſi codice ſcribitur, *ſcientibus*, in Bobienſi, *ſcientes*; ſed Valeſius, *ſcientis*, emendandum cenſuit, cujus ſententiæ aſtipulati ſumus. Infrà Bobienſis, *& ampliùs*.

9 Thibis, θίβις, apud Lxx. eſt fiſcella ſcirpea in Vulgatâ. Mox Bobien. *ripam*.

10 Codex Bobienſis, *matre Mariâ*.

Matth. 14. lum in deſerto; hìc[1] Dominus meus Jeſus virtute propriâ ex quinque panibus viros quinque millia ſatiavit in deſerto. Ibi Moyſes
Exod. 34. cùm probaretur, poſitus in monte jejunavit quadraginta dies; &
Matth. 4. 2. hìc Dominus meus Jeſus à ſpiritu actus in deſertum, cùm tentaretur à Diabolo, quadraginta diebus ſimiliter jejunavit. Ibi in
Exod. 12. conſpectu Moyſi, propter infidelitatem Pharaonis omnia Ægyptiorum primogenita perierunt; & hìc Jeſu naſcente, propter in-
Matth. 2. 16. fidelitatem Herodis, omne[2] maſculinum Judæorum ſubitò perit.
Exod. 8. Ibi Moyſes orat, ut parcatur à plagis Pharaoni, ac populo ejus,
Luc. 23. 34. & hìc Dominus noſter Jeſus orat indulgeri Phariſæis, dicens, *Pater ignoſce eis, quoniam neſciunt quid faciant.* Ibi Moyſi vultus re-
Exod. 34. 35. ſplenduit[3] in gloriâ Domini, ita ut non poſſent filii Iſraël intendere in faciem ejus propter gloriam vultûs ejus; & hìc Jeſus Chriſtus Dominus reſplenduit ſicut ſol, & Diſcipuli ejus non poterant
Matth. 17. 2. [4] aſpicere in faciem ejus propter gloriam vultûs ipſius, & immen-
Exod. 32. ſum luminis ſplendorem. Ibi Moyſes eos, qui[5] vitulum ſtatue-
Mat. 10. 34. rant, gladio dejecit; & hìc Dominus Jeſus ait, *Veni gladium mittere ſuper terram, &* [6] *dividere hominem à proximo ſuo*, & reliqua.
Exod. 24. in fine. Ibi Moyſes[7] in caliginem nubium aquas ferentium ſine metu in-
Mat. 14. 25. ceſſit; & hìc Dominus Jeſus cum omni poteſtate ſuper aquas am-
Exod. 14. Mat. 8. 26. bulavit. Ibi Moyſes imperavit mari, & hìc Dominus Jeſus, cùm eſſet[8] in mari, ſurgens imperavit ventis, & mari. Ibi Moyſes cùm
Exod. 17. impugnaretur, extenſis manibus certavit adversùs Amalech, & hìc Dominus Jeſus impugnatis nobis, & pereuntibus violentiâ erratici ſpiritûs, qui nunc[9] in juſtis operatur, extenſis in Cruce manibus, ſalutem dedit. Sed & alia multa prætereo, dilectiſſime Diodore, dum feſtino ad te[10] libellum hunc velociter mittere, quæ tu pro tuâ prudentiâ facilè poteris reparare. Scribe autem [11] mihi omne, quod poſtea egerit adverſariæ partis miniſter. Incolumem te animâ, & ſpiritu cuſtodiat[12] Deus omnipotens.

XLV. Acceptâ hac epiſtolâ Diodorus, & collecto ex eâ ſenſu, conflixit adversùs Manem, ita ut ab omnibus collaudaretur, quòd

1 Codex Bobienſis, tam hic, quàm infrà, *Dominus noſter*. Mox, *ſaturavit*.
2 Idem, *maſculum*. Mox, *pro populo*. Infrà, *Phariſ.eis, Pater*. Mox, *quid faciunt*.
3 Codex Bobienſis, *in gloriam*.
4 Idem, *reſpicere*. Mox, *vultûs ejus*.
5 Codex Bobien. *vitulum fecerant*.
6 Meliùs Vulgata, *ſeparari hominem adverſus patrem ſuum*, & Tertull. adver. Gnoſticos cap. 10. *dividere hominem &c.*
7 Bobienſis codex, *in caligine*.
8 Idem codex, *in navi*.
9 Codex Bobienſis, *in iſtis*.
10 Codex Bobien. *velociter libellum*.
11 Idem, *mihi, chariſſime, quid poſtea*.
12 Codex Caſinenſis, *Deus omnium*.

quòd diligenter, & competenter oſtenderit, duorum teſtamentorum, atque utriuſque [1] legis inter ſeſe cognationem; plura etiam ex ſemetipſo inveniens, objecit ei valida valde & fortia pro veritate. Concluſit etiam adverſarium Diodorus [2] ex nominibus, dicens ita; Dixiſti duo eſſe teſtamenta, dic ergo duo eſſe vetera, aut duo nova? Ejuſdem enim temporis, vel potiùs æternitatis, duo aſſeris eſſe ingenita; & ſi duo ſunt, duo eſſe [3] oportet vetera teſtamenta, aut duo nova. Quòd ſi hoc non dicis, ſed unum eſſe vetus, & aliud novum, [4] rurſum unus utriuſque auctor oſtenditur, & ejus eſſe vetus, cujus & novum, conſequentia ipſa [5] edocet: veluti ſi quis dicat [6] homini, loca mihi veterem domum tuam, [7] nonnè per hoc etiam novæ domûs dominum eum eſſe pronunciat? Aut rurſum ſi dicat ei, novam domum tuam præſta mihi; nonnè eodem verbo etiam veterem eum habere deſignat? Deinde illud etiam pervidendum eſt, quia [8] ex quo duo ſunt, ingenitam habentes naturam, ex eo neceſſe eſt etiam habere unumquenque ipſorum vetus teſtamentum, & fient duo vetera teſtamenta; ſi tamen ambos antiquos, & ſine initio eſſe dicis. Ego autem non ita didici, neque ita continent Scripturę. Tu verò, qui dicis legem Moyſi eſſe maligni Principis, & non boni Dei, dic mihi, qui erant illi, qui reſiſtebant in faciem Moyſi, Iamnem dico, & Mambrem? Omne enim quod reſiſtit, non ſibi met ipſi reſiſtit, ſed alii, aut meliori, aut deteriori, ſicut Paulus indicat ad Timotheum in ſecundâ Epiſtolâ ſuâ [9] ſcribens. *Quemadmodum Jamnes, & Mambres reſtiterunt Moyſi; ita & iſti reſtiterunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem; ſed ultrà non proficient.* [10] *Inſipientia enim eorum omnibus nota eſt, ſicut & illorum fuit.* Vides

II. Timoth. 3. 8.

1 Malè Caſinenſis codex, *legis ineſſe cognitionem*. Malè & infrà Bobienſis *veniens, objecit*. Sed & Caſinenſis pro, *objecit*, malè habet *objecta*.

2 Ridicula eſt hic Bobienſis codicis lectio, in quo ſcribitur, *ex navibus*; è contrà Caſinenſis mox habet, *dicens ita, dixit*, mala itidem lectio.

3 Cod. Bobien. *oportet & vetera*.

4 Malè Caſinen. *rurſus omnis utriuſq;*.

5 Codex Caſinenſis, *docent*.

6 Hæc eſt Bobienſis codicis lectio; nam in Caſinenſi eſt, *homini diviti mihi*, nullo ſenſu. Fortè, *dimitte mihi*.

7 Codex Bobien. *non per*; ſed in ſeq. habet *nonnè*.

8 Hoc in loco lacuna eſt in Bobienſi codice, in quo ſcribitur, *ex quo duo ſunt ingenita habentes naturam ipſorum teſtamentum, & fient &c.* Valeſius ex ingenio ita emendavit, *ex quo duo ſunt ingenita, habent ex naturâ ipſorum teſtamentum*. Sed ipſum malè conjeciſſe Caſinenſis codex oſtendit.

9 Cod. Bobien. *ita ſcribens*.

10 Codex Bobien. *Inſipientia enim illorum manifeſta erit omnibus ſicut &c.* quod magis ad Vulgatæ lectioné accedit.

Vides quomodo Iamnem, & Mambrem hominibus comparat corruptis mente, & reprobis circa fidem; Moyſen verò veritati. *Joan. 1. 16.* Sed & Sanctus Ioannes maximus Evangeliſtarum ait, gratiam gratiâ præſtare, & differre; ex plenitudine enim Jeſu legem Moyſi accepiſſe nos dicit; aliam autem gratiam pro illâ gratiâ per Jeſum Chriſtum eſſe completam in nobis. Quod oſtendens etiam *Joan. 5. 45.* ipſe Dominus noſter Jeſus ajebat, [1] *Non putetis, quia ego vos accuſabo apud Patrem. Eſt qui vos accuſet Moyſes,* [2] *in quem vos ſperatis; ſi enim* [3] *crederetis Moyſi, crederetis utique & mihi; de me enim ille ſcripſit. Quòd ſi literis illius non creditis, quomodo verbis meis credetis?* Sunt etiam [4] alia multa, quæ dici poſſent & de Apoſtolo Paulo, & de Evangeliis, ex quibus oſtendere poſſumus veterem legem non eſſe alterius, quàm Domini, cujus eſt novum Teſtamentum, quæ nos competenter [5] exponere, & aptare convenit. Jam veſper impedit, dies enim clauditur, & finem nos diſputandi facere par eſt; craſtino autem [6] nobis, de quibus tibi videtur, quæſtiones habeantur. Et his dictis diſceſſerunt [7].

XLVI. Cùm autem mane factum eſſet, ſubitò adventavit Archelaus ad caſtellum hunc, in quo morabatur Diodorus, priuſquam omnino quiſquam ad publicum procederet. Manes verò ignorans præſentem eſſe Archelaum, rurſum Diodorum provocabat ad publicum, ut cum eo diſputatione contenderet, volens eum verbis opprimere, ex eo quòd advertebat, eum hominem eſſe ſimplicem, & non ſatis ſcripturarum quæſtionibus eruditum; Archelai enim doctrinæ jam perceperat guſtum. Cum ergo & turbæ conveniſſent ad ſolitum diſputationis locum, & Manes jam verba facere cœpiſſet, ſubitò in medio eorum apparuit Archelaus, ac Diodorum complexus, ſancto oſculo ſalutavit. Diodorus verò, & omnes, qui præſentes erant, admirati ſunt opus divinæ providentiæ, ut in tempore ipſo adventaret Archelaus, quo quæſtio movebatur; re enim vera, quod fatendum eſt, quaſi ex

parte

1 Codex Bobienſis, *Non poteſtis.* peſſima lectio.

2 Caſinenſis codex, *Moyſes, quem.* lectio rejicienda.

3 Codex Bobienſis, *creditis Moyſi, crederitis utique forſan & mihi.*

4 Codex Caſinenſis, *alia plura jam, quæ dici poſſint.*

5 Codex Bobienſis, *exponere & à Patre ut convenit,* quæ verba cùm nullum habere ſenſum vidiſſet Valeſius, *exponere & aperire ut convenit,* emendandum eſſe putavit: & quidem non rectè, ut ex Caſinenſi codice apparet.

6 Codex Bobienſis non rectè, *vobis*

7 Huc uſque edidit Valeſius.

parte aliquâ religioſus Diodorus pertimuerat conflictum. Cùm autem vidiſſet Archelaum Manes, ceſſavit quidem continuò ab inſultatione, & ſupercilio non parum dejecto, manifeſtè intelligebatur, quòd conflictum vellet effugere. Multitudo verò auditorum adventum Archelai, velut Apoſtoli præſentiam, opinata eſt, pro eo quòd ad verbi defenſionem tam paratus, & tam promptus exiſteret. Et cùm dexterâ ſilentium popoſciſſet à populo (tumultus enim non mediocris extiterat) hoc modo cæpit Archelaus. Tametſi prudentiam, gloriam etiam noſtrorum nonnulli aſſecuti ſunt, tamen hoc vos deprecor, ut eorum, quæ ante me dicta ſunt, teſtimonium reſervetis. Scio enim & certus ſum, Fratres, quoniam [1] Diodoro non pro ipſius impoſſibilitate ſucceſſi; ſed quoniam iſtum ego novi tunc, cùm ad loci mei partes improbus adveniſſet, Marcelli [2] viri illuſtris gratiâ, volens eum divertere à noſtrâ doctrinâ; & à fide, videlicet, quò impietatis hujus idoneus efficeretur aſſertor; & tamen omnibus ſuis verbis in nullo eum divertere, & movere prævaluit. Similis enim inventus eſt religioſiſſimus Marcellus petræ, in qua ædificata eſt domus ſolidiſſimis fundamentis, & cùm deſcendiſſet pluvia, & irruiſſent flumina, ac venti, & illiſiſſent in domum illam, perſtitit; fundata enim erat ſolidiſſimis & immobilibus fundamentis: huic autem, qui præſens eſt, infamiam potiùs intulit conatus ipſe, quàm laudem. Non autem mihi veniâ dignus videtur qui ignoraverit, quod futurum eſt: oportebat enim eum prænoſcere, qui ſunt proprii ſui; ſi quidem Spiritus Paracliti habitat in eo. Sed quoniam ignorantiæ tenebris obcæcatus eſt, in vanum cucurrit, cùm iter faceret ad Marcellum; & ſimilis [3] facere Aſtrologo, deſcribenti quidem cæleſtia, ignoranti verò quæ ſuæ domui geruntur. Sed ne videar per hæc verba differre quæſtionem, jam ſileam; de iis verò dabo ipſi poteſtatem, ſumat quodcunque vult propoſitionis, & quæſtionis initium. Vos tantummodo, ſicut ſuperiùs dixi, indeclinabiles Judices eſſe quæſo, ut vera dicenti honorem verum, palmamque tradatis.

Mat. 7. 24.

XLVII. Tunc Manes, ſilentio ab omnibus facto, ita exorſus eſt. Tu quoque, Archelae, bene me de Deo ſentientem, dignamque

1 In codice Caſinenſi erat, *Diòdorus*, nullo ſenſu.

2 Malè Caſinenſis, *viri in legis gratiâ*.

3 Fortè, *factus eſt*.

que opinionem de Chriſto retinentem, verbis moleſtiſſimis obtundis, licèt tale ſit Apoſtolorum genus, patiens, & ferens omnia, etiamſi eos convitiis quis, aut maledictis obtrectet. Si perſequi volueris, paratus ſum, & ſi inferre ſupplicia, non refugiam. Si etiam interficere me vis, non reformido; illum enim ſolùm oportet timere, qui poteſt animam, & corpus perdere in gehennam. Archelaus dixit, Abſit à me. Non eſt mihi tale propoſitum. Quid enim perpeſſus es à me, vel à noſtris? Et quidem cùm obtrectares, atque injuriam irrogares, & cùm detraheres de paternis noſtris traditionibus, & cùm velles animas hominum bene inſtitutas, ac diligenti cautelâ ſervatas interficere, quibus utique repenſari non poſſunt univerſæ mundi divitiæ? Veruntamen propter quod aſſumis, ò Manichæe? Quid eſt quod indicas? Quæ ſalutis ſigna ad nos deferas, dicito? Verborum enim nuda jactatio non poterit præſenti multitudini ſatisfacere, ut agnoſcant qui noſtrûm rectiùs obtinet ſcientiam veritatis. De quo ergo vis nos capite diſputare, hoc priùs dicito, cùm priùs dicendi acceperis facultatem. Manes dixit, Si non iterum his, quæ à nobis rectè dicuntur, infideliter reſiſtis, dicam; ſi autem talis exiſtis, qualem te priùs ſenſi, dicam adversùs Diodorum, declinans inquietudinem tuam. Archelaus dixit, Prædixi jam, quòd abutimur inanitate verborum. Si quis [1] noſtrûm reſiſtere infideliter invenitur, Judicibus hæc permitte diſcernere; tu autem quid aſſeras, dicito? Manes dixit, Si non iterum reſiſtis his, quæ à me iterum rectè dicuntur, incipiam. Archelaus dixit, Si non hoc eſt, ſi non illud, ſermo eſt hominis ignorantis. Ignoras ergo quod futurum eſt. Sed hoc quod futurum ais, reſiſtere me, aut non reſiſtere, in meâ eſt poteſtate. Quomodo ergo ſtabit ſermo ille duarum arborum, in quo fidis, veluti ſcuto firmiſſimo? Si enim contrariæ partis ego ſum, quomodo obedientiam meam requiris? Quòd ſi obedientiæ in me eſt mens, quomodo pertimeſcis ne reſiſtam? Ais enim quia malum ſemper permanet malum, & bonum ſemper permanet bonum, vim verbi iſtius penitus [2] ignorans. Manes dixit, Nunquid te advocatum meorum adhibui ſermonum, [3] ut etiam meæ ſcientiæ intelligentiam diſponas; quippe qui propria explanare non valeas,

leas,

1 Caſinenſis codex, *noſtrorum*.
2 In Caſinenſi, *ignoras*.
3 In codice Caſinenſi eſt, *aut etiam*, lectio improbanda.

leas, quomodo aliena poteris explicare? Quòd ſi victum jam ſe profitetur Diodorus, tunc mihi tecum ſermo movebitur. Si autem ſtat ille,& eſt idoneus ad dicendum, deſine tu, & noli perturbare ſubſtantiam veritatis. Es enim ovis aliena, efficieris tamen poſtea in numero ejuſdem gregis, [1] ſicut vox Jesûs oſtendit, ejus qui apparuit quidem in hominis ſpecie, nec tamen fuit homo. Archelaus dixit, Ergo non putas eum ex Mariâ Virgine eſſe? Manes dixit, Abſit ut Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum per naturalia pudenda mulieris deſcendiſſe [2] confitear; ipſe enim teſtimonium dat, quia de ſinibus Patris deſcendit. Et, *Qui me* Joan.1.18.
recipit, recipit eum, qui me miſit. Et, *Non veni facere voluntatem* Mat.10.40.
meam, ſed ejus qui miſit me. Et, *Non ſum miſſus niſi ad oves perditas* Joan.6.38. Mat.15.24.
domûs Iſraël. Sunt & alia innumera teſtimonia hujuſcemodi, quę indicant eum veniſſe, & non natum eſſe. Quòd ſi potentior illo es, & magis ſcire potes, quod verum eſt, quomodo jam illi credimus? Archelaus dixit, Neque illo potentior ſum, ſervus enim ſum, & neque æqualis Domini mei eſſe poſſum; ego enim ſum inutilis ſervus, verborum ejus diſcipulus, credens his,quæ ab ipſo dicta ſunt, & hæc indeclinabilia eſſe confirmo. Manes dixit, Similis tui quidam, cùm ei aliquando dixiſſet, *Maria mater tua, &* Mat.12.47.
fratres tui foris ſtant, non libenter accipiens, eum qui dixerat, increpavit dicens, *Quæ eſt mater mea, aut qui ſunt fratres mei?* & oſtendit eos,qui facerent voluntatem ſuam, & matres ſibi eſſe,& fratres: ſin autem vis dicere matrem ipſius Mariam, non eſt tibi ſine periculo; ſine dubio enim etiam fratres ex eâ habuiſſe monſtratur. Et dic utrùm de Joſeph generati ſunt, aut ex eodem Spiritu Sancto? Ergo & multos Chriſtos, ſi ex eodem Spiritu Sancto generatos [3] dixeris, habuimus. Quòd ſi non ex eodem Spiritu, ſed tamen dixeris eum fratres habuiſſe; ſine dubio intelligendum eſt, quia poſt Spiritum, poſt Gabriel, nupſerit Joſeph Virgo caſtiſſima, & immaculata [4] Eccleſia. Quòd ſi etiam hoc abſurdum eſt omnino, eam quolibet modo concubuiſſe cum Joſeph; dic an fratres habuerit? Nunquidnam etiam mœchiæ ei crimen impingis,

ò pru-

1 Caſinenſis, *ſicut vos Jeſus*.

2 In codice Caſinenſi eſt, *confitetur*, librarii errore, ut palàm eſt.

3 In Caſinenſi, *dixerint habuimus*. *Quid*. Sed obvia eſt hujus loci emendatio.

4 Vox, *Eccleſia*, videtur ſuperflua, & per librarii errorem adjecta. Certè ſine ipsâ integer eſt hujus loci ſenſus.

[1] ò prudentiſſime Marcelle? Quòd ſi horum nihil convenit incontaminatæ Virgini; unde ei fuiſſe fratres aſtrues? Quòd ſi fratres ei fuiſſe non potes edocere; quomodo Maria mater ejus erit, ſicut ait ille, qui ſcribere auſus eſt, *Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant?* Quòd etiam ſi ille auſus eſt dicere, illo ipſo potentior, aut major eſſe nemo poteſt, qui oſtendit nobis matrem, aut fratres
Mat. 23. 42. ſuos; ſed & Davidis[2] eſſe non dignatur audire. Apoſtolus Petrus Diſcipulorum omnium eminentiſſimus tunc agnoſcere eum potuit: cùm ſinguli opiniones ſuas, quas de ipſo habebant, promerent,
Mat. 16. 16. ait, *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*, & ſtatim beatificat eum dicens, *Quoniam revelavit tibi Pater meus cæleſtis*. Vide quanta ſit differentia eorum, quæ ab Jeſu dicta ſunt? Illi enim qui dixerat, *Ecce mater tua foris ſtat*, reſpondit, *Quæ mihi eſt mater, aut fratres?* Ei autem qui dixit, *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*, beatitudinem, benedictionemque reſtituit. Si ergo de Mariâ vis eſſe eum natum, mentitur ipſe cùm Petro; ſi autem verum dicit Petrus, ſine dubio ille prior fefellit. Quòd ſi prior fefellit, cauſam ad Scriptorem rejicienda eſt. Unum igitur Chriſtum nos ſcimus eſſe ſecundùm Apoſtolum Paulum, cujus vocibus credimus conſonantibus duntaxat adventui ejus. [1]

XLVIII. His auditis turbæ permotæ ſunt, veluti rationem veritatis continentibus, & Archelao nil habente, quòd his poſſet opponere; hoc enim indicavit tumultus, qui inter eos exortus fuerat; ſed cùm multitudo conquieviſſet, Archelaus hoc modo reſpondit. Vocis quidem Domini noſtri Jeſu Chriſti nullus poterit eſſe potentior, ſi neque nomen aliquod æquale ei eſſe invenitur,
Philip. 2. 9. *Propter quod Deus eum exaltavit, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*; neque in teſtimonio quis æqualis ei eſſe poterit, & ideo ego vocis ejus tibi teſtimonia proferam, primùm quidem diſſolvens hæc, quæ à te dicta ſunt, utì ne dicas, quoniam nec ſibi ipſi conſonant, ut eſt tibi conſuetudo dicendi. Ais enim quia eum, qui nuntiaverat ei de matre, aut de fratribus; increpaverit Jeſus, quaſi fallentem, ſecundùm id quod Scriptorem fefellit. Neque is, qui annuntiavit ei de matre & fratribus increpatus eſt, neque Petrus ſupra illum ſolus beatificatus eſt; ſed uter-

1 Ex his verbis colligi poſſe videtur, Marcellum cum Archelao ad Diodori caſtellum veniſſe.

2 Caſinenſis codex *David Jeſſe*.

uterque ab eo dignam reſponſionem propriâ interrogatione perce-
pit, ſicut in conſequentibus ſermo monſtrabit. Cùm quis parvulus
eſt, cogitat ſicut parvulus, ſapit ut parvulus; cùm autem perfe- *I.Corin.* 13. 11.
ctus fuerit vir, deſtruentur ea, quæ ſunt parvuli, ideſt, dum ad prio-
ra ſe quis extendit, obliviſcatur quæ poſt ſe ſunt. Unde Domino
noſtro Jeſu Chriſto docente, & curante humanum genus, utì ne
ſimul omnia deperirent, cùmque in talibus ſtudiis mens omnium
auditorum eſſet intenta, non opportunè ingreſſus hic nuntius de
matre ejus ſuggeſſit, ac fratribus. Quid enim? [1]debuit ne etiam ſe
ìpſo judicante, derelinquere eos, quos curabat, & quos erudie-
bat, & cum matre ac fratribus colloqui? Nonnè continuò de hoc
ipſo detraheres? [2] Cùm enim peccatis onuſtos & gravatos ad di-
ſcipulatum delegit duodecim numero, quos & Apoſtolos nomi-
navit, dicens eis, relinquite matrem & patrem, ut me digni effi- *Mat.*10 37.
ciamini, ut ultrà non poſſit eis memoria patris, aut matris robu-
ſtum pectus inflectere. Et iterum volente alio quodam dicere ei,
ibo, & ſepeliam patrem meum, ait, *Dimitte mortuos ſepelire mor-* *Luc.* 9. 59.
tuos ſuos. Intuere ergo quomodo Dominus meus Jeſus [3] ad neceſ-
ſaria Diſcipulos ædificat, & pro meritis unicuique ſancta verba
committit. Ita & in eo tempore, quo importunè annuntiaverat
quidam ei de matre, non complectitur pro matris præſentiâ pa-
ternum prętерire pręceptum. Ut autem tibi oſtendam hæc ita eſſe;
Petrus aliquando, cùm jam beatificationem fuiſſet ab eo conſecu-
tus, ait ad Jeſum, *Propitius eſto Domine, non erit tibi iſtud*, cùm *Mat.* 16.22.
dixiſſet ei Jeſus, quia [4] oporteret filium hominis aſcendere Jero-
ſolymam, & occidi, & tertiâ die reſurgere; reſpondens ait Petro,
*Vade retro Satana, quia non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum
ſunt*. Quoniam ergo exiſtimas illum, qui ei de matre renuntiave-
rat, & fratribus, increpatum eſſe ab Jeſu; iſtum verò, qui paulò
ante dixerat, *Tu es filius Dei vivi*, beatitudinem conſecutum.
Vide quia magis [5] hunc prætulit Jeſus, cui & clementiùs, & cum
veniâ reſponſum dare dignatus eſt; Petro verò poſt illam benedi-
ctionem nullum jam veniæ largitur titulum, pro eo quòd naturam
rei

1 In codice Caſinenſi, *Debuit & etiam*. Mala lectio.

2 In codice Caſinenſi corruptiſſimo legitur, *Cùm enim peccatis bonus & gravatus ad diſcipulatum diligit duodecim numero.* Nos quantùm per conjecturas licuit, hujus loci menda ſuſtulimus, & fortaſſe paulò poſt pro, *dicens eis*, legendum eſt, *dixit eis*.

3 In eodem codice, *ad neceſſariam*.

4 In eodem codice, *oportet*, ſecus atque habet Vulgata editio.

5 In codice Caſinenſi eſt, *huic*.

rei ſibi dictæ non diligenter adverterit. Illius enim nuntii error reſponſi ratione corrigitur; hujus verò tarditas intellectûs acerbiori increpatione damnatur. Ex quo advertere potes, quòd Dominus Jeſus interrogationum ſibi, opportunitate ſervatâ, dignum promat ſingulis, opportunumque reſponſum. Quòd ſi, ut ais, ex eo quòd verum dixerat, Petrus beatificatur, & pro eo quòd fefellit, nuntius ille culpatur; dic mihi quare cùm Dæmones eum con- *Luc. 4. 34.* fiterentur, dicentes, *Scimus te*[1] *qui ſis ſanctus Deus*, increpavit eos, &[2] ſilere præcepit? Cur non (ſi quidem confitentium ſe teſtimoniis delectatur) etiam iſtos, ſicut Petrum vera dicentem, benedictionibus remuneratus eſt? Quòd ſi hoc abſurdum eſt, relinquitur ut pro loco, pro tempore, pro perſonis, pro rebus, pro accidentium ſalute, ea quæ dicta ſunt, intelligamus, utì ne temere pronuntiantes, dignâ coërcitione feriamur, & ut te magìs ac magìs edoceam, multo ampliùs illum, qui de matre nuntiaverat, honoratum: tu autem oblitus rei, qua nobis propoſita eſt, in aliud converſus es. Audi ergo breviter; ſi enim volueris diligentiùs intueri, quæ dicta ſunt, inveniemus in illo priore multam Dominum Jeſum oſtendiſſe clementiam, idque convenientibus te exemplis edoceam. Rex quidam, cùm adversùs hoſtem proceſſiſſet armatus, & cogitaret atque diſponeret quemadmodum poſſet manum ſibi hoſtilem atque barbaram ſubjugare, cùmque in multâ eſſet curâ, & ſolicitudine conſtitutus, in medio adverſariorum poſitus, ac poſtea jam captivos eos tenere incipiens, jam jam illa ſolicitudo immineret, quemadmodum eos, qui ſecum laboraverant,[3] ac pondus belli toleraverant, procuraret, quidam ei nuntius importunus occurrens, de rebus domeſticis ſuggerere aliqua cæpit. At ille admiratus eſt audaciam, atque importunam ſuggeſtionem, & morti tradere hujuſcemodi hominem cogitabat; quòd niſi de cariſſimis affectibus talis nuntius extitiſſet, eo quòd incolumes eſſe hos, & rectè ac proſperè agentes omnia nuntiaſſet, dignum protinus potuit excepiſſe ſupplicium. Quæ enim erat cura alia Regis, belli duntaxat tempore, niſi Provincia-

1 In codice Caſinenſi, *quis es*. Sed librarii error nobis viſa eſt illa lectio.

2 In eodem codice eſt *finire*. Sed *ſilere*, legi debere nos ſacer textus edocet. Vide tamen an, *ſinere*, legendum ſit.

3 In codice Caſin. *ac pondus bellico tolerarant*. Nos emendavimus, *ac pondus belli toleraverant*. Fortaſſe tamen rudis interpres ſcripſerat, *ac pondus belli contoleraverant*.

vincialium ſalus, niſi diſpoſitio rei militaris? Ita & Domino meo Jeſu Chriſto pugnanti adverſùm paſſiones, quæ profunda viſcerum obſederant, & curans eos qui multo tempore variis infirmitatibus fuerant devincti, & inclinato omni niſu pro ſalute univerſitatis; ille nuntius importunè adveniens de matre & fratribus nuntiavit. Et potuit quidem ſimilem Petro, aut etiam graviorem accepiſſe ſententiam; ſed matris & fratrum intellectum nomen clementiam provocavit.

XLIX. Sed & ampliùs adhuc omnibus oſtendere cupio, ut agnoſcant univerſi, aſſertio tua quantum impietatis obtineat. Si enim, ſecundùm tu dicis, non eſt natus, ſine dubio nec paſſus eſt; pati enim qui natus non eſt, impoſſibile eſt. Quòd ſi non eſt paſſus, Crucis nomen aufertur. Cruce autem non ſuſceptâ, nec Jeſus ex mortuis reſurrexit. Quòd ſi Jeſus ex mortuis non reſurrexit, nec aliquis alius reſurget. Quòd ſi nullus reſurget, nec judicium erit. Certum eſt enim, quia ſi non reſurgam, nec judicer. Quòd ſi non judicium erit, fruſtra erit obſervatio mandatorum Dei, nullus abſtinentiæ locus eſt, manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Hæc autem omnia connectis, [1] negans quòd de Mariâ natus eſt; ſi enim confeſſus fueris eum de Mariâ natum, & paſſio ſubſequatur neceſſe eſt, & paſſionem reſurrectio, & reſurrectionem judicium, & ſalva nobis erunt Scripturæ præcepta. Non ergo jam vana eſt quæſtio, ſed plurima in hoc verbo. Sicut enim omnis lex, & prophetiæ in duobus ſermonibus conſtant, ita etiam noſtra omnis ſpes in Beatæ Mariæ partu ſuſpenſa eſt; & ideo reſponde mihi ad ſingula, quæ te interrogabo. Quomodo abjiciemus tantas & tales Apoſtoli voces, quæ dicunt, [2] *Cùm autem fuit* Galat. 4. 4.
Dei voluntas in nobis, miſit Filium ſuum factum ex muliere. Et ite- I.Cor. 5. 7.
rum, *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* Et quia, *Deus, & Ibid. 6. 14.
Dominum ſuſcitavit, & nos [3] *cum illo ſuſcitabit per virtutem ſuam.*
Et alia multa his ſimilia dicta ſunt, ut eſt illud, *Quomodo dicunt* Ibid. 15. 12.
qui-

1 Ita legendum cenſui, licèt in codice Caſinenſi ſcribatur, *negatis id quod*.

2 Vulgata editio græco textui conſona legit, *At ubi venit plenitudo temporis*. eamque lectionem probant Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, & alii.

3 Verba, *cum illo*, non habent græca, neque Vulgata, neque Irenæus lib. 5. adversùs hær. cap. 6. & 7. neque Tertullianus libro 5. adversùs Marcionem, capite 7. neque in libro de Pudicitia capite 16.

quidam in[1] *vobis, quia reſurrectio mortuorum non eſt? Si enim reſurrectio mortuorum non eſt, nec Chriſtus reſurrexit. Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt ergo prædicatio noſtra. Inveniemur etiam falſi teſtes Dei, qui teſtimonium perhibuimus adversùs Deum, quia ſuſcitaverit Chriſtum, quem non ſuſcitavit. Si quidem mortui non reſurgunt, nec Chriſtus reſurrexit. Si autem Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides veſtra, adhuc eſtis in peccatis veſtris; ergo & qui dormierunt in Chriſto, perierunt? Si in hac vitâ tantummodo ſperamus in Chriſto, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis initium dormientium*, & reliqua. Quis rogo tam temerarius & impudens invenitur,[2] qui iſtis ſacroſanctis vocibus non accommodet fidem, in quibus nulla eſt diſtinctio, nulla dubitatio? Quiſnam quæſo etiam te, ò ſtulte Galata, faſcinavit, ſicut & illos, *Quorum ante oculos Jeſus Chriſtus*[3] *reſcriptus eſt crucifixus?* Unde arbitror ſufficere hæc teſtimonia ad oſtenſionem judicii, & reſurrectionis, & paſſionis, quibus conſequenter, & pariter ex Mariâ partus oſtenditur. Quid enim, ſi tu nolis acquieſcere, ſed evidentiſſimè Scriptura proclamet? Veruntamen interrogabo te, tu autem mihi reſponde, quando Jeſus de Joanne teſtimonium dat, & dicebat, quia *Major in natis mulierum nullus ſurrexit Joanne Baptiſtâ; qui autem minor eſt in regno cælorum, major eſt illo.* Dic mihi qua ratione major illo eſt in regno cælorum? Nunquid Jeſus minor erat Joanne in regno cælorum?[4] Dico, abſit. Dic ergo in quo, ut vel te ipſum ſuperare poſſis? Sine dubio minor erat Joanne Jeſus inter natos mulierum; in regno autem cælorum major illo erat. Dic mihi illud etiam, ò Manichæe, ſi ais Chriſtum non eſſe ex Mariâ natum, ſed apparuiſſe quidem ut hominem, cùm homo non eſſet, præſtante hoc & agente virtute, quæ in ipſo eſt; dic mihi, ſuper quem Spiritus ſanctus ſicut columba deſcendit? Quis eſt etiam, qui baptizatur à Joanne? Si perfectus erat, ſi Filius erat, ſi virtus erat, non poterat Spiritus ingredi, ſicut nec regnum poteſt ingredi intra regnum. Cujus autem ei cælitus emiſ-

Galat. 3. 1.

Mat. 11. 11.

ſa vox

1 In codice Caſinenſi eſt, *in nobis*, & infrà, *vana eſt fides noſtra*. Sed Vulgatæ lectio huic præferenda, utpote quę ex librarii oſcitantiâ videatur exorta, Irenæus quoq; Tertullianus, Cyprianus, aliique Vulgatæ lectionem ſequuntur.

2 In eodem codice legitur, *qui iſtam ſacroſanctam vocibus, &c.* librarii, ut arbitror, errore.

3 Vulgatę editionis melior lectio, *præſcriptus eſt*.

4 Hæc verba, *dico abſit*, niſi mendum ſit in codice, videntur tanquam ex Manetis perſonâ ab Archelao prolata.

ſa vox teſtimonium detulit dicens. *Hic eſt filius meus dilectus, in quo bene complacui?* Dic age, nihil remoreris, quis ille eſt, qui parat hæc omnia, qui agit univerſa? Reſponde, ita ne blaſphemiam pro ratione impudenter allegas, & inferre [1] conaris. Mat. 3. 17.

L. Manes dixit, Nemo quidem qui adversùm hæc, quæ à te dicta ſunt, reſpondere potuerit, blaſphemiæ crimen incurrit, quin potiùs eſt omni laude digniſſimus. Oportet enim artificem rebus propoſitis reſponſione diligenter aptatâ, manifeſta omnibus ea, de quibus quæritur, vel dubitatur, oſtendere, & maximè idiotis. Et quoniam tibi doctrinæ noſtræ non placet ratio, tanquam artifex bonus, etiam hanc mihi queſtionem rationabiliter exſolve. Mihi enim pium videtur dicere, quòd nihil eguerit filius Dei, in eo quòd adventus ejus procuratur ad terras, neque opus habuerit columbâ, neque baptiſmate, neque matre, neque fratribus, fortaſſe neque patre, qui ei ſecundùm te fuit Joſeph; ſed totus ille ipſe deſcendens, ſemetipſum in quocunque voluit transformavit in hominem, eo pacto, quo Paulus dicit, quia *habitu repertus eſt ut homo*. Cujus igitur rei indiguerit is, qui ſemetipſum in omnia transformarit, oſtende? Quando enim voluit, hunc hominem rurſum transformavit in ſpeciem ſolis, ac vultum. Quod ſi rurſus reſiſtis, mihi rectè dicenti fidem nolis accomodare, audi definitionem tuam, in qua ſtas. Si enim hominem eum tantummodo ex Mariâ eſſe dicis, & in baptiſmate Spiritum percepiſſe, ergo per profectum filius videbitur, & non per naturam. Si tamen tibi concedam dicere, ſecundùm profectum eſſe filium, quaſi hominem factum; hominem verè eſſe opinaris, ideſt, qui caro, & ſanguis ſit. Neceſſe eſt ergo, & Spiritum, qui ſicut columba apparuit, non aliud eſſe, quàm naturalem columbam; ſicut homo enim dictum eſt, & ſicut columba, & quodcunque opinari poteſt de eo ſermone, quod dictum eſt, [2] ſicut homo, hac opinione concipe etiam de eo, quod dictum eſt, ſicut columba; neceſſe eſt & hæc æqualiter recipere, ita enim in Scripturis, quæ de eo ſcripta ſunt, inveniuntur. Archelaus dixit, Sicut tibi ipſe non potes, tanquam bonus artifex, neque ego tibi hanc quæſtionem [3] diligenter aptatam manifeſtarem, atque manifeſtè diſſolverem;

Philip. 2. 7.

Mat. 3. 16.

1 Malè in codice Caſinenſi, *coneris*.

2 In codice Caſinenſi ſcribitur, *ſicut homo ac opinione*.

3 Codex Caſinenſis ita legit, *hanc quæſtionem diſſigenter aptare tam manifeſtarem, atque manifeſtè diſſolverem*. Sed ex Manetis interrogatione, cui Archelaus reſpondet, nos hunc locum reſtituimus.

rem, niſi propter hos, qui aſſiſtunt, & qui nos audiunt, & ideo, ſicut convenit, quæſtionis hujus quoque exponam rationem. Tibi quidem non videtur piè dici, matrem habuiſſe Jeſum Mariam, & reliqua, quæ nunc proſecutus es, quæ quidem omnia repetere perhorreſco. Interdum quidem cogi ſolet artifex propter imperitiam reſiſtentis dicere, & facere ea quæ tempus recuſat, & ideo quia mihi eſt illata neceſſitas propter præſentem turbam, ad ea, quæ à te non rectè dicta ſunt, paucis [1] reſpondeam. Dic ergo mihi; ſi Jeſum hominem naturaliter factum intellexerimus ex Mariâ, habentem carnem & ſanguinem intellexerimus, neceſſe eſt etiam Spiritum Sanctum veram columbam fuiſſe, & non ſpiritum. Et quomodo poterit vera columba verum hominem ingredi, atque in eo permanere, caro enim carnem ingredi non poteſt: ſed magìs ſi Jeſum hominem verum confiteamur, eum verò, qui dicitur, ſicut columba, Spiritum Sanctum, ſalua eſt nobis ratio in utrâque. Spiritus enim ſecundùm rectam rationem habitat in homine, & deſcendit, & permanet, & competenter hoc & factum eſt, & fit ſemper, ſicut tu te ipſum ante hoc tempus profitebaris eſſe Paraclitum Dei, ut [2] dicam ſilex, non homo, qui frequenter oblivíſceris ea quæ dicis. Spiritum enim veniſſe ſuper te dixiſti, quem promiſerat Jeſus eſſe miſſurum, & unde niſi de cælo deſcendat? Et ſi deſcendit Spiritus ſuper hominem dignum ſe, ſuper te autem veras columbas deſcendiſſe ſentiendum eſt, ut te columbarium potiùs furem accipiamus, inſidias eis ac laqueos molientem; dignus enim es, qui verbis ridiculis illudaris; ego tamen parco, ne auditores videar offendere hæc dicens, & maximè quia præter propoſitum meum, in te ingerere, quæ merearis audire. Sed redeam ad rem. Memor ſum enim transformationis ſuæ, qua dicis, quia Deus transformaverit ſe in hominem, vel in ſolem, ex hoc volens oſtendere Jeſum noſtrum habitu ſolo, & viſu factum eſſe hominem, quod abſit ab unoquoque fidelium dicere. Hæc alioquin ſecundùm te ad ſomnium nobis redeant univerſa, & figuras; non ſolùm autem, ſed adventûs nomen delebitur; poterat enim in cælo poſitus facere quæ voluerat, ſi Spiritum eum eſſe, & non hominem, dices. Sed non ita eſt, quoniam

exina-

1 *Reſpondeam*, pro, *reſpondebo*, ſic in cap. 48. *edoceam*, pro, *edocebo*.

2 Caſinenſis, *ut dicam dilere non homo*. Videant Eruditi, an rectè emendatum ſit.

Exinanivit ſemetipſum formam ſervi accipiens. Dico autem de eo, *Philip.* 2. 7.
qui ex Mariâ factus eſt homo. Quid enim? non poteramus & nos
multò faciliùs & lautiùs iſta narrare? ſed abſit ut à veritate decli-
nemus jota unum, aut unum apicem. Eſt enim qui de Mariâ natus
eſt filius, qui totum hoc, [1] quo magnum eſt, voluit perferre certa-
men Jeſus. Hic eſt Chriſtus Dei, qui deſcendit ſuper eum, qui
de Mariâ eſt. Quòd ſi non credis neque voci, quæ cælitus facta eſt,
temerarium aliquod ipſe producis, et, ſi dixeris, nemo credet. Sta-
tim enim in deſertum à ſpiritu ductus eſt Jeſus, ut tentaretur à Dia- *Matth.* 4. 1.
bolo, quem cùm Diabolus ignoraret, dicebat ei, *Si filius es Dei*.
[2] Ignorabat autem propter quid genuiſſet Filium Dei, qui prædi-
cabat regnum cælorum, quod erat habitaculum magnum, nec ab
ullo alio parari potuiſſet; unde & affixus Cruci, cùm reſurrexiſ-
ſet ab inferis, aſſumptus eſt illuc, ubi Chriſtus Filius Dei regna-
bat, ut cùm judicium habere cœperit, hi qui ignoraverunt eum,
videant quem compunxerunt. Ut autem credas; cùm Diſcipuli
ejus per annum integrum manſerunt cum eo, quare nullus ipſo-
rùm procidit ſuper faciem ſuam, ſicut paulò ante dicebas, ſed
in unâ horâ illâ, quando ſicut ſol reſplenduit vultus ejus? Nonnè
propter habitaculum illud, quod ex Mariâ fuerat effectum? Sicut
enim Paracliti pondus nullus alius valuit ſuſtinere, niſi ſoli Diſci-
puli, & Paulus Beatus; ita etiam Spiritum, qui de cælis deſcen-
derat, per quem vox paterna teſtatur dicens, *Hic eſt filius meus* *Mat.* 3. 17.
dilectus, nullus alius portare prævaluit, niſi qui ex Mariâ natus
eſt, ſuper omnes Sanctos Jeſus. Sed & ad hæc, quæ objicio, reſ-
ponde. Si habitu eum & ſpecie dicis eſſe hominem, quomodo ab
his, qui ex viro & muliere nati ſunt, Phariſæis teneri potuit, &
ad judicium protrahi, cùm ſpirituale corpus à craſſioribus corpo-
ribus non valeat comprehendi? Quòd ſi habes aliquid, quod ad
verbum, atque ad propoſitum reſpondeas, qui nunquam ad pro-
poſita reſpondiſti, perge quæſo, & pugillum plenum ſolis mihi
affer, aut modium plenum? Ipſe verò ſol pro eo quòd ſubtilioris
eſt corporis, cooperire te, & circundare poteſt, tu verò eum, etſi
conculcaveris, nihil lædis. Dominus verò meus Jeſus, ſi tentus
eſt,

1 Fortè, *quod*.

2 Locum hunc noſtrâ conjecturâ ita correximus, ut aliquis inde ſenſus eliceretur; nam in Caſinenſis codicis lectione magna obſcuritas ex librarii erroribus exorta; ſic enim ſe habet, *Ignorabat autem propter qui genuiſſet filium Dei prædicabat regnum cælorum, qui erat, &c.*

eſt, ut homo ab hominibus tentus eſt. Si non eſt homo, nec tentus eſt. Si non eſt tentus, nec paſſus eſt, nec baptizatus eſt. Si ille non eſt baptizatus, neque quiſquam noſtrûm baptizatus eſt. Baptiſma autem ſi non eſt, nec erit remiſſio peccatorum, ſed in ſuis peccatis unuſquiſque morietur. MANES DIXIT, Ergo baptiſma propter remiſſionem peccatorum datur? ARCHELAUS DIXIT, Etiam. MANES DIXIT, Ergo peccavit Chriſtus, quia baptizatus eſt? ARCHELAUS DIXIT, Abſit; quin potiùs pro nobis peccatum factus eſt, noſtra peccata ſuſcipiens, [1]propter quod ex muliere natus eſt, & propter quod ad baptiſma venit, ut hujus partis perciperet purificationem, ut Spiritum, qui deſcenderat in ſpecie columbæ, corpus, quod ſuſceperat, portare poſſit.

LI. Hæc cùm dixiſſet Archelaus, admiratæ ſunt turbæ veritatem doctrinæ ejus, & laudes ei immenſas cum clamoribus reddiderunt, ita ut omni ſtudio conarentur, [2]& ultrà ei non ſinerent ad propria remeare; & tunc quidem diſceſſerunt. Poſtea verò congregatis eis, Archelaus acquieſcere ſibi, atque audire verbum ſuadebat: non enim ſoli, qui cum Diodoro erant, audiebant eum, ſed omnes quicunque ex provinciâ ejus aderant, atque ex vicinis locis; factoque ſilentio, hoc modo de Mane dicere aggreſſus eſt. Qualiter ſe quidem habeat noſtra doctrina audiſtis, & fidei noſtræ experimenta cæpiſtis; prout potui enim intelligere Scripturas, coram omnibus vobis expoſui. Sed nunc [3] pauciſſimè dicere volentem deprecor, ut cum ſilentio audiatis, ut agnoſcatis, qui ſit, & unde, & qualis ſit iſte, qui advênit, ſicut Siſinius [4]quidam unus ex comitibus ejus indicavit mihi, quem etiam ad teſtimonium eorum, quæ à me dicentur, ſi placet, vocare paratus ſum. Sed ne [5] ipſe quidem dicere recuſavit eadem, quæ nos dicimus, præſente Mane; credidit enim doctrinæ noſtræ ſupradictus, ſicut & apud me alius Turbo nomine. Quæcunque ergo conteſtati ſunt mihi, ſed & ea quæ nos ipſi deprehendimus in hoc viro, non faciam latere conſcientiam veſtram. Tunc verò turbæ eo

[illegible] ampliùs

1 In codice Caſinenſi, quo uſi ſumus, adverbium *propter*, deſideratur, ſed illud librarii oſcitantiâ omiſſum fuiſſe ſequentia clarè demonſtrant.

2 Et hic particula, *&*, deeſt in codice Caſinenſi, quam tamen orationis ſeries evidenter expoſcit.

3 Fortè, *pauciſſima*.

4 Cod. Caſinenſis nullo ſenſu habet, *Siſinius quidam vos ex comitibus ejus indicavit mihi, quæ etiam &c.*

5 Et hic emendavimus codicis Caſinenſis lectionem, ita ſe habentem, *ipſe quidem me dicere recuſavit &c.*

ampliùs incitatæ, congregatæ ſunt ad audiendum Archelaum; etenim ea, quæ ab eo dicebantur, plurimam eis oblectationem præbebant; propter quod & certatim adhortabantur eum dicere quæcunque vellet, quæcunque ſentiret; paratos ſe eſſe ad audiendum, & uſque ad veſperum permanere, etiam accenſis luminibus, pollicebantur: quorum animoſitate incitatus Archelaus cum omni fiduciâ dicere exorſus eſt. Viri fratres, ſuperiores quidem cauſas Domini mei Jeſu audiſtis, dico autem eas, quę ex lege & Prophetis judicantur; inferiores verò Domini mei Jeſu Chriſti Salvatoris noſtri non ignoratis. Sed quid plura? Appellati ſumus ex Salvatoris deſiderio Chriſtiani, ſicut univerſus orbis terrarum teſtimonium perhibet, atque Apoſtoli edocent; [1] ſed & optimus architectus ejus, fundamentum noſtrum, ideſt Eccleſiæ, Paulus poſuit, & legem tradidit, [2] ordinatis Miniſtris, & Presbyteris, & Epiſcopis in eâ, deſcribens per loca ſingula, quomodo, & qualiter oporteat Miniſtros Dei, quales & qualiter fieri Pręsbyteros, qualeſque eſſe debeant, qui Epiſcopatum deſiderant; quæ omnia bene nobis, & rectè diſpoſita, uſque in hodiernum, ſtatum ſuum cuſtodiunt, & permanet apud nos hujus regulæ diſciplina. Iſtius verò, qui nunc nobis ex Perſarum provinciâ ebullivit, Manes nomine, adversùm quem mihi diſputatio jam ſecundò commota eſt, genus vobis dicam, & totum; ſed & doctrina ejus unde deſcendat lucidiſſimè demonſtrabo. Iſte non eſt primus auctor hujuſcemodi doctrinæ, nec ſolus; ſed quidam ex Scythia, [3] Scythianus nomine, Apoſtolorum tempore fuit ſectæ hujus auctor & princeps, ſicut & fuerunt & multi alii apoſtatæ, qui primatus ſibi vindicare cupientes, falſa pro veris conſcripſerunt, ſimpliciores quoſque ad ſuam libidinem pervertentes, quorum nomina, & perfidias dicere nunc tempus non ſinit. Hic ergo Scythianus dualitatem iſtam introdu-

I. Cor. 3. 10.

1 Codex Caſinenſis, *Sed & optimos architectos ei fundamentum*, cujus manifeſtam corruptionem modicâ mutatione ſuſtulimus.

2 Locus notandus de Hierarchiæ Eccleſiaſticæ ordine ab Apoſtolis inſtituto. Epiſcopos autē, Presbyteros, & Miniſtros tantùm nominat Archelaus, quòd Miniſtrorum, hoc eſt, Diaconorū nomine omnes infra Presbyteratum ordines antiquiſſimi Patres comprehendere conſueverint: ita Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum pag. 667. Tertullianus de Baptiſmo cap. 17. Origenes homel. 2. in Hierem. & in Matthæi cap. 19. pag. 363. & alibi paſſim.

3 Qui *Scythianus* apud omnes alios veteres, qui de Manichæorum hæreſi tractarunt, appellatur, tam hic, quàm in ſequentibus à veteri interprete, *Scutianus*, & *Excutianus* vocatur, niſi ubique imperiti librarii ſit error.

troducit contrariam ſibi, quod ipſe à Pythagorâ ſuſcepit, ſicut & alii omnes hujus dogmatis ſectatores, qui omnes dualitatem defendunt, declinantes Scripturæ viam directam; ſed non in ampliùs proficient.

LII. Nullus tamen ita impudenter prævaluit ſicut iſte Scythianus. Inimicitias enim inter duos ingenitos introduxit, & omnia hæc, [1] quæ conſequuntur hujuſcemodi aſſertionem. Quique Scythianus ipſe ex genere Saracenorum fuit, & captivam quandam accepit uxorem de ſuperiore Thebaide, quæ eum ſuaſit habitare in Ægypto magìs, quàm in deſertis. Atque utinam nunquam eum illa provincia ſuſcepiſſet, [2] in qua cùm eum habitaret, cùm Ægyptiorum ſapientiam didiciſſet; erat enim, ut quod verum eſt dicamus, valde dives ingenio, & opibus, ſicut hi, qui ſciebant eum per traditionem nobis quoque teſtificati ſunt. Diſcipulum autem habuit quendam, [3] nomine Terebinthum, qui ſcripſit ei quatuor libros, ex quibus unum quidem appellavit Myſteriorum, alium verò Capitulorum, tertium autem Evangelium, & noviſſimum omnium Theſaurum appellavit, & erãt ei iſti quatuor libri, & unus diſcipulus nomine Terebinthus. Quia ergo aliquantum temporis ſecum iſti ambo decreverant ſoli habitare, placuit Scythiano diſcurrere in Judæam, ut ibi congrederetur cum omnibus, quicunque ibi videbantur eſſe doctores, & pervênit eum continuò vitâ defungi, nec potuiſſe aliquid promovere. Ille verò diſcipulus, qui cum eo fuerat converſatus, in fugam verſus eſt, & Babyloniam petiit, [4] quæ nunc provincia habetur à Perſis, quæque abeſt nunc à locis noſtris itinere dierum, & noctium ferme ſex; quò cùm veniſſet, talem de ſe famam pervulgavit ipſe Terebinthus, dicens omni ſe ſapientiâ Ægyptiorum repletum, & vocari non jam Terebinthum, [5] ſed alium Buddam nomine, ſibique hoc nomen impo-

1 In eodem codice, *quæ eum ſequuntur*. mala lectio.

2 Hic nonnulla deeſſe palàm eſt. Fortè, *in qua cùm diu habitaret, depravatus eſt, cùm Ægyptiorum ſapientiam didiciſſet*.

3 Et hic manifeſtus eſt librarii error in codice Caſinenſi, in quo, ſcribitur *Terbonem*; nam Cyrillus Hieroſolym. Catecheſi 6. & alii omnes Τέρβινθον, *Terbinthum*, ſeu *Terebinthum*, Scythiani diſcipulum faciunt. Quin & in ſeqq. ubique *Tereventus* ſcribitur. Quòd verò ait Archelaus, hunc Scythiano ſcripſiſſe quatuor libros, quos recenſet, contrarium eſt Cyrilli mox laudati narrationi, aliiſque, qui Scythianum ſolum eorum auctorem agnoſcunt.

4 Nota quouſque extenderentur Imperii Romani limites eo tempore, quo Archelaus cum Manete diſputavit.

5 Mirè hic ſeſe exerit librarii, qui Caſinenſem codicem exaravit, oſcitantia; ſcripſit enim, *ſed aliud cujuſdam nomine*. legendũ autem eſſe, *ſed alium Buddam nomine*, Cyrilli Hieroſolymitani, Epiphanii, & aliorum narrationes palàm evincunt.

impoſitum, ex quadam autem virgine natum ſe eſſe, ſimul & ab Angelo in montibus enutritum. [1] Parcus verò quidam Propheta, & Labdacus Mithræ filius, arguebat eum mendacii, & erat eis quotidie animoſa exaggeratio de hujuſmodi negotio. Sed quid plura? Licèt frequentiùs objurgaretur, tamen nuntiabat eis, quæ ante ſeculum eſſent, & de ſphæra, & duobus luminaribus; ſed & quò, & quomodo animæ diſcedant, & qualiter iterum revertantur in corpora, & alia multa hujuſcemodi, & horum nequiora, ideſt, bellum Deo commotum eſſe in principiis, ut ipſe Propheta crederetur. Pro quibus dum argueretur, ad viduam quandam ſeceſſit cum ſuis quatuor libris, nullo ibidem diſcipulo acquiſito, præter anum ſolam, quæ ejus particeps facta eſt. [2] Tunc deinde mane primo aſcendit ſolarium quoddam excelſum, ubi nomina quædam cępit invocare, quæ nobis Turbo dixit, ſolos ſeptem electos didiciſſe. Cùm ergo aſcendiſſet ritûs neſcio cujus, vel artificij gratiâ; ſolus autem aſcendit, [3] ne inde ab aliquo convinci poſſet, quòd ſi diſſimulaſſet, vel pro nihilo duxiſſet, cogitabat ſe à veris principibus pœnis eſſe ſubditum. Hæc eo cogitante, juſtiſſimus Deus ſub terras eum detrudi per ſpiritum jubet, & continuò de ſummo dejectus, exanime corpus deorſum præcipitatum eſt, quod anus illa miſerta, collectum locis ſolitis ſepeliit.

LIII. Tunc omnia illa, quæ ſecum de Ægypto pertulerat, manſerunt apud eam, & gaviſa eſt valde de morte ejus duplici causâ, primò quòd non libenter aſpiceret artes illius, ſecundò pro his, quæ de hæreditate fuerat conſecuta; erat enim multum pretii. Quæ cùm ſola eſſet, habere aliquem ad miniſterium voluit, & comparavit ſibi puerum annorum ferme ſeptem, [4] Corbicium nomine, quem ſtatim manumiſit, ac literis erudivit. Quique cùm duodecim annorum eſſet effectus, anus illa diem obiit, ipſique univerſa bona ſua tradidit, & cum cæteris [5] reliquis, etiam quatuor illos libellos, quos Scythianus ſcripſerat, non multorum verſuum

1 De his Perſarum Sacerdotibus, vide Epiphanium in hac hæreſi num. 3. & nos in Manichæorum Hiſtoriâ.

2 In codice Caſinenſi ſcribitur, *Nunc*; ſed *Tunc*, legendum eſſe non ambigo.

3 Codex Caſinenſis habet, *ut inde ab aliquo convinci poſſit*. Contrarius tamen ſenſus, quem expreſſimus, verior eſt; nam id ſibi vult Archelaus, Manetem ſolum, cujuſdam præſtigii causâ, ſolarium aſcendiſſe, ne à Parco, & Labdaco Mithræ ſacerdotibus id egiſſe deprehenſus, debitas pœnas Perſarũ Regi perſolveret.

4 *Cubricum*, Κύβρικον hunc, non *Corbicium*, vocant Cyrillus, Epiphanius, & alii.

5 Fortè, *reliquit*.

ſuum ſingulos. Tunc ergo Corbicius, ſepultâ dominâ, bonis ſibi derelictis omnibus uti cœpit, & migravit ad medium civitatis locum, in quo manebat Rex Perſarum, & commutato ſibi nomine, Manem ſemetipſum pro Corbicio appellavit; nec Manem, ſed Manes; Perſarum enim lingua tali utitur declinatione. Effectus igitur puer ille annorum propè[1] ſexaginta, eruditus ſecundùm doctrinam, quæ in locis illis eſt, & penè dixerim ſuper omnem hominem, diligentiùs tamen hæc didicit, quæ in illis quatuor libellis continebantur, acquiſivit etiam diſcipulos tres, quorum nomina ſunt hæc, Thomas, Addas, & Hermas. Tunc aſſumit illos libellos, & transfert eos, ita ut multa alia à ſemetipſo insereret eis, quæ anilibus fabulis ſimilia ſunt. Habebat ergo tres iſtos diſcipulos conſcios malorum ſuorum; nomen verò libellis proprium adſcribit, prioris nomine deleto, tanquam ſi eos ſolus ex ſemetipſo conſcripſerit. Tunc viſum eſt ei mittere diſcipulos ſuos cum his, quæ conſcripſerat in libellis, ad ſuperiora illius Provinciæ loca, & per diverſas civitates, & vicos, ut haberet aliquos ſe ſequentes, & Thomas quidem partes Ægypti voluit occupare, Addas verò Scythiæ, ſolus autem Hermas reſidere cum eo elegit. Cùm ergo illi eſſent profecti, Regis filius ęgritudine quadam arreptus eſt, quem Rex curari deſiderans, edictum propoſuit[2] in vita, ſi quis eum curare poſſit, accipere præmium, multo propoſito. Tum iſte, ſicut illi,[3] qui cibum, quod nomen eſt tale eludere ſolent, præſentiam ſuam Manes exhibet apud Regem, dicens ſe eſſe puerum curaturum, quæ cùm audiſſet Rex, ſuſcepit eum cùm obſequio, ac libenter habuit. Verùm ne multa narrando, quæ geſſit, tædium auditoribus inferam, mortuus eſt puer in manibus ejus, vel potiùs extinctus. Tunc Rex in carcerem detrudi jubet Manem, & ferri[4] talento onerari. Illi verò duo diſcipuli ejus, qui miſſi fuerant ad docendum per ſingulas civitates, quærebantur ad pœnam. Quique fugientes licèt, nunquam ceſſarunt alienam hanc, & ab Antichriſto inſpiratam, per loca ſingula inſerere doctrinam.

LIV. Poſt hæc ad magiſtrum ſuum redeunt, referentes quæ eis acciderant; audiunt etiam ea, quæ in ipſo collata ſunt mala;

acce-

1 Ita conſtanter in Caſinenſi codice ſcribitur; vereor tamen ne in hoc annorum numero mendum ſit.

2 Legendum fortaſſe, *invitans*.

3 Locus valde corruptus. Fortè legendum, *qui cybum, quod nomen eſt tali, ludere*.

4 Hoc eſt, vinculis ferreis, ab eorū pondere, nam τάλαντον interdum eſt pondus.

accedentes ergo, ut [1] dicebam, ad eum ſui, & ſuggerentes ei de his malis, quæ per loca ſingula patiebantur; de reliquo [2] converti ſe debere ad ſalutem ſuadebant; pertimuerant enim, verentes ne quid ſibi ex his malis, quæ illi inferebantur, [3] accederet. At ille ſuadens eos nihil vereri, ad orationem conſurgit. Tunc deinde jubet, in carcere poſitus, legis Chriſtianorum libros comparari; valde enim hi, qui miſſi fuerant ab eo per ſingulas civitates, ab omnibus hominibus execrationi habebantur, maximè apud quos Chriſtianorum nomen venerationi erat. Sumpto ergo aliquantulo auri modo, abierunt [4] ad loca, in quibus Chriſtianorum libri conſcribebantur, & ſimulantes ſe nuntios eſſe Chriſtianos, rogabant præſtari ſibi libros ad comparandum; &, ut ne multa dicam, comparant univerſos libros Scripturarum noſtrarum, & deferũt ad eum in carcere conſtitutum, quibus ille acceptis, homo aſtutus cæpit in noſtris libris occaſiones inquirere dualitatis ſuæ, nec ſuæ quidem, ſed Scythiani, qui hoc ante plurimum temporis protulerat; & in noſtris libris, ſicut etiam adversùs me diſputans fecit, aſſertionem ſuam proferre, quædam in his accuſans, quædam permutans, ſolo Chriſti nomine adjecto; quem ſe idcirco ſuſcipere ſimulavit, ut per civitates ſingulas ſanctum & divinum nomen audientes Chriſti, minimè execrantes eos, diſcipulos iſtius non fatigarent. Inveniẽs autem vocem etiam de Paraclito poſitam in Scripturis, ſemetipſum eſſe ſubjecit, qui non legerat diligenter, quia Paraclitus jam tunc veniſſet, cùm Apoſtoli adhuc eſſent ſuper terram. His ergo tam ſceleratè compoſitis, mittit & diſcipulos ſuos prædicaturos intrepidè fictos ſimulatoſque errores, & novas, falſaſque voces annuntiaturos per loca ſingula. Quod cùm Rex Perſarum cognoviſſet, dignis eum ſuppliciis ſubdere parat. Quo Manes agnito, admonitus in ſomnis, elapſus de carcere, in fugam verſus eſt, auro plurimo cuſtodibus corruptis, & manſit in caſtello Arabionis. Unde ſcriptam epiſtolam per Turbonem ad Mar-

1 In codice Caſinenſi, *ut dicebant*; nos levi mutatione, *dicebam*, emendandum cenſuimus. Sed & fortaſſe, *ut decebat*, legendum; melior tamẽ viſa eſt prior lectio.

2 In eodem codice, *conventi*, ſcribitur; ſed *converti*, legendum eſſe, quæ ſequuntur clarè, ut arbitror, innuunt.

3 Fortè, *accideret*.

4 Vides ut arcani diſciplinam in occultandis fidei myſteriis olim cuſtodierint Chriſtiani, & quanto curaverint ſtudio, ne ſacroſanctæ Legis libri ad Gentilium manus pervenirent, etiam antequam Diocletiani perſecutio exorta eſſet, ac traditionis periculum immineret. Præterea hinc apparet, non ubique; ſed certis quibuſdam in locis Chriſtianorum libros vendi conſueviſſe.

Marcellum noſtrum miſit, in qua ſignificavit ſe eſſe venturum. Quò cùm veniſſet,fuit nobis certamen tale, quale & hìc vidiſtis, & audiſtis, in quo,prout potuimus, oſtendimus eum Pſeudoprophetam. Sed cuſtos quidem carceris, qui eum dimiſerat, punitus eſt; Rex verò eum requiri juſſit, & in quibuſcunque locis repertum comprehendi. Hæc cùm ego cognoviſſem, neceſſarium fuit me etiam vobis indicare, quia requiritur iſte à Rege Perſarum uſque in hodiernum diem.

LV. His auditis, turbæ volebant Manem comprehenſum tradere poteſtati barbarorum, qui erant vicini [1] ultra Strangam fluvium, quoniam & ante tempus venerant quidam ad requirendum eum, quo nuſquam reperto, diſceſſerant; erat enim tunc in fugâ conſtitutus. Cùm ergo hæc ita Archelaus prodidiſſet, continuò ſe in fugam dedit Manes, & evadere potuit,dum nemo eum inſequeretur. Sed populus, cùm Archelai, quem libenter audiebant, relatione teneretur, quidam tamen crebrè inſecuti ſunt poſt eum. Sed ille vias, quibus venerat, repetens, tranſito fluvio ad Arabionis caſtellum rediit, ubi poſtea comprehenſus, oblatus eſt Regi; quique plurimâ adversùs eum indignatione commotus, duas mortes in eum vindicare cupiens, unam filii, alteram carcerarii, juſſit eum ante portam civitatis excoriatum ſuſpendi; & pellem ejus, medicamentis infectam, inflari; carnes verò volucribus dari juſſit. Quibus poſtea agnitis, Archelaus adjecit ea priori diſceptationi, ut omnibus innoteſceret, ſicut ego, qui inſcripſi in prioribus expoſui. Congregatis igitur omnibus Chriſtianis, ferri adversùs eum ſententiam placuit, veluti epilogum quendam [2] morti ejus tranſmittentes, conſonantem reliquis vitæ ejus negotiis.Addidit etiã hoc Archelaus dicens,Viri fratres,ne quis veſtrũ incredulus ſit his, quæ à me dicta ſunt, ideſt, quòd non ipſe primus auctor ſcelerati hujus dogmatis extiterit Manes; ſed tantùm, quòd per ipſum aliquibus terræ partibus manifeſtatum ſit. Sed non ſtatim is, qui aliquid quocunque portaverit, auctor ejus putandus eſt, ſed qui invenerit. Sicut enim gubernator acceptam navem, quam alius fecit, ad quęcunque loca voluerit perducere, alienus eſt tamen omni genere à conſtructione ejus, ita intelli-

gendus

1 Et hic præciſiùs Imperii Romani limes, quinam Archelai ætate, & Probo imperante eſſet, deſignatur.

2 Fortè, *mortis ejus*.

gendus eſt & iſte; non enim ex initio huic rei ipſe originem dedit; [1] ſed ea tantùm, quæ ab alio fuerant inventa, per ſe detulit hominibus, ſicut certis teſtimoniis notum eſt, quibus propoſitum eſt vobis oſtendere, [2] non ex Mane originem mali hujus manaſſe; ſed ab alio, & ante multum temporis à barbaro quodam exorta, in ſilentio habita, ab iſto verò ignotè latentia, veluti propria ejus eſſe prolata, deleto conſcriptoris titulo, ſicut ſuperiùs expoſui. Fuit prædicator apud Perſas etiam [3] Baſilides quidam antiquior, non longè poſt noſtrorum Apoſtolorum tempora, qui & ipſe cùm eſſet verſutus, & vidiſſet, quòd eo tempore jam eſſent omnia præoccupata, dualitatem iſtam voluit affirmare, quæ etiam apud Scythianum erat. Denique cùm nihil haberet, quod aſſereret proprium, [4] aliis dictis propoſuit adverſariis. Et omnes ejus libri difficilia quædam & aſperrima continent. Extat tamen tertius decimus liber tractatuum ejus, cujus initium tale eſt, *Tertium decimum nobis tractatuum ſcribentibus librum, neceſſarium ſermonem uberemque ſalutaris ſermo præſtavit.* Per parvulam divitis, & pauperis naturam ſine radice, & ſine loco rebus ſupervenientem, unde pullulaverit indicat. Hoc autem ſolum caput liber continet. Nonnè continet & alium ſermonem, & ſicut opinati ſunt quidam, nonnè omnes offendemini ipſo libro, cujus initium erat hoc? Sed ad rem rediens. Baſilides interjectis plus minus vel quingentis verſibus ait, *Deſine ab inani, & curioſâ varietate, requiramus autem magìs, quæ de bonis & malis etiam barbari inquiſierunt, & in quas opiniones de his omnibus pervenerunt. Quidam enim horum dixerunt, initia omnium duo eſſe, quibus bona & mala aſſociaverunt,*

1 Malè codex Caſinenſis, *ſed etiam*.

2 Aut nihil video, aut ita corrigenda eſt codicis Caſinenſis lectio, quæ ſic ſe habet, *non ex Manen originem mali bujus Manes eſſe*.

3 Etſi Baſilidem, qui paulò poſt Apoſtolorum tempora hæreſim docuit, Alexandrinum fuiſſe, & in Ægypto ſcholas erroris aperuiſſe teſtetur Euſebius lib. 4. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 7. nihilominus, qui ab Archelao memoratur, idem ac Baſilides Alexandrinus eſſe videtur, licèt apud Perſas hæreſim prædicaſſe dicat. Fieri enim poteſt, ut Baſilides Alexandriâ digreſſus, Perſas quoque hæreticis dogmatibus inficere tentaſſet. Sanè Baſilidis Perſæ nulla, quod ſciam, apud veteres mentio. Scripſit autem Baſilides Alexandrinus libros 24. in Evangeliū, eodem Euſebio teſte, qui non alii eſſe videntur à tractatuum libris, quos laudat Archelaus, & ab exegeticis illis, ex quorum libro 23. quædam loca refert Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 4. An autem Evangelium illud, in quod Baſilides ſcripſit, Apoſtolorum eſſet, an aliud, quod ſuo marte confinxit, cujus meminit Origenes Hom. 1. in Lucam, Hieronymus in prologo ſuorum Comm. in Matthæum, & Ambroſius in prologo in Evangelium Lucæ, non ſatis liquidò conſtat.

4 Fortè, *aliorum dicta*.

runt, ipſa dicentes initia ſine initio eſſe & ingenita, ideſt in principiis lucem fuiſſe, ac tenebras, quæ ex ſemetipſis erant, non quæ eſſe dicebantur. Hæc cùm apud ſemetipſa eſſent, propriam unumquodque eorum vitam agebat, quam vellet,[1] *& qualis ſibi competeret; omnibus enim amicum eſt, quod eſt proprium, & nihil ſibi ipſum malum videtur. Poſtquam autem ad alterutrûm agnitionem uterque pervênit,*[2] *& tenebræ contemplatæ ſunt lucem, tanquam melioris rei ſumptâ concupiſcentiâ, inſectabantur ea commiſceri.*

Nonnulla fortaſſe deſunt.

1 In codice Caſinenſi, *& quales ibi competeret.*

2 Tenebras deſiderio lucis adipiſcendæ actas fuiſſe Manes quoque aſſerit in cap. 13. hujus operis, & apud Titum Boſtrenſem aduersùs Manichæos lib. 1. pag. 48. editionis Caniſianæ.

FRAGMENTUM

Actorum ejuſdem Diſputationis ex Cyrilli Hieroſolymitani Catecheſi ſextâ.

FUgit è carcere (Manes), & inMeſopotamiam venit: verùm obſtitit ei armis juſtitię Archelaus Epiſcopus: & ſub philoſophis eũ judicibus reprehédẽs, collecto Gentiliũ auditorio, ne, ſi Chriſtiani judices eſſent, viderentur faviſſe. Age profer, ait Archelaus ad Manẽ, quod prædicas. At ille, cui os quaſi ſepulchrum patens erat, primũ à blaſphemiâ Creatoris omnium, initium ſumpſit, inquiens, Veteris teſtamenti Deus, malorum inuẽ-
Deut. 4. 34. tor eſt, de ſe ipſe dicẽs, *Ego ignis con-*

ΦΕύγει ἐκ τῆς φυλακῆς (Μάνης) καὶ ἔρχεται εἰς τὴν Μεσοποταμίαν· ἀλλ' ἀπαντᾷ αὐτῷ ὅπλῳ δικαιοσύνης Ἀρχέλαος ἐπίσκοπος. καὶ ἐπὶ φιλοσόφων κριτῶν ἐλέγξας, ἀκροατήριον ἑλληνικὸν συστησάμενος, ἵνα μὴ χριστιανῶν κρινόντων, δοκῶσιν οἱ κριταὶ χαρίζεσθαι· Λέγε, φησὶν ὁ Ἀρχέλαος πρὸς τὸν Μάνην, ὃ κηρύσσεις. ὁ δὲ, τάφον ἀνεῳγμένον ἔχων τὸ στόμα, ἀπὸ βλασφημίας πρῶτον τοῦ ποιητοῦ τῶν ἁπάντων ἤρξατο, φάσκων, Ὁ τῆς παλαιᾶς Θεὸς κακῶν ἐστὶν εὑρετής, λέγων περὶ ἑαυτοῦ, Ἐγὼ πῦρ καταναλίσκον. ὁ δὲ σοφὸς Ἀρχέλαος ὑπε-

1 Ne quidpiam actorum diſputationis Archelai Epiſcopi cum Manete omitteremus, opportunum cenſuimus hic eorundem fragmentum ex Cyrilli Hieroſolymitani catecheſi ſextâ pag. 147. primæ editionis deſumptum, corollarii loco ſubjungere, eò præſertim quòd in præcedentibus actis, ab Hegemonio, ut videtur, Presbytero in epitomen redactis, non reperiatur.

ὑπεξέλυε τὴν βλασφημίαν, εἰπών· Εἰ ὁ τῆς παλαιᾶς Θεὸς κατὰ τὸν σὸν λόγον, πῦρ ἑαυτὸν λέγει, Τίνος υἱός ἐστιν ὁ λέγων, Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν; εἰ μέμφῃ τὸν λέγοντα, Κύριος θανατοῖ καὶ ζωογονεῖ· διὰ τί τιμᾷς Πέτρον τὸν Ταβιθὰν μὲν ἐγείραντα· τὴν δὲ Σαπφείραν θανατώσαντα; εἰ δὲ καὶ μέμφῃ, ὅτι πῦρ ἡτοίμασε, διὰ τί οὐ μέμφῃ τὸν λέγοντα, Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ εἰς τὸν πῦρ τὸν αἰώνιον; εἰ μέμφῃ τὸν λέγοντα, Ἐγὼ θεὸς ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά, ἐξήγησαι, πῶς λέγει Ἰησοῦς, Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν; ἀμφοτέρων τὰ ἴσα λεγόντων, δυοῖν θάτερον, ἢ ἀμφότεροι καλοὶ διὰ τὴν ὁμολεξίαν· ἢ εἰ ἀνέγκλητος Ἰησοῦς ταῦτα λέγων, διὰ τί ψέγεις τὸν τὰ ὅμοια ἐν τῇ παλαιᾷ λέγοντα; εἶτα ὁ Μάνης πρὸς τοῦτον λέγει, Καὶ ποῖος θεὸς τυφλοῖ· Παῦλος γάρ ἐστιν ὁ λέγων, Ἐν οἷς ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου. ὁ δὲ Ἀρχέλαος, καλῶς ὑποκρούσας, Προανάγνωθι, φησίν, ὀλίγον. εἰ δὲ κεκαλυμμένον ἐστὶ τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον. ὁρᾷς ὅτι ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις κεκάλυπται; οὐ δεῖ γὰρ διδόναι τὰ ἅγια τοῖς κυσίν. εἶτα, ἆρα μόνος ὁ τῆς παλαιᾶς θεὸς ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων,

Ἰησοῦς

conſumens. Tum ſapiens Arche-
laus hanc ſolvit, refutavitq; bla-
ſphemiam his verbis, Si veteris
Deus teſtamenti, ut ais, ignem
ſe dicit, cujus eſt ille filius, qui
ait, *Ignem veni mittere in terrã?* *Luc.* 12. 49.
Si culpas eũ, qui dicit, *Dominus* *I. Reg.* 2. 6.
mortificat, et vivificat, quãobrem
Petrum colis, qui Tabitham à
mortuis excitavit, & Saphiram
morti tradidit? Si vitio vertis,
quod ignem præparavit, quare
hunc non carpis, qui dicit, *Diſce-* *Mat.* 25. 42.
dite à me in ignem æternum? Si
reprehendis eum qui dicit, *Ego* *Iſa.* 45. 7.
Deus faciens pacem, & creãs ma-
la, expone quo modo Jeſus di-
cat, *Non veni pacem mittere, ſed* *Mat.* 10. 34.
gladium? Cùm ambo paria dicãt,
è duobus alterum, aut uterque
bonus, eo ipſo quòd verbis con-
gruant: aut ſi Jeſus hæc dicens,
abeſt à reprehenſione, quare di-
gnum reprehenſione clamas eũ,
qui in veteri teſtamento ſimilia
profert? Tum Manes ei dicit; Et
qualiſnam Deus excæcat? Pauli
enim verba ſunt, *In quibus Deus* *II. Cor.* 4. 4.
ſeculi hujus excæcavit cogitatio-
nes infidelium, ut ne fulgeat in illis
illuminatio Evangelii. Archelaus
autem hoc præclarè refellens,
Quæ paululum antecedunt, in-
quit, lege. *Quod ſi etiam opertum*
eſt Evangelium noſtrum, in iis qui
pereunt, eſt opertum. Videſne pereuntibus obtectum dici Evangelium? Non enim danda ſunt ſancta canibus. Præterea, ſoluſne veteris teſtamenti Deus excæcavit cogitationes infidelium? Jeſus

etiam

Mat.13.13. etiam ipſe nonnè dixit, *Ideo ipſis in parabolis loquor, ut videntes nõ videant?* Odio ne eos proſequẽs, volebat ut nõ viderent? An quia indignum erat, quoniam oculos ipſi ſuos occluſerant? Ubi enim voluntaria malitia, illic & gratiæ
Mat.25.29. donum abeſt. *Habenti enim dabitur: ab eo autem qui non habet, etiam quod ſe putat habere, auferetur.* Quanquã etiam, ut interpretantur nõnulli, dici poſſit, qui ſermo non malus eſt, etiam ſi excæcarit infidelium mentes, ad rẽ bonam excæcavit, ut ad ſancta reſpiciant. Non enim dixit, Excæcavit eorum animam, ſed *cogitationes infidelium*. Quod autem ait, tale eſt: Excæca ſcortatoris ſcortandi cogitationes, & ſervatus eſt homo: excæca latronis rapiendi & latrocinandi ſtudiũ, & ſalvus eſt homo. Verùm hoc modo non vis intelligere. Eſt & alia interpretatio: Excæcat & ſol luſcioſos, & oculorum imbecillitate laborantes excæcantur lumine perculſi: nõ quòd ſol excæcandi facultate ſit præditus, ſed quòd oculorum ſtatus non cernat: ſic & quibus corda laborant incredulitate, ii divinitatis radios cõtueri non poſſunt. Nec dixit, Excæcavit cogitationes ne
II.Cor.4.4. audiant Evangelium, ſed ne *fulgeat in illis illuminatio gloriæ Evãgelii Domini noſtri Jeſu Chriſti.*

Ἰησοῦς δὲ αὐτὸς οὐκ εἴρηκε, διὰ τοῦτο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λαλῶ, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι. μὴ μισῶν αὐτοὺς, ἐβούλετο μὴ βλέπειν; ἢ διὰ τὸ ἀνάξιον, ἐπειδὴ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν; ὅπου γὰρ αὐτοπροαίρετος πονηρία, ἐκεῖ καὶ ἀποχὴ τῆς χάριτος· τῷ γὰρ ἔχοντι δοθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν ἀρθήσεται. εἰ δὲ δεῖ καὶ ὥς τινες ἐξηγοῦνται, τοῦτο εἰπεῖν, οὐ φαῦλον γὰρ τὸ ῥῆμα· εἰ καὶ ἐτύφλωσε τῶν ἀπίστων τὰ νοήματα, ἐπὶ καλῷ ἐτύφλωσεν, ἵνα εἰς τὰ ἅγια ἀναβλέψωσιν· οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐτύφλωσεν αὐτῶν τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων. τὸ δὲ λεγόμενον, τοιοῦτόν ἐστι· τύφλωσον τοῦ πόρνου τὰ πορνικὰ νοήματα, καὶ σέσωσται ὁ ἄνθρωπος. τύφλωσον τοῦ λῃστοῦ τὸ ἁρπακτικὸν καὶ λῃστρικὸν, καὶ σέσωσται ὁ ἄνθρωπος. ἀλλ' οὐ θέλεις οὕτω νοῆσαι. ἔστι καὶ ἄλλη ἐξήγησις· τυφλοῖ καὶ ὁ ἥλιος τοὺς ἀμβλυωποῦντας· καὶ οἱ ὀφθαλμιῶντες τυφλοῦνται, βλαπτόμενοι ὑπὸ τοῦ φωτός· οὐχ ὅτι τυφλωτικός ἐστιν ὁ ἥλιος, ἀλλ' ὅτι ἡ ὑπόστασις τῶν ὀμμάτων οὐ βλέπει· οὕτω καὶ οἱ ἀπιστίᾳ νοσοῦντες ταῖς καρδίαις, οὐ δύνανται ἐνιδεῖν ταῖς τῆς θεότητος ἀκτῖσιν. καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐτύφλωσε τὰ νοήματα, εἰς τὸ μὴ ἀκοῦσαι τὸ εὐαγγέλιον, ἀλλ' εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι τὸν φωτισμὸν τῆς δόξης τοῦ εὐαγγελίου τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. τὸ μὲν γὰρ ἀκοῦσαι τοῦ εὐαγγελίου, πᾶσιν ἐφίεται·

Nam Evangelium audire ab omnibus expetitur: at Evangelii gloria,

φίεται· ἡ δόξα δὲ τοῦ εὐαγγελίου, τοῖς Χριστοῦ μόνοις γνησίοις ἀφώρισται. ἔλεγεν ὁ κύριος, τοῖς μὲν ἀκοῦσαι δυναμένοις, ἐν παραβολαῖς· τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐπέλυε κατ' ἰδίαν τὰς παραβολάς, ὁ αὐγασμὸς τῆς δόξης τοῖς πεφωτισμένοις, ἡ τύφλωσις τῆς ἀπίστοις. ταῦτα τὰ μυστήρια νῦν ἡ Ἐκκλησία διηγεῖται τῷ ἐκ κατηχουμένων μεταβαλλομένῳ. οὐκ ἔστιν ἔθος ἐθνικοῖς διηγεῖσθαι· οὐ γὰρ ἐθνικῷ τὰ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος διηγούμεθα μυστήρια· οὐδὲ τῶν μυστηρίων ἐπὶ κατηχουμένων λευκῶς λαλοῦμεν, ἀλλὰ πολλὰ πολλάκις λέγομεν ἐπικεκαλυμμένως, ἵνα οἱ εἰδότες πιστοὶ, νοήσωσι· καὶ οἱ μὴ εἰδότες, μὴ βλαβῶσι.

ria ſolis Chriſti germanis tribuitur. Dominus loquebatur in parabolis iis quidem, qui poterant audire: Diſcipulis verò privatim parabolas & ſimilitudines explicabat. Gloriæ fulgor eorum eſt, qui jam illuſtrati ſunt: excæcatio, infidelium. Hæc myſteria nunc patefacit Eccleſia ei, qui ex catechumenis excedit: nec moris eſt, Gentilibus exponere. Nō enim Gentili cuiquam de Patre & Filio & Spiritu ſancto arcana myſteria declaramus: neque palàm apud catechumenos de myſterijs verba facimus, ſed multa ſępe loquimur occultè, ut fideles, qui rem tenent, intelligant: & qui non tenent, ne lædantur.

Hactenus Fragmentum diſputationis Archelai Epiſcopi cum Manete Hæreſiarchâ ex Cyrillo Hieroſolymitano.

SAN-

SANCTI EPHREM SYRI
SERMO
De reſurrectione, & judicio, & de regno Cælorum, & munditiâ animæ.

GLoria omnipotenti Deo, qui os noſtrum ſuperno nutu aperuit, ad enarrandum de illis terribilibus miraculis, de quibus omnes Sancti homines à ſeculo cecinerunt. [1] Quis ignorare poteſt, vel oblivioni tradere in præſentiarum, quàm grande diſcrimen eſt; quanta poſt excurſum vitæ peccatoribus ſupplicia, & quanta juſtis promiſſa ſunt præmia? Idcirco præparare mentem, & mundare debemus, omnique virtute inſiſtere & operam dare, ſemper de cæleſtibus ſapere, & ſublimia & æterna ſectari, contemnentes temporalia deſideria, & ad illas promiſſiones tendentes, de quibus omnes Sancti ſuſpirantes, & à longè aſpicientes, per fidem, & patientiam, [2] longitudinem equo animo pertulerunt, fidelem exiſtimantes eum qui repromiſit. [3] Nam omni carcere triſtiorem commorationem corporis arbitrantes, expectabant illam beatam Domini diem, & ſplendidam, in qua fulgebunt ut ſol, in qua etiam Filius Dei cum gloriâ, & ſanctis Virtutibus ſuis deſcendet in nubibus cæli. Veniet enim in virtute brachii ſui, & opera uniuſcujuſque coram ipſo, & colliget Sanctos ſuos à ſummo [4] cæli uſque ad ſummum ejus. Cujus eſt intolerabilis potentia, in qua cæli ſolventur ut liber, & terra producet omnes, qui à ſeculo requieverunt. Montes & petræ, [5] omniſque arida obſtupeſcent à facie ejus, cùm venerit judicare

vivos

1 Vaticanus cod. *quæ ignorare vel oblivioni tradere in præſentiarum grande diſcrimen eſt*. Caſanatenſis, *in præſenti illarum*.

2 Codex Vaticanus, *Tribulationem longanimitèr pertulerunt*.

3 Malè Caſanatenſis codex, *omni carne triſtitiorem*.

4 Vaticanus, *Cœlo*.

5 Codex Caſanatenſis, *& omnes aridæ obſtupeſcent*.

vivos & mortuos. Univerſos enim tremor apprehendet, & virtutes cælorum contabeſcent, eò quòd multa nimis erunt caſtra ejus, & fortia opera ſermonum ejus. Nubes etiam pulvis pedum ejus, comminans mare, & exiccans illud. Veniet ergo Dominus cum indignatione & irâ, & tanquam procella currus ejus, & ignis preibit ante faciem ejus. Audient verò qui in monumentis ſunt, vocem ejus, & procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ, qui verò mala geſſerunt in reſurrectionem judicii. Tunc apparebit illud terribile judicium Chriſti, in quo throni apponentur, & multa millia Angelorum adſtabunt. Fluvius igneus curret ante eos, & libri aperientur, in quibus ſingulorum acta conſcripta ſunt. Propterea rememorantes diem illum, [1] in quo hæc omnia Dominus revelabit, cùm venerit glorificari in Sanctis ſuis, non negligamus, Dilectiſſimi, neque in præſentibus & caducis rebus tanquam in æternis & perennibus delectemur. Non obdormiamus ſomno nequiſſimo. Somnum autem dico peccatum, & mortem. Non obliviſcamur ſanctorum Patrum, qui hujus vitæ noſtræ duces optimi extiterunt, quorum contemplantes converſationem, imitemur fidem. Qui circumierunt in melotis, & pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, & quotidie pro Chriſti nomine morientes. Scio enim quamplurimos & obdormiſſe, & nunquam de die illâ terribili cogitaſſe, qui ſine dubio, cùm venerit ſponſus, excludentur à thalamo. Nos ergo omni cuſtodiâ ſervemus cor noſtrum, expectantes patremfamilias Chriſtum Deum ac Dominum noſtrum, qui dum dives eſſet, propter noſtram ſalutem pauper factus eſt, & infirmitatem noſtram voluntate propriâ in ſemetipſo ſuſcepit. Nam idcirco pauper factus eſt, ut nos divitiarum ſuarum ſocios faceret, & ineffabilis futuræ gloriæ participes demonſtraret. Ideo crucifixus eſt, ut nos à cruciatibus, & poteſtate diaboli liberaret. Hunc ergo diligere ſine intermiſſione debemus, ut ab ipſo quoque diligi mereamur, & cum illo in manſionem illam, quæ apud Patrem præparata eſt, introëamus, & videamus lumen in lumine. Terribilis enim erit dies illa. Adventus ejus magnus & præclarus nimis, & quis idoneus erit ei? Propter quod has promiſſiones habentes ineffabiles & tremendas, exultemus exultatione inenarrabili, & glorioſâ. Abluamus frequenter animas

1 Vaticanus, *in qua omnia*.

eſt veſtrum; nam non erit veſtrî ſimilis quiſquam. Si converſi fueritis, & feceritis gaudium in cælis, in die illâ, in qua judicabit Deus occulta hominum, invenietis fiduciam ubi effugatur dolor, & triſtitia, & gemitus. Si enim recordamur de die illâ tremendâ, & adventu Domini glorioſo, cùm venerit Sanctorum [1] omnium multitudine conſtipatus, in quo cæli magno impetu tranſient, elementa ignis calore tabeſcent. Paremus nos ſine maculâ inveniri in illo terribili Chriſti examine, in quo omnes actus noſtri, & cogitationes, & eloquia arguentur. Nam & pro operibus, & ſermonibus otioſis, & pro dedecoroſis, & inhoneſtis aſpectibus, & pro omnibus actibus, vel manifeſtis, vel occultis, quæ ab origine mundi cogitata, vel geſta ſunt, rationem ſinguli reddent; & pro meritis ſuis [2] judicium ſinguli ſument. Ne ergo gloriam noſtram [3] in terrenis quęramus; ne carnis curam in deſideriis faciamus; ne temporalia, & corruptibilia diligamus; ne talentum noſtrum confodiamus in terram; ne ſtultis illis connumeremur Virginibus; ne hoc mundo utamur, eò quòd pręterit ejus figura. Quia, etſi domus noſtra hujus habitationis [4] diſſolvatur, non manufactam, ſed æternam in cælis habebimus. Hìc patriam [5] non quæramus, ſed futuram deſideremus. Intuitum etiam noſtrum deflectamus ad Sanctos, & inveniemus eos tam mente, quàm & cogitatione [6] ad aliud immortale ſeculum eſſe tranſlatos, qui circuierunt, ut ſuprà meminimus, in melotis, & in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus non erat dignus mundus; in ſolitudinibus errantes, in montibus, & in ſpeluncis, & in cavernis terræ: lapidati, & verberati, & omnium [7] tribulationum opprobriis tentati. Nam laboraverunt ſequentes poſt Deum, nec aliquid horum, quæ diximus, propoſitum eorum mentemque turbavit. Nam quemadmodum adamantinus murus non patet inſidiis, ſic eorum [8] mens non vulſa, & converſatio eorum permanſit immobilis. Nihil iſti hìc requirebant, ſed jugiter ibi theſaurizabant, fidelem exiſtimantes, qui repromiſit, & inviſibilem, tanquam videns. Unuſquiſque eorum ſuſtinuit ſolâ intelligentiâ ſpiri-

1 Codex Vaticanus, *hominum*.
2 Vaticanus, *judicium juſtiſſimum ſument*.
3 Idem codex, *in terris quæramus*.
4 Vaticanus, *diſſolvetur, invenimus domum non manufactam; ſed æternam in cælis: Hic patriam non quæramus, ſed, &c.*
5 Caſanatēſis, *non quęramus, futuram.*
6 Codex Vaticanus, *ad illud*.
7 Caſanatenſis, *tentationum*.
8 Vaticanus codex, *mens inconcuſſa, & converſatio manſit immobilis*.

ſpiritali, & puro cordis oculo [1] contemplabatur illa, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt, in quem deſiderant Angeli proſpicere, pro quibus [2] conſtituti in terris velocem depoſitionem tabernaculi ſui quærebant, & de illâ supernâ [3] commoratione, quam tardè ſe adipiſci ſentiebant, [4] gementes proclamabant, dicentes, quando veniemus, & apparebimus ante faciem Dei? Et alius, [5] Bonum eſt mihi magìs mori, quàm vivere. Et idem beatus Apoſtolus omnia mundi oblectamenta, tanquam ſtercora [6] deputabat; propter quod dicebat, *Cupio diſſolvi, & cum Chriſto eſſe*. Simeon etiam ille juſtus qualem vocem [7] emiſit, cùm Deum in ſuas ulnas ſuſcepit? *Nunc dimittis ſervum tuum, Domine, ſecundùm verbum tuum in pace. Quoniam viderunt oculi mei ſalutare tuum*. Quemadmodum enim in vinculis vel carceribus, ſic omnes Sancti uſque ad tempus reſolutionis ſuæ in corporibus commorantur, donec veniant [8] ad tranquilliſſimum portum, & adipiſcantur ſine fluctibus vitam. Propterea & nos, Fratres Dilectiſſimi, reſpicientes ad hos mirabiles viros, [9] & beatiſſima eorum ſequentes veſtigia, nec non paſſionibus eorum communicantes, ad nihil aliud noſtrum propoſitum dirigamus, niſi qualiter Deo placeamus, nec propter gloriam humanam retardemus curſum noſtrum, quominus ad menſuram Patrum noſtrorum pertingere valeamus; [10] ſed omni virtute æquiparantes merita eorum, cum ipſis in regnis cęleſtibus gaudeamus; quia ſi fuerimus ſocii paſſionum, ſimul & conſolationis erimus, & ſi ſuſtinemus, & conregnabimus: quia non ſunt condignę paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. [11] Non ignorantes, quia qui ſeminant in lacrymis, in gaudio metent, & qui parcè ſeminant, parcè & metent: *Euntes*, inquit, [12] *ibant, & flebant, mittentes ſemina ſua: venientes autem venient in exultatione, tollentes manipulos ſuos*. Et beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.

Philip. 1. 23.

Luc. 2. 29.

Pſal. 125.

Et

1 Vaticanus, *contemplabantur illa*. Caſanatenſis, *contemplabatur quæ*.

2 Malè Caſanatenſis, *conſtituit Apoſtolus in terris*.

3 Malè Vaticanus, *commemoratione*.

4 Et hic malè Caſanatenſis, *graveſque*.

5 Iterum malè Caſanatenſis, *bonum mihi eſt mori, quàm*. Locus Jonæ 4. 80.

6 Vaticanus, *computabat*.

7 Vaticanus, *dimiſit*.

8 Codex Caſanatenſis, *ad tranquilliſſimum portum feſtinantes, ut adipiſcantur*.

9 Idem codex, *& beatiſſimę eorum communicantes converſationi, ad nihil*.

10 Caſanatenſis, *Sed omni virtute ut cæpimus merita, &c.* peſſima lectio.

11 Codex Vaticanus, *non enim ignoratis*.

12 Idem codex, *ibant portantes ſemina ſua*.

Et beati qui eſuriunt,[1] & ſitiunt juſtitiam nunc, quoniam ipſi conſolabuntur de illâ regali menſâ, in qua Abraham, & Iſaac, & Jacob, &[2] omnes Sancti à ſeculo requieſcunt. Beatus ergo eſt qui in ſanctis operibus jugiter converſatur, & immaculatam ſervat animam ſuam, de qua nobis grande certamen eſt. Quid proderit homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ autem ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro animâ ſuâ? Igitur feſtinemus, ne excludamur ab illis promiſſis æternis, & à thalamo immortalis ſponſi; ne quando incipiamus, foris ſtantes, clamare, & dicere, Domine, Domine, aperi nobis; quia tunc nobis pœnitentia nihil proderit; ſed contrariò audiemus, neſcio vos, unde eſtis. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. [3] De animâ noſtrâ certamen agitur, de qua ſi neglexerimus, & periculum immenſum eſt, & ſupplicium ſempiternum. Non eſt enim in inferno confeſſio, non lacrymæ ibi, non gemitus, quæ Judicis avertant ſententiam. Non eſt dilatio ulla temporis, ad agendam pœnitentiam non eſt regreſſio[4] poſt exceſſum ad vitam; ſed omnia dura, aſpera, & amara occurrent eis, qui tempus pœnitentiæ perdiderunt. Obviabit eis horrenda illa facies ſuorum delictorum,[5] quæ omni tormento major extabit, & durior. Sed & conſcientiæ ſuæ verberibus cruciati, infelicia illa verba[6] crebrò loquentur, & dicent,[7] Væ, væ nobis miſeris, quibus contigit videre hanc diem. Ubi enim tunc peccator oculos converterit, contemplabitur ſuorum imagines delictorum. Tunc videbitis Angelos, & Archangelos per univerſum mundum diſcurrere,[8] & omnes electos Dei, & Sanctos congregare, qui rapientur[9] obviam Christo, & ſic ſemper cum Domino erunt: quia[10] ubicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Peccatorum autem, & negligentium nunc[11] vitam ſuam, exitum videbitis triſtem, & exi-

1 Codex Vaticanus, *& ſitiunt nunc, quoniam.*

2 Codex Caſanatenſis, *omnes Sancti opibus conveſcuntur, & immaculatam ſervant animam ſuam.* At nobis melior videtur Vaticani codicis lectio.

3 Codex Caſanatenſis, *de animæ noſtræ certamine agitur.*

4 Idem codex, *poſt exitum.*

5 Idem codex, *quæ in tormenta amarior exiſtit.*

6 Codex Vaticanus, *crebrò proloquuntur, & dicunt.*

7 Idem codex, *Væ, væ, ne mecum ſenſeris, quibus contigit videbo hanc diem. Ubicunque enim tunc.* Mala lectio.

8 Vaticanus codex, *& omnes amicos, & electos Domini congregare.*

9 Idem codex, *obviam Domino in aëra.*

10 Codex Vaticanus, *ubi.*

11 Codex Caſanatenſis, *vitam ſuam videbitis triſtem.*

exitiabilem. Sol enim tunc obſcurabitur, & cælum tunc plicabitur, tanquam liber, cadent aſtra, omnia conturbabuntur elementa; Virtutes, & Poteſtates aſſiſtent, & ignis, [1] velut fluvius currens, omnia omnino replebit. Ignis enim ille comburet montes, & colles, & maria; & omnia Deus judicabit per ignem. Tunc in illâ die videbitis univerſum orbem, tanquam pomorum [2] cuſtodiam, & tubę illę angelicę terribilia & tremenda clangentes, refulgebunt, tanquam claritas firmamenti. [3] Tunc lamentabuntur ſe, & plangent omnes peccatores terræ, & illud amariſſimum proclamabunt, Væ, væ nobis; cùm viderint claritatem lætitiamque Sanctorum: cùm viderint Abraham, Iſaac, & Jacob, & omnes juſtos percipientes immarceſcibiles coronas de manu Domini; cùm viderint [4] ſe ab eorum conſortio ſeparari. Tunc enim exient Angeli, & ſeparabunt omnes malignos de medio juſtorum. Tunc audient infelices illam Chriſti vocem terribilem, & potentem, Recedite à me maledicti in ignem ęternum, qui [5] pręparatus eſt Diabolo, & Angelis ejus. In illâ horâ neceſſitatis [6] amarè nimis, & lacrymabiliter ſuſpirabunt, cùm traditi fuerint morti, & inextinguibili igni, & tenebris exterioribus, & vermibus immortalibus, cùm in inferno inferiori mancipati fuerint, [7] ubi eſt fletus, & ſtridor dentium, ubi eſt tartarus, & crudelis gehenna. Hæc namque univerſa ſupplicia [8] expectant hos, qui non pro ſuis animabus viriliter decertaverunt, qui non multiplicaverunt talentum ſibi creditum, qui non caſtitatem cum fraternâ charitate ſervaverunt. Feſtinemus ergo reconciliari proximis noſtris, ut ſol non occidat ſuper iracundiam noſtram, nec malitiæ reminiſcamur in cordibus noſtris. [9] Infirmum etiam in operibus confortemus, & in ægrotis, & languidis Dominum viſitemus, & cùm [10] viderimus eum in pauperibus eſurientem, ſaturemus: ſitientem, & potemus: nudum, & veſtiamus: infir-

mum,

1 Vaticanus codex, *velut fluvius currens, quoniam omnino replebitur.*

2 Vaticanus codex, *cuſtodiarium, & tubas illas Angelicas terribilia & tremenda clangentes, quæ fulgebunt.*

3 Codex Caſanatenſis, *Tunc lamentabunt ſe, & plangebunt ſe omnes &c.* Mox Vaticanus, *clamabunt.*

4 Codex Caſanatenſis, *ſe à lucis conſortiis ſegregari.* Paulò poſt uterque codex habet, *exient*, pro, *exibunt.*

5 Vaticanus codex, *paratus.*

6 Idem codex Vaticanus, *amarum nimis, & lacrymabile.*

7 Vaticanus codex, *ubi erit.*

8 Caſanatenſis codex, *expectant ii.*

9 Malè Caſanatenſis codex, *Infantiam.*

10 Malè & hic Caſanatenſis codex, *videmus in pauperibus eſurientes.*

mum, & viſitemus: hoſpitem, & colligamus: in carcere, & eamus ad eum: petentem etiam eleemoſynam per manus pauperum, non deſpiciamus, ut & ipſe in adventu ſuo vocet nos ad ſe, & dicat, Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi; quia propter vos pauper factus ſum, & mihi in ipſis pauperibus miniſtraſtis.

Ego autem, Fratres Chariſſimi, hæc vobis ſcribens, fortiter defleo, nec à luctu, nec à lacrymis ceſſo, quia ab his bonis alienus exiſto, & in me impletum eſt illud Apoſtoli, *Ne cùm aliis prædicaverim, ego reprobus efficiar*. Spero autem per orationes veſtras tempus pœnitentiæ promereri, ut ſtare poſſim adversùs inſidias Diaboli, quia non eſt nobis colluctatio adversùs carnem, & ſanguinem; ſed adversùs [1] principes, & poteſtates, contra ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibus. Orate ergo pro nobis ſemper, Fratres Chariſſimi, & orantes non deficiatis, ut hoc [2] medium profundum, quod eſt inimicus & Diabolus, totum prætermeare poſſimus, & effugiamus illa, quæ futura ſunt mala, ut veniant tempora refrigerii in adventum Chriſti, quæ ſuis temporibus oſtendet beatus, & ſolus potens, & transferet nos, ſi digni fuerimus, in illam beatam ſpem, & ineffabilem lætitiam, & manſionem æternam, de quibus nunc ex parte narrantes, [3] tanta evangelizavimus vobis, tanquam ſi quis ex maris hujus pelago aquæ guttam poſſit digito ſuo auferre. Sit nomen Domini [4] benedictum, qui paravit cælos in prudentiâ ſuâ, qui præparavit Sanctis ſuis regnum, & gaudium ante conſtitutionem mundi, de quo ſuſpirant, [5] & lugent qui tunc audient, Venite omnes, qui ploratis, gaudete in gaudio meo, & videte me, & lætetur cor veſtrum, & oſſa veſtra tanquam [6] herba florebunt. Ibi laudatio, & exultatio, & jucunditas ſempiterna eſt. Dilectiſſimi Fratres, illic fulgebitis, ſicut ſol, illic lætabimini lætitiâ inenarrabili. Illic Deum videbitis, quod eſt bonorum omnium potiſſimum. Illic vobis Chriſtus demonſtrabit omnem gloriam Patris, & officia Sanctorum Angelorum.

I. Cor. 9. 27

1 Vaticanus codex, *principatus*.

2 Ita codex Vaticanus. In Caſanatenſi conſumptis præ vetuſtate literis ſolùm hæc vocis deletæ veſtigia apparent, *ma de profundum*. Fortaſſe legendum, *mare profundum*.

3 Codex Vaticanus, *tanta vobis evangelizamus, quantùm ſi quis ex mari vel pelago unius aquæ guttam poteſt digito &c.*

4 Codex Caſanatenſis, *benedictum, qui paravit Sanctis ſuis regnum*.

5 Codex Vaticanus, *& lugent nunc, qui illum deſiderant, & tunc audient*.

6 Idem codex, *herbæ florent*.

rum. Illic adorabimus Patrem in atriis ſanctis. Illic ſine fluctibus, & perturbationibus [1] vitę vivemus. Illic [2] choris miſcebimur Sanctorum. Illic auferentur ab oculis noſtris lacrymæ, quæ pupillas oculorum noſtrorum obnubilant. Illic cantabimus, & dicemus, Mirabilis es, Domine, in Sanctis tuis. Illic [3] confitebimur Domino, & dicemus, Quia repleti ſumus manè miſericordiâ tuâ, exultavimus, & lætati ſumus in omnibus diebus noſtris; delectati ſumus pro omnibus diebus, quibus humiliaſti nos. Quàm magnificata ſunt opera tua, Domine, omnia in ſapientiâ feciſti. [4] Benedic anima mea Dominum, & ne oblivïſcaris omnes retributiones ejus, qui propitius fit omnibus [5] iniquitatibus tuis; qui ſanat omnes languores tuos; qui redimit de interitu vitam tuam; qui coronat te in miſericordiâ & miſeratione.

Gloria tibi Chriſte, gloria tibi, quia judicia tua abyſſus multa, & promiſſiones tuæ [6] inſcrutabiles, & inveſtigabiles divitiæ tuæ.

Quis ſapiens, & [7] intelligit hæc? Quia rectæ viæ Domini, & juſti ambulabunt per eas. Impii autem infirmabuntur in eis.

[8] Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

EJUSDEM SERMO

De Agone, ſeu de Luctaminibus huius ſeculi.

IN luctaminibus ſeculi nullus ſine agone, ſeu certamine coronatur, & in ſpiritali converſatione, & propoſito ſancto nemo ſine [9] luctaminibus poteſt immarceſcibilem coronam accipere, vitæque æternæ hæres exiſtere. Nam ſcammati aſſimilatus eſt [10] mundus iſte. Semper ergo perfectiſſimi, & robuſtiſſimi Athletæ ſine aliquo metu, & cum ſummâ alacritate inveniuntur in ſcammate: timidi autem, & imbecilles, antequam [11] incipiant cer-

1 Codex Vaticanus, *vita*, fortè, *vitam*.

2 Idem codex, *choros miſcemus cum choris Sanctorum*.

3 Idem cod. *confitebimur Domino, quia repleti ſumus miſericordiâ tuâ, & exultavimus, & delectati ſumus pro diebus, quibus.*

4 Vaticanus codex, *Benedic ergo*.

5 Idem codex, *iniquitatibus tuis, qui redimit de interitu*.

6 Vaticanus, *inperſcrutabiles*.

7 Vaticanus, *intelliget*.

8 Doxologiam iſtam non habet Vaticanus codex.

9 Vaticanus, *Luctamine*.

10 Caſanatenſis, *mundus. Semper*.

11 Caſanatenſis, *incipiant decertare*.

certare, diffugiunt, & [1] propter mollitiem deſidiamque immenſam nullo prorſus modo in ſcãmate deſudare contendunt. Scamma eſt autem, Fratres Chariſſimi, [2] medius locus, in quo Athletæ luctantur. Sic ergo & perfectiſſimi luctatores, & continentiſſimi Monachi decertant, habentes ſemper præ oculis jucunditatem paradiſi, & expectantes [3] delicias ejus perfrui, & quæ promiſſa ſunt bona, immortalia ſecula, & lumen ſempiternum. Vis in agone certare, & victor exiſtere? Indue te armaturâ Dei, ſicut veſtimento. Indue te virtute animæ, [4] omni ſolicitudine hujus mundi exuere, & ſtudioſè enitere, ne iiſdem pro parvâ concupiſcentiâ, [5] vel negligentiâ expolieris. Fuge vinum, quaſi venenum, ne ebrietas ſuperet te, expoliatumque virtutibus nudum efficiat, quemadmodum Noë ſanctum, & antiquiſſimum virum. Hic enim juſtus in illâ generatione inventus eſt. Nutu Dei, timore diluvii, fabricavit arcam in ſalutem domûs ſuæ, & quem tantæ moles aquarum non vicerant, poſtmodum à modico vino devictus eſt; & in diluvio pudore velatus, poſtea dormiens ab ebrietate nudatus eſt. Hoc iterum vinum & Patriarcham Loth deprædavit, ut contra naturam [6] cum filiabus ſuis ſe turpiter fæditerque miſceret, & adeo enervatione vini in profundiſſimo ſomno demerſus eſt, & penè ſepultus, ut quid fecerit, poſtea evigilans ignoraret. Si ergo ſanctis, & magnificis viris vini ebrietas non pepercit; quantò magìs te exiguum, atque infirmiſſimum, ſi ebrietati ſtudueris, ſuperabit? [7] Semper in adoleſcentiâ, & juventute time vinum, quia ex vino ſpiritalis oculus excæcatur, iniquitas multiplicatur, [8] venenata dulcedo libidinis meditatur, & execranda turpitudo; quæ contra naturam eſt, cogitatur. Molleſcit virtus animæ: cogitatio vitæ abolitur æternæ, anima devincitur, viſibiliter delinquit, facillimè effugatur ab eâ cæleſtis gratia, ſanctimoniam dico; atque virginitatem. Quanto tempore enim fuerit templum corporis noſtri ſanctum, & mundum, [9] Deus excelſus habitabit in

eo;

1 Vaticanus, *propter ſuam mollitiem.*

2 Vterque codex, *medium locum*: ſed Vaticanus non habet, *eſt.*

3 Vaticanus, *deliciis*, & mox, *immortali ſeculo, & lumine ſempiterno.* Fortè, *in immortali &c.*

4 Vaticanus, *omni ſolicitudine hujuſmodi ſtudioſè enitere.* Sed malè Caſanatenſis, *exuere & ſtudioſè enutrire.* Fortè, *exue te.*

5 Vaticanus codex, *vel parvâ negligentiâ ſpolieris.*

6 Codex Caſanatenſis, *cum filiabus ſuis impudenter fædanterque miſceret.*

7 Vaticanus codex, *ſemper adoleſcentia, & juventus timeat vinum.*

8 Malè Caſanatenſis, *venenum.*

9 Vaticanus codex, *Deus excelſus habitat in eo.* Caſanatenſis, *& Excelſus &c.*

eo; ſi autem corruptum fuerit, & pollutum, continuò ſanctus & impollutus Deus deſerit [1] templum illud, & pro ineffabili lumine cæleſti habitabit in eo obſcuritas impuriſſimi dæmonis, & ſubintrant concupiſcentiæ malignæ, & ſordidæ, quæ infelicem animam crebrò faciant inſanire. Quis ille eſt, qui non habet lacrymas, ſi in corde ſuo meditaverit, quia Deus ſanctus repulit templum ſuum, & concupiſcentiæ malæ, & paſſiones ignominioſæ habitant in eo: & intellexerit quis eum repulit, quis ſucceſſit; unde cecidit, quid evênit; à quo ſeparatus eſt, cui conjunctus eſt. Quomodo non ſtatim [2] repletur lacrymis, & flens, & lugens dicit intra ſemetipſum, [3] Quare in uno momento à malignâ cogitatione proſtratus ſum, & effugi agonem glorioſum, nec merui victoriam & triumphum? Nam in die illâ retributionis molles, & reſoluti peccatores, & impii, cùm viderint juſtos, & Sanctos [4] gaudio & lætitiâ ſempiternâ exultare, & in paradiſo [5] æterno regni Dei degere, ſe etiam viderint in igne inextinguibili, & in tenebris exterioribus eſſe; tunc fortiter ingemiſcent, & ſuperfluis lacrymis plorabunt amariter; quia detinet eos pœnitudo vaniſſima, & neceſſitas pœnarum immenſa. Propterea obſecro vos, Fratres mei dulciſſimi, imitatores eſtote beatiſſimorum Patrum, qui ſanctiſſimâ ſuâ inſtitutione templum Dei puriſſimum extiterunt. Horum converſationem diligite: horum exempla ſectamini. Deſiderate jejunium, quod eſt animæ puritas, & caſtitas. Deſiderate orationes, quæ ſunt colloquia Dei. Omnis enim ſancta, & puriſſima oratio, confabulatio Dei eſt. Denique perfectorum orationes eorum, qui ex toto corde diligunt Deum, cum magnâ [6] exultatione ad cælum aſcendunt. Angeli etiam, & Archangeli cum gaudio occurrunt eis, & ſuſcipientes eas uſque ad thronum gloriæ Sancti Dei perducunt. Hæc enim magna gratia Sanctorum Angelorum eſt, & ineffabilis lætitia, cùm Sanctorum orationes puriſſimas coram Deo obtulerunt. Feſtinemus ergo, Fratres, fieri imitatores inſtitutionis, & vitæ Sanctorum Monachorum.

Ambu-

1 Malè Caſanatenſis codex, *templum illud pro ineffabili lumine cæleſti habitabitque in eo.*

2 Vaticanus, *replebitur*: & mox, *dicet.*

3 Codex Caſanatenſis, *Quare in momento à malignâ cogitatione proſtratus effugi agonem glorioſum; non merui &c.* Sed melior Vaticani codicis lectio.

4 Vaticanus, *in gaudio magno & lætitiâ ſempiternâ exiſtere, & alios quidem in Paradiſo, alios in regno degere.*

5 Fortè, *æterno regno.*

6 Vaticanus, *exultatione, & fiduciâ ad cælum.*

Ambula, Frater, in viis eorum. Vive, ſicut illi vixerunt. Abſtinentiam habeto ſpiritûs,& animæ, & corporis. Continentiam habeto in habitu. Continentiam habeto in cibo. Continentiam habeto in linguâ. Abſtinentiam habeto in aſpectu, in cogitatu, & in riſu, ut Athleta pietatis [1] perfectiſſimus in omnibus demonſtreris. Conſidera te ipſum, Frater Chariſſime, & vigila, ne in tuis orationibus extollaris: ſed cùm aſtiteris orare Deum, cum magno timore, & deſiderio coram eo [2] conſiſte. Diſrumpe à corde tuo omnia vincula terrenæ ſolicitudinis. [3] Eſto per omnia ſolicitus, & ſobrius in horâ orationis, & ita viriliter agonizare; ut ſit oratio tua ſancta & munda, impolluta & immaculata, & videntes eam portæ cæli aperiantur coram eâ, & Angeli cum lætitiâ occurrant ei, & uſque ad thronum benedicti Patris perducant eam. Sic ſemper eſto, Chariſſime, quemadmodum Cherubim & Seraphim, qui permanent in miniſterio Dei. Meditare, Frater, hæc verba, & decanta ea jugiter ex affectu cordis, [4] quæ eſcam ſpiritali animæ ſubminiſtrant, & ab amaritudine eam ſuâ ſemper dulcedine liberant, ponderibuſque terrenorum negotiorum exonerant. Omnia, quæcunque audiſti, mente ſolicitâ ſervare feſtina, ut requieſcat Deus [5] in cogitationibus tuis, ut invenias fiduciam in horâ illâ terribili & tremendâ, cùm venerit Dominus reddere unicuique ſecundùm opera ejus. Indulgete [6] modicum quid infirmitati meæ, Fratres Chariſſimi; [7] quaſi infirmiſſimus enim exiſtimo, quòd in horâ illâ omnis ſpiritus contremiſcat. Sed gratia Salvatoris confortat, & lætificat corda Sanctorum, cùm rapiuntur in nubibus obviam Chriſto in aëra. Ego autem, & qui mei ſunt ſimiles, deſidioſi, & pigri [8] remanebimus ſuper terram, & non facilè ad cæleſtia aſcendemus.

Fratres mei dilectiſſimi, quid nobis poteſt mundus prodeſſe, quia ejus [9] ſolicitudinibus ligamur? Aut quid lucrabimur de cultu veſtimentorum,& ornato elationis amictûs, niſi ignem inex-

tin-

1 Vaticanus codex, *perfectiſſimus hominibus demonſtreris*.

2 Vaticanus codex, *conſiſtas*.

3 Idem codex, *Eſto per omnia, quaſi Angelus, in oratione, & ita viriliter*.

4 Codex Vaticanus, *quia eſcam*. Fortè, *quæ eſcam ſpiritalem*.

5 Vaticanus, *in ſenſibus tuis, & invenias*.

6 Vaticanus, *modicum inquit infirmitati*, mala lectio.

7 Codex Caſanatenſis, *quia ſi infirmus ſum, exiſtimo*.

8 Vaticanus, *tenebimur ſuper terram*.

9 Caſanatenſis codex, *ſolicitudine colligamur? Aut quid luctamur de cultu veſtimentorum & ornatûs elationis amictus, niſi*.

tinguibilem? Aut quid acquirimus de ſtudio eſcarum, & ventris curâ, niſi æterna ſupplicia? Agnoſcite, Fratres, quia niſi hìc per gratiam Dei totis viribus agonizantes [1] meruerimus triumphum, ibi pœnitebimus in ſecula ſeculorum. Fratres mei, quid negligimus, quid deſidiâ occupamur. [2] Quare noſmetipſos in occurſum Domini non præparamus? Ecce enim dies appropinquat. Ecce univerſus mundus ad occaſum [3] properat. Quare non omnia onera concupiſcentiarum, & [4] fæces peccatorum à nobis rejicimus? Neſcitis quia arcta [5] via eſt, & porta anguſta, quæ ducit ad vitam? Et peccatorum, ac divitiarum ſarcinis prægravatos non capit per eam tranſire. [6] Hos etiam porta illa diligit, qui attenuati divitiis, & voluntariâ paupertate afflicti, ſemper in vigiliis, in jejuniis, atque humilitate, omni tempore vitæ ſuæ converſati ſunt, & paraverunt ſeipſos, ut videant immortalem ſponſum, & poſſideant regna cælorum. Ecce, Chariſſimi, jam hoſtium nos paradiſi vocat; jam crebro ſono nos hortatur, & dicit, [7] Priuſquam claudar unuſquiſque veſtrûm velociter properet, ut introiens, in æternum cum Domino regnet. Ecce Mater noſtra Ieruſalem cum [8] magno gaudii affectu clamat ad nos, & dicit, Venite, Filii mei dilectiſſimi, venite ad me, dilatetur numerus veſter in me, & in thalamo immortalis ſponſi magnificentur chori veſtri cum Angelis Sanctis. [9] Videam vos in gloriâ, & pulchritudine, & decore. Videam vos in lætitiâ & exultatione, & gaudio. Diligite me, Filii mei, ſicut & ego vos diligo. Nihil poſſideatis in terrâ. Nihil ſitis ſoliciti. Ecce ſponſus meus jam paratus eſt, ut procedat, & veniat in nubibus cæli, & in gloriâ Patris ſui benedicti. [10] Tunc unumquenque veſtrûm ſingillatim ſuo nomine vocabit, & ordinabit eum in officio, quo pro ſuis meritis, & laboribus dignus extiterit. Nam in ſtudio veſtro, ac vigilantiâ Angeli, & Archangeli, omneſque Virtutes cælorum exultant. Si-

mi-

1 Vaticanus codex, *victoriæ meruerimus*. Caſanatenſis, *agonizantes meruimus*.

2 Vaticanus codex, *quid*.

3 Vaticanus, *jam properat*.

4 Vaticanus, *faſces peccatorum*.

5 Codex Caſanatenſis, *via eſt, & coanguſta*.

6 Vaticanus codex, *eos enim porta illa diligit, qui extenuati ſunt divitiis*.

7 Codex Caſanatenſis, *priùs quàm claudatur vnuſquiſque noſtrûm*.

8 Vaticanus codex, *magno affectu*.

9 Codex Caſanatenſis tam hic, quàm infrà, *videant*.

10 Hic adeſt lacuna in codice Caſanatenſi, habet enim, *Patris ſui benedicti, & unumquenque veſtrûm ſingillatim ſuo nomine vocabit, & ordinabit enim ſi in offitium, pro quo ſuis meritis, laboribuſque virtus cælorum exultat. Similiter &c.* nos Vaticanum ſecuti ſumus.

militer & negligentiâ veſtrâ, [1] & ſtupore cum ipſius ſatellitibus inimicus tripudiat. Feſtinate ergo, Filii mei, feſtinate, ut & ego de vobis, voſque de me gaudeatis in ſecula ſeculorum. Amen.

Procidens adoro te, & obſecro, Chriſte Filius Dei vivi, præſta mihi, & omnibus diligentibus te, ut videamus regnum tuum cæleſte, & poſſideamus illud cum omnibus Sanctis. Amen. Chariſſimi, in hoc brevi tempore, ſi neglexerimus, nullam omnino excuſationem habebimus, quam pro noſtris facinoribus [2] obtendamus. Dominus nunc noſter deſcendens de cælo in terram, omnia [3] nobis condonavit, debita noſtra dimittens, & vitam nobis æternam contribuens. Nam cùm inimici eſſemus, reconciliavit [4] nos Deo per mortem ſuam. Terreni eramus, & cæleſtes ſumus effecti: mortales, & immortalitatem accepimus; filii tenebrarum, & facti ſumus filii lucis; captivi, & redempti ſumus; perditi, & invênit nos; ſervi peccati, & liberavit nos; pauperes, & divites facti ſumus; infirmi, & ſanati ſumus; odibiles, & dilecti ſumus; injuſti, & juſtificati ſumus; non miſericordiam conſecuti, & miſericordiam conſecuti ſumus; peccatores, & ſalvavit nos; diſperſi, & congregavit nos; nudi, & operuit nos; filii hominum, & facti ſumus filii Dei, hæredes, & cohæredes unigeniti Filii ejus. Ecce omnia nobis iſta donavit, priuſquam quæreremus eum, aut inveniremus. Irriſionem ergo malam, aut exprobrationem fratris, ne cor tuum aliquando ſuſcipiat; nec eum, qui pro peccatis ſuis pœnitudinem gerit, deſpicias. Ne irrideas fratrem tuum jejunantem, & eum, qui jejunare non poteſt, ne confundas. Argue eos, qui te ſuſcipiunt. Agnoſce, honorare temetipſum, nec [5] importunus exiſtere, & tunc omnibus opportunus, & utilis poteris eſſe. Increpa, & in manſuetudine perſevera. Propter penuriam autem [6] ne te deſpicabilem facias. Timenti Deum revela myſteria ejus: ab eo autem, qui timorem Domini non habuerit, ſed ſuperbiæ & elationi ſemetipſum ſubjecerit, omnimodis caveto. Adverſùs abſtinentem neque dixeris quicquam mali, neque audieris, nec adverſùs eum, qui putatur inimicus tuus. Hoc autem præ omnibus ſtude, ut nullum habeas inimicum, niſi Dia-

1 Malè Vaticanus codex, & *in ſopore cum ſuis ſatellitibus*.

2 Caſanatenſis codex, *oſtendamus*.

3 Idem codex, *nobis a.... donavit*.

4 Idem codex, *nos Deus*.

5 Fortè, *importunum*.

6 Codex Caſanatenſis, *neque deſpicabilem*.

bolum, ejuſque miniſtros. Cum homine iniquo, & doloſo ne habitaveris, [1] & cum maledico ne alloquaris, ne det inhonorationem animæ tuæ. A detractione, & ſupplantatione, Frater, abſtineto, & ab eo, qui ſupplantare alterum conatur, attende. Hæc Monachis congruunt, qui cæleſti jugo ſua colla ſubmittunt. Hæc & diſcipuli Chriſti [2] cuſtodiant, his monitis meis ſine intermiſſione intendant. Decet enim eos Magiſtri ſui Chriſti imitatores exiſtere. Exempla inſtitutionis noſtræ, Chariſſimi, ſumamus à Chriſto Domino, qui cùm dives eſſet, pro nobis pauper factus eſt. Excelſus, & æqualis Patri ſemetipſum humiliavit. Porrò ſuper cælos habitans, in terris non habebat ubi caput reclinaret. Factus es mihi, Chriſte Salvator, dux viæ, & vitæ, quæ ducit ad Patrem. Manſiones ejus gratiæ ſunt. Fines ejus regna cælorum ſunt. Factus es mihi, ò dominator Domine [3] Filius Dei vivi, fons vitæ, ex quo dona tua haurirem, & te ſine intermiſſione diligens [4] collaudarem. Facta eſt gratia tua in corde famuli tui, lumen & gaudium, & dulcis ſuper mel & favum ori meo. Facta eſt gratia tua in animâ ſervi tui, quaſi theſaurus, tribuens mihi ineffabiles divitias, & paupertatem atque miſeriam longè à me expellens. Facta eſt gratia tua ſervo tuo refugium & virtus, gloriatio & protectio, & eſca ſpiritalis plena ſuavitate, & lumine. [5] Quomodo poſſim ſilere, ò Domine, de illâ multitudine dulcedinis, & charitatis tuæ gratiâ, quæ os meum, licèt indigniſſimi, & peccatoris aperuit? Aut quomodo ſuſtinebit lingua mea, ut non te ſingulis horis, ac momentis datorem vitæ glorificet? Aut quomodo iterum potero inundationes gratiæ tuæ excludere, quæ jugiter fluunt in pectore humilitatis meæ, plenæ dulcedine, & omni gratiâ ſpiritali? Pſallam nomini tuo glorioſo, Domine Rex cælorum, qui mihi tribuiſti [6] dona tua cæleſtia. Magnifico gratiam tuam, Chriſte Redemptor meus. Cùm enim te [7] magnifico, ego ipſe magnificor coram te. Non ceſſabit lingua mea collaudare virtutem tuam. [8] Non ceſſabit cithara mea perſonare ſpiritalia

can-

1 Caſanatenſis codex, *& maledicto ne adæqueris, ne det minorationem animæ tuæ. A detractatione, Frater, abſtinentiam habeto: qui ſupplantare alterum conatur, non attendas.* Malè Vaticanus, *Fratres, abſtinete.*

2 Vaticanus codex, *cuſtodiunt.*

3 Caſanatenſis, *Domine fili David.*

4 Caſanatenſis codex, *collaudem.*

5 Idem codex, *Quando poſſum.*

6 Caſanatenſis codex, *bona tua.*

7 Vaticanus, *glorifico, ego ipſe magnificor à te.*

8 Caſanatenſis codex, *Non ſilebit.*

cantica tua. Deſiderium tuum adtraxit me poſt te, Chriſte gloriatio vitæ meæ. Gratia tua dulcedinem mihi præſtitit ad ſequendum te, ſpes mea. Efficiatur cor meum terra bona ad ſuſcipiendum ſemen tuum. [1] Irroret eum gratia tua rore vitæ æternæ. Dimittat bonitas tua [2] manipulum bonum de agro pectoris mei, ideſt, compunctionem & ſanctimoniam. Convertere animam meam in requiem deliciarum Paradiſi. [3] Tu ovem errantem requiſiſti, & inventam tuis humeris reportaſti; & hanc indigniſſimam animam meam manibus tuis adtrahe, & offer benedicto & immortali Patri tuo coram Cherubim & Seraphim, & coram Angelis ſanctis, ut deliciis Paradiſi perfruens [4] cum Sanctis omnibus dicam. Gloria Patri immortali, gloria Filio immortali, gloria Spiritui Sancto immortali in ſecula ſeculorum. Amen.

1 Caſanatenſis codex, *irriget eum.*
2 Idem codex, *manipulum de agro peccatoris mei poſt compunctionem.*
3 Vaticanus codex, *Tu oviculam.*
4 Caſanatenſis codex, *cum ſanctis Angelis omnibus.*

TESTIMONIA

De Nyſſeni Antirrhetico adversùs Apollinarem.

LEontius Byzantinus ex Scholaſtico Monachus in Laurâ S. Sabæ prope Hieroſolymam, qui Juſtiniano imperan te floruit., in libro de Sectis actione VIII. de epiſtolâ, ſub Julii I. nomine ab Apollinare confictâ, agens, ait; Ἔτι δὲ καὶ ἐκ τούτου ἐλέγχεται τοῦ Ἀπολιναρίου οὖσα, καὶ οὐκ αὐτοῦ τοῦ μακαρίου Ἰουλίου. Γρηγόριος γὰρ ὁ Νύσσης ἐν τῇ πρὸς Ἀπολινάριον πραγματείᾳ φαίνεται μεμνημένος πολλῶν τῶν ἐν ἐπιστολῇ ταύτῃ, καὶ ἀνατρέπων αὐτὰ ὡς κακῶς ἔχοντα. *Præterea inde etiam non B. Julii, ſed Apollinaris eſſe demonſtratur, quòd Nyſſenus ille Gregorius in opere contra Apollinarem apertè multa recitet, quæ hac epiſtolâ continentur, eaque ceu prava refutet.* pag. 529. edit. Baſil.

Idem auctor in libro I. contra Neſtorium, & Eutychetem paginâ 28. apud Caniſium tomo quarto Antiquarum lectionum, teſtimonium profert ex S. Gregorii libro contra Apollinarium, quod habetur in hoc opere cap. 50.

Ejuſdem teſtimonii pars ſub titulo Gregorii Nyſſeni ἐκ τοῦ κατ'

Απολιναρίου, laudatur in alio adhuc inedito ejuſdem Leontii opere, quod inſcribitur; Τοῦ πανσόφου Αγιομονάχου κῦρ Λεοντίου τοῦ Ιεροσολυμίτου Απορίαι πρὸς τοὺς μίαν φύσιν λέγοντας σύνθετον τὸν Κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστὸν, καὶ μαρτυρίαι τῶν Αγίων, καὶ ἀνάλυσις τοῦ δόγματος αὐτῶν, *Sapientiſſimi Monachi Domni Leontii Hieroſolymitani Quaſtiones adverſùs eos, qui unam naturam compoſitam. D. N. I. Chriſtum eſſe dicunt, cum teſtimoniis Sanctorum Patrum, & confutatione dogmatis ipſorum.* Extat hoc opus cum aliis ſeptem ejuſdem libris adhuc ineditis adverſùs Monophyſitas in ſcripto codice Bibliothecæ Vaticanæ.

In Sextæ Synodi Oecumenicæ actione decimâ, in qua Patrum teſtimonia de duabus in Chriſto Voluntatibus ab Apoſtolicâ Sede ad Concilium tranſmiſſa cum codicibus Patriarchii Conſtantinopolitani conferuntur, hæc habentur in tomo ſexto Conciliorum Labbeanæ Editionis col. 792.

Ετι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Επισκόπου Νύσσης ἐκ τοῦ πρὸς Απολινάριον τοῦ αἱρετικὸν ἀντιῤῥητικοῦ λόγου, οὗ ἡ ἀρχὴ, Καλὸν ἂν γένοιτο προοίμιον· ἔχουσα οὕτως, Α'λλὰ ταράσσονται· καὶ τὰ λοιπά.

Item relectum eſt ex eodem codice teſtimonium S. Gregorii Epiſcopi Nyſſæ ex libro Oppoſitionum adverſùs Apollinarem, cujus eſt initium, Bonum erit utique exordium; continens ita. Sed turbantur &c.

S. Joannes Damaſcenus de duabus in Chriſto Voluntatibus eorum partem refert, quæ ex hoc opere laudantur in Sextâ Synodo apud Combefiſium tom. II. Auctarii Biblioth. PP. pag. 515. Idem in libro contra Acephalos quędam laudat ex hujus operis cap. 50.

Euthymius Zigabenus in Panopliæ adverſùs hæreſes parte ſecundâ titulo decimo tertio, qui eſt contra Apollinariſtas, pag. 524. & ſeqq. excerpta varia refert ἐκ τοῦ πρὸς Απολινάριον ἀντιῤῥητικοῦ λόγου, quæ in hoc opere habentur, & à nobis ſuo quæq; loco indicantur.

Dionyſius Petavius Theologicorum Dogmatum tomo quarto, in quo de Incarnatione agitur, Libro primo capite ſexto numero nono hæc habet. *Theophylactus quoque ad illa Joannis tertio, adnotat Apollinarem docuiſſe, Chriſtum è cælo corpus habentem per Mariam veniſſe tanquam per canalem. Hunc Apollinaris errorem latè deſcribit ac refellit Gregorius Nyſſenus in libro Antirrhetico adverſùs Apollinarem, qui liber non extat, & ex eo multa deſcribit Euthymius in Panopliâ. Ex quibus etiam conſtat Apollinarem putaſſe divinitatem Chriſti paſſam eſſe ac mortuam, ut quæ animæ inſtar eſſet corpori ejuſdem.*

S. P. N.

Τοῦ ἐν Ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ ΑΝΤΙΡΡΗΤΙΚΟΣ

πρὸς τὰ Ἀπολιναρίου.

S. GREGORII EPISCOPI NYSSENI ANTIRRHETICUS

Adversùs Apollinarem.

Καλὸν ἂν γένοιτο προοίμιον ἡμῖν τοῦ λόγου ἡ τοῦ Κυρίου φωνὴ, κελεύουσα προσέχειν ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵ τινες ἔρχονταί φησι πρὸς ὑμᾶς ἐν [1] ἐνδύματι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες· ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. εἰ οὖν ὁ καρπὸς διακρίνει τό, τε ἀληθινὸν πρόβατον, καὶ τὸν τῶν προβάτων φθορέα, τὸν ἐν [2] ἡμέρῳ σχήματι πρὸς τὸ σύστη-

Aptum convenienſque ſermoni noſtro exordium erit Domini vox, quæ jubet cavere à falſis Prophetis, *Qui veniunt*, inquit, *ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoſcetis eos*. Si igitur veras oves ab ovium perditore, qui manſuetudinem præ ſe ferente Matth. 7. 15.

Egregium hoc Sancti Gregorii Nyſſeni opus adversùs Apollinarem ex Vaticano ſeptingentorum circiter annorum codice eruimus. Illud autem valde notandum habet hic codex, quòd aquè veteri manu à ſcriptorum forſan codicum correctore atque emendatore (quem δοκιμάζοντα τὰ γράμματα vocat idem Nyſſenus inter epiſtolas infrà editas epiſtolâ undecimâ) ad aliud exemplar eâ cautione collatus fuerit, ut quæ in prioris lectionis locum poſtmodum ab ipſo ſuperinducta fuere, adeo eleganter cinnabari ſcripta fuerint, ut prior etiam lectio atramento delineata non obliteraretur. Nos itaque priori lectione in contextu plerunque ſervatâ, antiquas haſce emendationes, variaſque lectiones in notis retulimus; niſi tamen tanti ponderis extitere, ut in orationis contextum eas transferre neceſſarium viſum fuerit; tunc enim lectionem à correctore indicatam in orationis contextum retuli, indicatâ tamen in meis notis lectione, quæ priùs in codice reperiebatur.

1 Fortè ἐνδύμασι, ut in textu græco S. Matthæi.

2 Corrector ἡμέρῳ τῷ σχήματι.

rente habitu ſecurus irrepit in ovilis cœtum, fructus diſcernit, & ſub manſuetudinis ſpecię latens os inimicum omnibus palàm facit; fructuum qualitatem, tam bonorum, quàm malorum præſtat expendere, quorum ope deceptionis ſpecies detegitur: ait enim, *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* Omnîs itaque doctrinæ bonus quidem, meo judicio, fructus eſt, cùm ad eorum numerum, qui in Eccleſiam ſalvantur fit acceſſio; noxius uerò atque perniciosus, cùm ii, qui in eâ jam permanent, diſſipantur. Si igitur quis prædicatione ſuâ gregem adaugeat, & ad omnia domûs latera vitem extendat, & circùm dominicam menſam plantet, erraticos oleaſtri ramos in olivarum novellas tranſmutans; myſticas denique virgas in dulcia & grata doctrinæ fluenta injiciat, per quas ita greges fæcun-
Gen. 30. 50. dantur, ut Laban poſſeſſio minuatur, abundet verò pars Jacob, & inſigni fœtu multiplicetur; ſi quis talem doctrinæ ſuæ fructum oſtendat (fructus enim, ut diximus, veritatis incrementum eſt) hic verè Propheta eſt, utpote qui juxta Dei conſilium legem ſpiritu interpretetur. At è con-

σύστημα τῆς ποίμνης ἀφυλάκτως παραδυόμενον, καὶ τὸ ὑποκεκρυμμένον τῷ ἡμέρῳ πολέμιον στόμα εἰς τοὐμφανὲς ἄγει, ζητεῖν προσήκει τοὺς καρποὺς τούς τε καλοὺς, καὶ τοὺς χείρονας, δι᾽ ὧν τὸ σχῆμα τῆς ἀπάτης ἀνακαλύπτεται. φησὶ γὰρ, ὅτι ἐκ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. πάσης τοίνυν διδασκαλίας ὁ μὲν ἀγαθὸς καρπὸς κατά γε τὴν ἐμὴν κρίσιν ἡ προσθήκη τῶν κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν σωζομένων ἐστίν· ὁ δὲ φθαρτικὸς καὶ δηλητήριος ἡ τῶν συνεστώτων διάλυσις. εἰ τοίνυν τις αὔξοι διὰ τῶν λόγων τὸ ποίμνιον, καὶ εἰς πάντα τὰ κλίτη τῆς οἰκίας ἐκτείνει τὸν ἄμπελον, καὶ περιφυτεύσει τῇ δεσποτικῇ τραπέζῃ [1] τοὺς ἀπὸ τῆς ἀγριελαίου πλάνης, εἰς [2] ἐλαιῶν μεταποιούμενος νεόφυτον, καὶ τὰς μυστικὰς ῥάβδους ἐμβάλῃ τῷ γλυκεῖ καὶ ποτίμῳ νάματι τῆς διδασκαλίας, δι᾽ ὧν πολυγονεῖται τὰ ποίμνια, ὥστε τοῦ μὲν Λαβὰν ἐλαττοῦσθαι τὴν κτῆσιν, εὐθηνεῖσθαι δὲ τὸ μέρος τοῦ Ἰακὼβ, καὶ πληθύνεσθαι τῇ [3] ἐπισήμῳ γονῇ· εἰ τοιοῦτόν τις τὸν καρπὸν τῆς διδασκαλίας ἐπιδεικνύοιτο· καρπὸς γάρ ἐστι, καθὼς εἴρηται, ἡ τῆς ἀληθείας ἐπαύξησις· ἀληθῶς ἐστὶ προφήτης, κατὰ τὸν θεῖον σκοπὸν ὑποφητεύων τῷ πνεύματι. εἰ δέ τις ἀποτίλλει τῆς ἀμπέλου τὰς κληματίδας, ἐρη-

1 Ita Corrector, malè antea τοῖς ἀπὸ τοῖς.

2 Et hæc Correctoris emendatio eſt, priùs enim erat ἐλαιῶν.

3 Ἐπισήμῳ γονῇ tam hîc, quàm infrà aliquis forſitan verteret, *varii coloris fœtus*, vel *diverſo colore reſperſus fœtus*, ut Sacræ Scripturæ narrationi prorſus reſpondeat; ſed mihi alia verſio magis arridet.

[1] ἐρημοίη δὲ τὴν θείαν τράπεζαν, ἀναῤῥίζων τὴν φυτείαν· ἐπιβουλεύοι δὲ τῷ πνευματικῷ ποτιστηρίῳ, [2] ὡς μηκέτι τὰ πρόβατα κατὰ τὰς ῥάβδους τοῦ Πατριάρχου κισσᾷν, μηδὲ ταῖς ἐπισήμοις γοναῖς πληθύνειν τὸ ποίμνιον· ἀλλ᾽ ἀποβουκολεῖσθαι τῆς τροφίμου νομῆς, τουτέστι τῶν πατρικῶν παραδόσεων, καὶ ἔξω τῆς μάνδρας αὐλίζεσθαι, καὶ πρὸς ἀλλοτρίας νομὰς διασκίδνασθαι· ὅτ᾽ ἂν τοιοῦτος τῆς διδασκαλίας καρπὸς ᾖ, πρόδηλον ἂν γένοιτο τὸ λύκειον σχῆμα, τὸ ἀποκεκρυμμένον τῇ τοῦ προβάτου δορᾷ.

II. Οὐκοῦν ἐξετάσωμεν τί ἡμῖν ἡ τοῦ Ἀπολιναρίου τοῦ Σύρου διδασκαλία ἐβλάστησε, προσθήκην τῶν ποιμνίων, ἢ μείωσιν· συναγωγὴν τῶν διεσκορπισμένων, ἢ τῶν συνεστώτων διάλυσιν· συνηγορίαν, ἢ ἀνατροπὴν τῶν πατρῴων δογμάτων. εἰ μὲν οὖν πρὸς τὸ κρεῖττον ἡ σπουδὴ τοῦ προειρημένου [3] βλέπει, πρόβατον πάντως, καὶ οὐχὶ λύκος ἐστίν. εἰ δὲ τὸ ἔμπαλιν, προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, φησὶν ὁ Κύριος· μὴ λανθανέτω τὸ στόμα, τὸ ἐπὶ λώβῃ καὶ ἀφανισμῷ τοῦ προσεγγίζοντος σώματος τεθηγμένον τοῖς τῆς καινοτομίας ὀδοῦσι, καὶ κατασπαράσσον τὸ ὑγιὲς σῶμα τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας. ὡς δ᾽ ἂν μὴ δοκοίη λοιδορία τὸ λεγόμενον

è contrario ſi quis vitîs ramos evellat, divinam verò menſam, extirpatâ plantatione, deſertam reddat, & inſidias circùm ſpirituale aquarium tendat, ut non ampliùs oves ante Patriarchæ virgas concipiant, & inſigni fœtu augeant gregem; ſed ab alibilibus paſcuis, paternis, videlicet, traditionibus, abigat, & extra mandram ſtabulare faciat, & per aliena paſcua diſpergi: quando, inquam, talem doctrina fructum protulerit, tunc utique lupina forma, ſub ovis pelle latens, manifeſtabitur.

II. Inquiramus ergo quid nobis Apollinaris Syri doctrina protulit, incrementum ne gregis, an diminutionem; diſperſorum ne collectionem, an collectorum diſperſionem; defenſionem ne paternorum dogmatum, an ſubverſionem. Si itaque ad id, quod melius eſt, Apollinaris ſtudium reſpicit, ovis utique, & non lupus erit. Si verò contrà, *Attendite à falſis Prophetis*, ait Dominus: non lateat os illud peracutis novitatis dentibus in damnum perniciemque appropinquantium armatum, & ſanum Eccleſiæ Dei corpus lacerans. Ne autem, quod dicimus, convicium eſſe videatur, unum ex ejus, qui circum-

1 In Vaticano codice ἐρημῷ inflexione atticâ, neſcio an ſimili exemplo.

2 Corrector ὥστε.

3 Corrector λέγει.

cunferuntur, tractatibus ſubjungamus, cujus inſcriptio talis eſt, *Demonſtratio*, inquit, *divinæ incarnationis ad ſimilitudinem hominis*. Et fortaſſe quidem accuratè patefacto inſcriptionis ſenſu, non eſſet ulteriùs alicui laborandum, in dogmatis abſurditate per ſingulas ipſius tractatûs partes redarguendâ. *Demonſtratio*, inquit, *divinæ incarnationis ad ſimilitudinem hominis*. Verùm ſatiùs fuerit divinas voces apponere in novæ hujus fictionis nominum confutationem. *Verbum*, ait, *caro factum eſt*, &, *Gloria inhabitavit in terrâ noſtrâ*. &, *Deus manifeſtatus eſt in carne*: ut ex unoquoque horum dictorum diſcamus, divinitatem, quæ ſemper ſubſtantiâ immutabilis eſt, mutationi obnoxiam induiſſe naturam, ut propriâ immutabilitate noſtræ in malum mutationi mederetur.

Joan. 1. 14. Pſal. 84. 10. 1. Timot. 3. 16.

μένον εἶναι, ἵνα τῶν παρ' αὐτοῦ προφερομένων λόγων προσθήσομεν, οὗ ἡ ἐπιγραφή ἐστιν αὕτη. Ἀπόδειξίς, φησι, περὶ τῆς θείας σαρκώσεως τῆς καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου. Τάχα δ' ἄν τις δι' ἀκριβείας τὸν τῆς ἐπιγραφῆς νοῦν ἀπογυμνώσας, οὐκ ἂν δεηθείη δι' αὐτῆς τῆς [1] λογογραφίας ἐλέγξαι τὴν ἀτοπίαν τοῦ δόγματος. Ἀπόδειξίς, φησι, περὶ τῆς θείας σαρκώσεως τῆς καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου. Κρεῖττον δ' ἂν εἴη τὰς θείας παραθέσθαι φωνὰς εἰς ἔλεγχον τῆς καινῆς ταύτης ὀνοματοποιΐας. ὁ λόγος, φησὶ, σὰρξ ἐγένετο. καὶ ἡ δόξα κατεσκήνωσεν ἐν τῇ γῇ ἡμῶν· καὶ ὁ Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί· ὡς ἂν δι' ἑκάστου μάθοιμεν τῶν εἰρημένων, ὅτι ἀεὶ ἄτρεπτον ὂν τὸ θεῖον τῇ οὐσίᾳ, καὶ ἀναλλοίωτον, ἐν τῇ τρεπτῇ, καὶ ἀλλοιουμένῃ γίνεται φύσει, ἵνα τῇ ἰδίᾳ ἀτρεπτῷ τὴν ἡμετέραν πρὸς τὸ κακὸν τροπὴν ἐξιάσηται. οὗτοσὶ δέ, φησιν, οὐ Θεὸν ἐν σαρκὶ πεφανερῶσθαι, ὅπερ ταὐτόν ἐστι [2] τῷ, μὴ

At hic Deum aſſerit non fuiſſe in carne manifeſtatum, quod idem eſt ac ſi diceret, carnem factum non fuiſſe.

1 Nyſſenus in toto hoc opere Apollinarem λογογράφον, ejuſque de Incarnatione tractatum λογογραφίαν vocat; quin & Eunomium, ejuſque ſcripta λογογράφον, & λογογραφίαν itidem vocat lib. 1. adversùs eundem, & alibi. Videtur autem iis nominibus verboſos, atque prolixos utriuſque Hæretici libros ſugillare voluiſſe Nyſſenus. Nam Gregorius alter Nazianzenus Epiſcopus in oratione 51. prope finem Apollinarem inter alia redarguit, quòd μακροὺς λόγους ſcripſerit, eademque de Eunomii libris Nyſſeni querela eſt lib. 1. adversùs eundem prope initium. Utitur & λογογράφου voce malo ſenſu Demoſthenes in oratione de falsâ legatione pag. 232. Hervagianæ editionis quartæ græcolatinæ, cùm Æſchini exprobrat, quòd λογογράφους, & σοφιστὰς alios per contumeliam cognominare ſolitus eſſet, cùm ipſum talem eſſe conſtaret. Verba Demoſthenis ſunt Λογογράφους τοίνυν καὶ σοφιστὰς ἀποκαλῶν τοὺς ἄλλους, καὶ ὑβρίζειν πειρώμενος αὐτὸς ἐξελεγχθήσεται, τούτοις ἂν ἔνοχος. Vuolfius vertit, *Cum autem orationum ſcriptores, & ſophiſtas alios cognominet, atque exagitare ſtudeat, eum ipſum talem eſſe conſtabit*.

2 Ita Corrector, τὸ erat antea.

μὴ τὸν λόγον σάρκα γενέσθαι, τὸν ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου καὶ σχήματι, τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων διὰ τοῦ δουλικοῦ προσώπου καθομιλήσαντα· ἀλλὰ θείαν τινὰ σάρκωσιν ἀνατυποῦται τοῦ λόγου, οὐκ οἶδά τι σημαίνων τῷ ῥήματι, πότερον τροπὴν τῆς θεότητος ἀπὸ τῆς ἁπλῆς αὐτοῦ καὶ ἀσυνθέτου φύσεως εἰς σαρκώδη ἀντιτυπίαν ἀλλοιωθείσης· ἢ μενούσης τῆς θείας οὐσίας ἐφ' ἑαυτῆς, ἄλλην τινὰ σάρκωσιν θείαν μεθόριον τῆς τῶν ἀνθρώπων τε, καὶ τοῦ Θεοῦ φύσεως ἀναφανῆναι, οὔτε ἄνθρωπον οὖσαν, οὔτε Θεὸν, μετέχουσαν δὲ [1] πως ἀμφοτέρων· ἥτις [2] τῷ μὲν σάρκωσις εἶναι, συγγενῶς πρὸς τὸ ἀνθρώπινον ἔχει, [3] τῷ δὲ θεία εἶναι, κρείττων ἐστὶν, ἢ κατ' ἄνθρωπον. ἀλλὰ μὴν Θεὸς εἶναι οὐ δύναται· ἁπλοῦν γὰρ τῇ φύσει τὸ θεῖόν ἐστι, καὶ ἀσύνθετον· [4] οὗ δὲ ἡ ἁπλότης,]τούτου κατὰ τὸ ἴσον πάντως καὶ ἡ θεότης κεχώρισται. ἄνθρωπος δὲ αὖ πάλιν οὐκ ἔστι. ὁ γὰρ ἐκ ψυχῆς νοερᾶς, καὶ σώματος συνεστηκὸς, ἄνθρωπος λέγεται, ᾧ δὲ μὴ συνεπινοεῖται τὰ δύο, πῶς ἡ τοῦ ἀνθρώπου κλῆσις ἐφαρμοσθήσεται; ἀνθρώπου γὰρ σῶμα λέγομεν, καὶ ψυχὴν ἀνθρώπου, ἕως ἂν ἐφ' ἑαυτοῦ ἑκάτερον

fuiſſe Verbum, quod in hominum formâ, & ſimilitudine per ſervilem habitum cum hominibus converſatum eſt; ſed divinam quandam incarnationem Verbo affingit, idque dubio adeo ſermone, ut incertum mihi ſit, utrùm mutationem divinitatis è ſimplici ejus, & compoſitionis experte naturâ in carneam ſoliditatem transformatæ intelligat, an potiùs, manente in ſe ipsâ divinâ ſubſtantiâ, aliam quandam apparuiſſe dicat incarnationem divinam, in humanæ, & divinæ naturæ confinio poſitam, quæ nec Deus eſſet, nec homo, ſed ex utroque quodammodo participaret; & prout incarnatio eſt, humanitati affinis atque cognata exiſteret; prout verò divina eſt, longè multò humanæ naturæ modulum ſuperaret. Verùm enim verò ſubſtantia hujuſmodi Deus eſſe non poteſt. Divinitas enim res eſt ex ſui naturâ ſimplex, & à compoſitione prorſus aliena, à quo autem ſimplicitas abeſt, ab eo æquè etiam divinitatem abeſſe neceſſarium prorſus eſt. Contra verò neque homo eſſe poteſt. Homo enim dicitur qui ex corpore, & animâ intellectuali componitur; ei autem, in quo hæc duo ſimul conjuncta non intelliguntur, quomodo hominis nomen conveniet? Hominis enim corpus, & animam hominis dicimus, quoad in ipſo

Phil. 2. 7.

1 Corrector πῶς.
2. 3. Ita Corrector, antea τὸ utrobiq;
4 Ita Corrector antea obſcuro ſenſu, οὗ δὲ ἡ ἁπλότης τούτου.

ipſo horum utrunque conſideratur. Harum autem duarum rerum concurſus, homo & eſt, & dicitur.

III. Quid ſit itaque divina incarnatio, quæ nec homo eſt, neque Deus, quam in tractatûs titulo comminiſcitur auctor, non licet nobis per ea, quæ accuratè hactenus indagavimus, invenire. *Demonſtratio*, inquit, *divinæ incarnationis ad ſimilitudinem hominis*. Rurſus quid ſibi vult illud, *ad ſimilitudinem hominis?* Divinam, nempe, incarnationem ſimili modo, atque humanam, conſtare. Et quando nam factum eſt hoc? In ultimis ne diebus? Et ubi virginitatis myſterium? Neque enim ad ſimilitudinem hominis incarnatus eſt Dominus, quemadmodum Scriptor noſter ait; ſed divinâ poteſtate, & Spiritu ſancto, quemadmodum in Evangelio dicitur. An potiùs ante ſecula? Et quomodo rei non exiſtenti, quod exiſtit, aſſimilatur? Poſtremus enim omnium rerum, ſecundùm creationis ordinem, homo eſt; Dominus verò Rex ante ſecula. Ad cujus itaque hominis ſimilitudinem divina illa incarnatio, ſi omnia ſecula præceſſit, facta fuerit? Adami fortaſſe? At hic nondum exiterat. An potiùs ad alterius hominis ſimilitudinem? Et quinam confictus iſte, Adamo prior homo,

ρων τούτων θεωρῆται. ἡ δὲ συνδρομὴ τούτων τῶν δύο ἄνθρωπος καὶ ἔστι, καὶ λέγεται.

III. Τί οὖν ἐστὶν ἡ θεία σάρκωσις, ἡ μήτε ἄνθρωπος οὖσα, μήτε Θεὸς, [1] ἣν ἀναπλάσσει ἡ τοῦ λόγου ἐπιγραφή, οὐκ ἔστιν ἐκ τῶν ἐξητασμένων εὑρεῖν. Ἀπόδειξίς, φησι, περὶ τῆς ,,
θείας σαρκώσεως, τῆς καθ' ὁμοίωσιν ,,
ἀνθρώπου. Τί τοῦτο πάλιν ἐνδείκνυται, τὸ, καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου; ὅτι ἡ θεία σάρκωσις ὁμοίως τῇ ἀνθρωπίνῃ συνίσταται. πότε τοῦτο; ἆρα ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν; καὶ ποῦ τὸ τῆς παρθενίας μυστήριον; οὐ γὰρ καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου σαρκοῦται ὁ Κύριος, καθὼς ὁ λογογράφος φησίν· ἀλλὰ θείᾳ δυνάμει, καὶ Πνεύματι ἁγίῳ, καθὼς τὸ εὐαγγέλιον λέγει. ἀλλὰ πρὸ τῶν αἰώνων· καὶ πῶς ὁμοιοῦται τῷ μὴ ὄντι, τὸ ὄν; τελευταῖος μὲν γὰρ τῶν κατὰ τὴν κτίσιν ὁ ἄνθρωπος· ὁ δὲ Κύριος [2] βασιλεὺς πρὸ αἰώνων. κατὰ ποίου τοίνυν ἀνθρώπου ὁμοίωσιν ἐκείνη ἡ θεία σάρκωσις κατὰ τὸ προαιώνιον γίνεται; κατὰ τὴν τοῦ Ἀδάμ; ἀλλ' οὔπω ἦν. ἀλλὰ καθ' ἕτερόν τινα ἄνθρωπον; καὶ τίς οὗτος ὁ προνοούμενος τοῦ Ἀδὰμ ἄνθρωπος, ἵνα κατὰ τὸ ἐγκείμενον ὑπόδειγμα ὁμοιωθῇ τοῦ Θεοῦ ἡ σάρκωσις; Τὸ γὰρ ὅμοιον τῷ ὄντι πάντως

οὐ τῷ

ut juxta

1 Ita Corrector, antea ἣ τὸ ἀναπλάσσει ἡ τοῦ λόγου ἀναγραφή. 2 Corrector iterum, Κύριος.

οὐ τῷ μὴ ὄντι ὅμοιον γίνεται· ὥστε δύο [1] κατ' αὐτὸν φαίνεται τῷ λόγῳ τὰ ἄτοπα· ἢ γὰρ πρεσβύτερον εὑρίσκεται τὸ πλάσμα τοῦ πλάσαντος, ἢ τῷ μὴ ὄντι ὁμοιοῦται τὸ θεῖον σαρκούμενον. [2] κατ' ἀρχὰς γὰρ ἡ μὲν θεότης ἦν, ὁ δὲ Ἀδὰμ οὐκ ἦν. οὐκοῦν εἰ καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου σαρκοῦται ἡ θεία φύσις, τῷ μὴ ὄντι ὁμοιοῦται ἡ θεία σάρκωσις· τὸ δὲ τῷ μὴ ὄντι ὁμοιούμενον, οὐδ' αὐτὸ πάντως εἴη. ἀλλ' ἕτερόν τινα τρόπον παρὰ τὸν ἀνθρώπινον τὴν σάρκωσιν ἐκείνην γεγενῆσθαι φησί· καὶ [3] τίς τῶν ἑτεροφυῶν ἡ ὁμοίωσις; εἰ οὖν μήτε κατὰ τὸ προαιώνιον ἐνδέχεται τὴν θείαν σάρκωσιν καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου γενέσθαι, μήτε ἐπὶ τοῦ ἐσχάτου τῶν χρόνων, [4] ὅτε κατὰ ἄνθρωπον ἡ τοῦ Κυρίου οἰκονομία, καθ' ἣν ἐν σαρκὶ Θεὸς ἐφανερώθη, καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου ἡ σάρκωσις γίνεται, οὐ γὰρ παραδέχεται τὴν τοιαύτην ἔννοιαν [5] τὸ κατὰ τὴν παρθενίαν μυστήριον, μάτην ἂν εἴη, κατ' ἀμφοτέρας τὰς ἐννοίας ταύτην τοῦ λόγου τὴν ἐπιγραφὴν ποιησάμενος. ὅτι μὲν οὖν ἀνεπίσκεπτος ἡ ἐπιγρα-

ut juxta propoſitum exemplar, ei divina incarnatio ſimilis efficeretur? Quod enim ſimile eſt, rei exiſtenti, non autem rei non exiſtenti aſſimilatur: quare duo in eo Apollinaris ſermone abſurda apparent; nam vel res condita antiquior ſuo conditore deprehenditur, vel rei non exiſtenti incarnata divinitas ſimilis eſſe dicitur; ab initio enim divinitas exiſtebat, Adam verò non erat. Itaque ſi ad ſimilitudinem hominis divina natura carnem aſſumpſit, rei non exiſtenti divina incarnatio aſſimilatur, quod autem rei non exiſtenti comparatur, idipſum nequaquam exiſtere neceſſe eſt. Sed alio quàm humano modo incarnationem illam factam fuiſſe dicet. At quænam inter res diverſæ naturæ ſimilitudo intercedit? Si itaque ante ſecula divina incarnatio ad hominis ſimilitudinem fieri nequit, atque etiam in plenitudine temporum, quando benignâ Dei erga homines diſpenſatione Verbum carne indutum apparuit, nullo pacto ad ſimilitudinem hominis divina incarnatio facta fuit (id enim ſentire conceptûs virginei myſterium non ſinit) fruſtra, & ineptè ſecundùm alterutrum horum ſenſuum eam operi inſcriptionem auctor præfixerit. Itaque ex his, quæ hactenus diximus, probè intelligentibus ſatis liquere arbitror, quid ſibi hæc

1 Corrector κατὰ ταυτόν.
2 Ita Corrector, antea ſcriptum fuerat κατ' ἀρχὰς ἡμῖν θεότης.
3 Corrector τῷ: & mox ὁμοιώσει.
4 Ita Corrector, prius erat ὅτε ἡ κατ' ἄνθρωπον. Fortè ὅτι ἡ.
5 Hæc lectio à Correctore eſt; primævâ enim manu ſcribitur τὸ γὰρ κατὰ.

bi hæc inſcriptio velit, certò indagari non poſſe, utpote quæ nulli ſecum conſtanti mentis conceptui innitatur.

IV. Tempus autem eſſet, ut ipſum quoque examini tractatum ſubjicerē cujus argumentum tali inſcriptione deſignatur; verùm meis primùm verbis eorum, quæ in ipſo opere continentur, ſenſum paucis percurram, ubi tamen nullum periculum eſt, ne quidquam inexploratum omittamus. *Solùm*, inquit, *piam fidem bonum quid eſſe cenſendum eſt, neque enim Evam quidpiam juviſſe indiſcuſſam inexploratamque fidem; quare & Chriſtianos in ipſorum religionem accuratè inquirere oportet, nè alioqui imprudenter in Ethnicorum, & Judæorum opiniones incidat.* Hæc ubi pluribus in tractatûs procœmio diſſeruit, ſtatim hæc ſubdit, *Apud infideles & Hæreticos jamdudum promulgatū fuit, Deum hominem fieri non poſſe, neque in humanis paſſionibus verſari; quod quidem ab Hæreticis vera fidei ſpecie in Eccleſiam inducitur, dum Chriſtum per ortum ex Virgine, & per quos pertulit cruciatus, divinum hominem extitiſſe dicunt.* Porrò quaſnam ſciat hæreſes, quæ Chriſtum divinum hominem dicant, ipſe noverit, & ſi quis

γεγραφῇ, καὶ οὐδενὶ συνεστῶτι ἐπερειδομένη νοήματι, τελείως οἶμαι διὰ τῶν εἰρημένων πεφανερῶσθαι τοῖς ἐπιστατικῶς ἐπαΐουσι.

IV. [1] Καιρὸς δ' ἂν εἴη καὶ αὐτὸν προθεῖναι τῇ ἐξετάσει τὸν λόγον τὸν ὑπὸ τῆς [2] ἐπιγραφῆς ταύτης δηλούμενον. γράψω δὲ τὰ πρῶτα τῇ ἐμαυτοῦ λέξει, δι' ὀλίγων ἐπιδραμὼν τὴν διάνοιαν, ἐν οἷς ἀκίνδυνόν ἐστι τὸ παραδραμεῖν τῶν γεγραμμένων τι ἀνεξέταστον. Μόνον, φησὶ, τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἀγαθὸν [3] ἦν νομίζεσθαι· μηδὲ γὰρ τῇ Εὔᾳ συνενεγκεῖν τὴν ἀνεξέταστον πίστιν, ὥστε προσήκει καὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐξητασμένην εἶναι, μή πη λάθῃ, ταῖς τῶν Ἑλλήνων [4] ἢ τῶν Ἰουδαίων συνεμπεσοῦσα δόξαις. Ταῦτα διὰ πλειόνων προοιμιασάμενος, ἐπάγει τὸν λόγον εἰπὼν, ὅτι παρὰ τοῖς ἀπίστοις καὶ ταῖς αἱρέσεσι περιτεθρύλληται τὸ, μὴ δυνατὸν εἶναι Θεὸν ἄνθρωπον γενέσθαι, καὶ πάθεσιν ὁμιλῆσαι, ὃ καὶ παρὰ ταῖς αἱρέσεσιν ἐπὶ σχήματι πίστεως εἰσάγεται, ἄνθρωπον ἔνθεον διὰ τὴν ἐκ γυναικὸς [5] γέννησιν, καὶ διὰ τὰ πάθη λεγούσαις τὸν Χριστόν. Τίνας μὲν οὖν οἶδεν αἱρέσεις, αἳ τὸν Χριστὸν ἔνθεον ἄνθρωπον λέγουσιν, αὐτὸς ἂν εἰδείη, καὶ εἴ τις τὰ ἐκείνου πεπαίδευται. ἡμεῖς δὲ πολλοῖς ἐπι-

1 Corrector, καιρός.
2 Ita Corrector, antea γραφῆς.
3 Corrector, δεῖ νομίζεσθαι.
4 In cod. Vat. ſcribitur, ἢ τῶν Ἰουδαίων· Corrector ἢ τῶν Ἰουδαίων. Sed legendum τῶν Ἰουδαίων; nam diverſiſſimæ ſunt Ethnicorum, & Judæorum de religione ſententiæ.
5 Corrector, γένεσιν.

ἐπιδεδημηκότες τόποις, καὶ κατὰ σπουδὴν τοῖς τε κοινωνοῦσι τοῦ δόγματος, τοῖς τε ἀφεστηκόσι, περὶ τῶν κατὰ τὸν λόγον ζητουμένων, καθομιλήσαντες, οὔπω τινὸς ἀκηκόαμεν τὴν τοιαύτην ῥήξαντος περὶ τοῦ μυστηρίου φωνὴν, ὅτι ἄνθρωπος ἔνθεος ὁ Χριστὸς ἦν. τὸν τοίνυν μέλλοντα διορθοῦσθαι μὲν τὰς ἠπατημένας περὶ τοῦ δόγματος ὑπολήψεις, ἀντεισάγειν δὲ τὰς εὐσεβεστέρας, μὴ ἀναπλάσσειν ἑαυτῷ τὰ μὴ ὄντα, καὶ πρὸς τὰ ἀνύπαρκτα μάχεσθαι προσῆκον ἦν· ἀλλὰ πρὸς τὰ λεγόμενα παρὰ τῶν ἀντιδιατιθεμένων ὁπλίζεσθαι. οὐδὲ γὰρ τῶν ἰατρῶν οἱ ἐπιστήμονες πρὸς τὰ μὴ ὄντα πάθη τὴν ἑαυτῶν τέχνην ἀντεισάγουσιν· ἀλλὰ πρὸς τὸ γεγονὸς ἤδη νόσημα διὰ τῆς ἐπιστήμης ἵστανται. ἢ τοίνυν δειξάτω τὸν εἰρηκότα μὴ Θεὸν ἐν σαρκὶ πεφανερῶσθαι, ἀλλ' ἔνθεον ἄνθρωπον τὸν [1] Χριστὸν, εἶτα καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ, ὡς οὐ μάτην πεποιημένον παραδεξόμεθα. [2] ἢ ἕως ἂν ἡ τοιαύτη μὴ εὑρίσκηται νόσος, ματαῖον εἶναι πάντες ὁμολογήσουσι [3] τὸ τοῖς μὴ οὖσι συμπλέκεσθαι.

V. Ἀλλ' οὐκ εἰκῇ τὴν τοιαύτην τῆς λογογραφίας ἀνάγκην ἑαυτῷ [4] σχηματίζεται· ἀλλ' [5] ὡς ἂν ὁδόν τινα

quis ejus falſa dogmata callet; nos verò multa per loca peregre profecti, & cum iis, qui communis nobiſcum ſententiæ ſunt, & cum aliis, qui à nobis, circa quęſtiones de Verbo agitari ſolitas, diſſident, ſtudioſè converſati, nondum quempiam audivimus, qui talia de hoc myſterio proferret, Chriſtum, nempe, divinum hominem eſſe. Errantes itaque circa fidei dogmata opiniones corrigere, eorumque loco religioſiores inducere cogitantem, non decebat ſibi confingere, quæ non ſunt, cumque rebus minimè ſubſiſtentibus pugnare; ſed adversùs ea, quæ ab adverſariis re verâ proferuntur, armari; neq; enim peritus quiſquam Medicus morbis, qui nūquam extiterunt artem opponit ſed invaleſcenti morbo ſcientiâ, qua pollet, occurrit. Vel itaque proferat quempiam, qui Deum in carne non apparuiſſe, ſed divinum hominem Chriſtum eſſe affirmaverit, & tunc tractatum iſtum non abs re conſcriptum ab ipſo fuiſſe fatebimur; vel quouſque hujuſcemodi morbus inveniatur, ſtultum eſſe omnes fatebuntur cum iis, qui non exiſtunt, erroribus conflictari.

V. Verum enim verò talem ſcribendi neceſſitatem non temerè

1 Corrector, Χριστὸν εἶναι, εἶτα.
2 Corrector, ἕως δὲ ἂν.
3 Ita Corrector, antea erat, καὶ.
4 Ita Corrector, priùs enim ſcriptum fuerat, σχηματίζεσθαι; ſed fortaſſe non nemo legendum cenſuerit, ἐσχημάτισεν.
5 Ita Corrector, nam antea erat, ὥσπερ ἀνοδόν τινα.

merè prætexuit Apollinaris; ſed ut ad proprium ſuum dogma adſtruendum, gradum quendã, atque aditum ſibi faceret, quod à nemine dictum fuit, tanquam dictum ſuppoſuit, ut dum adverſùs hanc imaginariam hæreſim certare videretur, ſimulatâ contradictione divinitatem mori poſſe firmaret; tota quippe ejus ſcriptio eò tendit, ut unigeniti Filii divinitatem mortalem eſſe, eundemque non in humanitate paſſionem ſuſcepiſſe, ſed impaſſibilem ejus, immutabilemq; naturam, ad paſſionem participandam, mutatam fuiſſe adſtruat. Quare ad quamnam utilitatem Apollinaris ſermo reſpiciat, qui ejus callent myſteria, noſſe poterunt; quæ autem ex ejus dictis conſequi vel ipſi infantes agnoſcunt, talia ſunt, qualia nec irreligioſiores Ethnicorum dixerint. [2] Si enim ipſa unigeniti divinitas obiit, neceſſariò unà cum ipsâ mortem ſubiit & vita, & veritas, & juſtitia, & bonitas, & lux, & potentia; hæc enim omnia ſecundùm diverſas notiones unigenitus Deus, & eſt, & dicitur. Cum autem ſimplex, & diviſionis, atque compoſitionis expers ſit, quodcunque ex illis rebus eſſe dicatur, totus illud eſt, & non in parte

τινα καὶ ἀκολουθίαν πρὸς τὴν κατασκευὴν τοῦ καθ' ἑαυτοῦ δόγματος λάβοι, τὸ μὴ λεχθὲν, ὡς εἰρημένον ὑπέθετο, ἵνα τῷ πρὸς ταῦτα δοκεῖν ἀγωνίζεσθαι, διὰ τῆς ἐσχηματισμένης ἀντιῤῥήσεως κατασκευάσει τὸ, θνητὸν εἶναι τὸ θεῖον. ἅπας γὰρ αὐτῷ τῆς λογογραφίας ὁ σκοπὸς πρὸς τοῦτο βλέπει, τὸ θνητὴν τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τὴν θεότητα, καὶ οὐχὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ τὸ πάθος δέξασθαι· ἀλλὰ τὴν ἀπαθῆ καὶ ἀναλλοίωτον φύσιν πρὸς πάθους μετουσίαν ἀλλοιωθῆναι. ὅθεν πρὸς τί μὲν αὐτῷ χρήσιμον ὁ λόγος βλέπει εἰδεῖεν ἂν τῶν μυστηρίων αὐτοῦ [1] ἐπίςορες. ἃ δὲ ἡ ἀκολουθία καὶ τοῖς ἄγαν νηπίοις προσδείκνυσι τοιαῦτά ἐστιν, οἷα μηδ' ἂν τοὺς ἀθεωτάτους τῶν Ἑλλήνων εἰπεῖν. [2] εἰ γὰρ αὐτὴ τέθνηκε τοῦ μονογενοῦς ἡ θεότης, [3] συναπέθανε ταύτῃ πάντως, καὶ ἡ ζωὴ, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡ ἀγαθότης, καὶ τὸ φῶς, καὶ ἡ δύναμις. ταῦτα γὰρ κατὰ διαφόρους ἐπιβολὰς ὁ μονογενὴς Θεὸς καὶ ἔστι, καὶ λέγεται· ἁπλοῦς δὲ ὢν καὶ ἀμερὴς καὶ ἀσύνθετος, ὅπερ ἂν λέγηται, ὅλος ἐστὶν, οὐκ [4] ἐν μέρει τοῦτο, καὶ ἐν μέρει τὸ ἕτερον· ὥστε

te

1 Corrector, ἐπίστορες.

2 Totam hanc Nyſſeni argumentationem uſque ad finem capitis in epitomen redactam Euthymius Zigabenus inſeruit in parte ſecundâ Panopliæ Dogmaticæ adverſùs hæreſes, tit. 13. pag. 529. Verſiculo, *Si quemadmodum*, cum ſequentibus.

3 Ita Corrector, antea enim συνώνατο.

4 Ita Corrector, antea ſcriptum fuerat, οὐκ ἐν μέρει τὸ ἕτερον.

ὥστε ἑνὸς ὄντος, πάντα ἐν αὐτῷ νοεῖσθαι· καὶ μὴ ὄντος, τὰ πάντα συνδιαγράφεσθαι. εἰ οὖν ἠφανίσθη τῷ θανάτῳ τὸ θεῖον, συνηφανίσθη τῷ θανάτῳ πάντα τὰ συνημμένως περὶ τὴν αὐτοῦ θεότητα θεωρούμενα, ἀλλὰ μὴν οὐχ ἁπλῶς δύναμις ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία. ὅτε οὖν ταῦτα τῇ θεότητι τοῦ Υἱοῦ διὰ τοῦ θανάτου συγκατεσβέσθη, οὐκ ἦν παρὰ τῷ Πατρὶ Θεοῦ σοφία, οὐ δύναμις, οὐ ζωὴ, οὐκ ἄλλο τι τῶν πρὸς τὸ κρεῖττον ὀνομαζομένων, οὐδέν. [1] Θεοῦ γὰρ πάντα ταῦτα εἶναι, τὰ τοῦ Πατρὸς ἐν αὐτῷ εἶναι πιστεύεται, ἅπερ ὄντος μὲν τοῦ Υἱοῦ, ἐστί· μὴ ὄντος δὲ, πάντως οὐκ ἔστι, διὰ τὸ ἐν αὐτῷ εἶναι πάντα, τὰ τοῦ Πατρὸς, ὁμολογεῖσθαι. εἰ οὖν [2] ἀπεσβέσθη τῷ θανάτῳ ἡ δύναμις, Χριστὸς δὲ Θεοῦ ἐστὶ δύναμις· ποία πάλιν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἀνεκλήθη δύναμις, τῆς μὲν οὔσης, τῷ θανάτῳ ἀφανισθείσης, ἑτέρας δὲ οὐχ ὑπολειφθείσης. τὴν γὰρ τοῦ Πατρὸς δύναμιν ἐν τῷ Υἱῷ εἶναι καὶ παρὰ τῶν μαχομένων ἡμῖν [3] ὁμολογεῖται. εἰ οὖν μία ἡ δύναμις, αὕτη δὲ ὑπὸ τοῦ θανάτου δυναστευθεῖσα, εἰς ἀφανισμὸν μετεχώρησεν ἐν τῷ καιρῷ τῆς τοῦ πάθους οἰκονομίας, τίς ἄλλη δύναμις

te hoc, in parte aliud; ita ut ſi una ex eiſdem rebus exiſtat, omnia in ipſo exiſtere intelligãtur; ſin autem una non exiſtat, omnia ſimul perimantur. Si igitur per mortem interierit Chriſti divinitas, per eandem quoque mortem omnia interierint, quę conjuncta cũ ejus divinitate intelliguntur. Atqui non ſimpliciter poteſtas eſt Chriſtus, ſed Dei poteſtas, & Dei ſapientia. Quando igitur hęc unà cũ Chriſti divinitate per mortem extincta ſunt, non erat apud Patrem, ſapientia Dei, non potentia, non vita, nõ aliud quidpiam eorum, quæ boni nomine appellantur; nam Dei hæc omnia propria eſſe, & cuncta, quæ Patris ſunt, Filio quoq; ineſſe credimus; quę, ſi Filius quidem exiſtat, & ipſa exiſtunt; ſin minùs, nec ipſa exiſtunt, propterea quòd in ipſo omnia, quæ Patris ſunt, contineri fatemur. Si igitur per mortem extincta eſt potentia, Chriſtus autem Dei potẽtia eſt; qualis ergo ex eo, quod non exiſtit, reſtaurata eſt potentia, cùm ea, quę exiſtebat, morte ſublata ſit; alia verò ab eâ diverſa non ſuperſit? Patris enim potentiam in Filio eſſe adverſarii etiam noſtri non diffitentur. Si itaque una eſt Dei potentia, hæc autem à morte oppreſſa, in nihilum tempore diſpenſationis, à Deo per Filii paſſionem inſtitutæ, redacta

3 Corrector, Θεοῦ γὰρ πάντα εἶναι ταῦτα ὁ Υἱὸς λέγεται, καὶ πάντα τοῦ Πατρός. Fortè, ταῦτα εἶναι, καὶ τὰ τοῦ Πατρός.

1 Corrector, ἐναπεσβέσθη.

2 Corrector, ὁμολογεῖται.

cta fuit, quænam alia ab Apollinare effingitur potentia, quæ hanc à morte potentiam revocet? Si enim dicatur, aliam quidem potentiam mortem ſubiiſſe, aliam verò immortalem permanſiſſe, nequaquam in Filio Patris potentiam eſſe fatebuntur, & conſequenter ejuſdem Domini voces veluti falſas explodunt, quæ cuncta, quæ Patris ſunt, Filii quoque eſſe teſtantur. Qui enim cuncta quę Patris ſũt, habet, Patris quoque immortalitatẽ omnino poſſidet; immortalitas verò, quãdiu id eſt, quod eſſe dicitur, nullam cum morte communionem, atque mixtionem habet. Si igitur mortalem eſſe dicunt Filii divinitatem, ipſum in ſe non habere Patris immortalitatem adſtruunt. Atqui verum aſſerit Filius, qui totum in ſe ipſo Patrem habere dicit; itaque mentitur, qui mortalem illum eſſe probare conatur, in quo tota Patris æternitas conſpicitur. Quoniã igitur juxta piè credentium ſententiam una Patris & Filii potentia eſt, in Patre enim Filium agnoſcimus, & in Filio Patrem; hinc manifeſtè oſtenditur, id quod ſui naturâ pati poterat, mortem admiſiſſe, quod autem paſſioni non erat obnoxium, impaſſibilitatem in eo, quod paſſioni obnoxium erat, operatum fuiſſe.

νάμις παρ' αὐτὸν ἀναπλάττεται, ἡ πάντων ἐκ τοῦ θανάτου ἀνακαλουμένη τὴν δύναμιν; εἰ γὰρ τοῦτο λέγοιεν, ὅτι ἡ μὲν ἀπέθανεν, ἡ δὲ ἀθάνατος ἔμεινεν, οὐκέτι ἐν τῷ Υἱῷ τὴν τοῦ Πατρὸς δύναμιν εἶναι ὁμολογήσουσι. καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἀκολούθου τὰς [1] αὐτοῦ τοῦ Κυρίου φωνὰς παραγράφονται, ὡς οὐκ ἀληθῶς ἐχούσας, αἳ πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς [2] τὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι διαμαρτύρονται. ὁ γὰρ πάντα ἔχων τὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ τὴν ἀθανασίαν πάντως τοῦ Πατρὸς ἐν [3] αὐτῷ ἔχει· ἡ δὲ ἀθανασία, [4] ἕως εἰ τοῦτο, ὃ λέγεται, ἀμίκτως τε καὶ ἀκοινωνήτως πρὸς τὸν θάνατον ἔχει. εἰ οὖν θνητὴν λέγουσι τοῦ Υἱοῦ τὴν θεότητα, τὸ μὴ [5] ἔχειν ἐν αὐτῷ τὴν τοῦ Πατρὸς ἀθανασίαν κατασκευάζουσιν. ἀλλὰ μὴν ἀληθεύει ὁ λέγων, [6] ὅλον ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα, ψεύδεται ἄρα ὁ θνητὸν κατασκευάζων τοῦτον, ᾧ πᾶσα ἡ τοῦ Πατρὸς ἀϊδιότης ἐγκαθορᾶται. ἐπεὶ οὖν μία Πατρὸς καὶ Υἱοῦ κατὰ τὸν λόγον τῶν εὐσεβούντων ἡ δύναμις· ἐν γὰρ τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν βλέπομεν, καὶ ἐν τῷ Υἱῷ τὸν Πατέρα, σαφῶς ἀποδείκνυται, ὅτι τὸ μὲν ἐμπαθὲς τῇ φύσει, τὸν θάνατον δέχεται, τὸ δὲ ἀπαράδεκτον πάθους ἐν τῷ παθητῷ τὴν ἀπάθειαν ἐνήργησεν.

VI. Ἀλλὰ

VI. Sed

1 Corrector, αὐτάς.
2 Corrector delet hoc poſtremum, τά.
3 Corrector, ἑαυτῷ.
4 Corrector, ἕως ἂν ᾖ.
5 Corrector, ἔχειν αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ.
6 Ita Corrector, priùs ὅλω.

VI. Ἀλλὰ πρὸς [1] τὸ ἐφεξῆς τοῦ
λόγου προέλθωμεν. λέξω δὲ πάλιν
τῇ ἑαυτοῦ φωνῇ, συνελὼν ἐν βραχεῖ
» τὴν διάνοιαν· φησὶ γὰρ, τὸ ἄνθρωπον
» ἔνθεον τὸν Χριστὸν ὀνομάζειν, ἐναν-
» τίον εἶναι ταῖς ἀποστολικαῖς διδα-
» σκαλίαις· ἀλλότριον δὲ τῶν συνόδων·
» Παῦλον δὲ, καὶ Φωτεινὸν, καὶ Μάρκελ-
» λον τῆς τοιαύτης διαστροφῆς κατάρξαι.
εἶτα κατὰ τοὺς δεινοὺς τῶν ἀγωνιστῶν ὡς
προσεμπλακεὶς τῷ [2] διαλεγομένῳ,
καὶ εὑρὼν τὴν αὐθεντίαν τοῦ ῥήματος,
» τοῦτό φησι. Πῶς ἐρεῖς ἐκ γῆς ἄνθρω-
» πον, τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκέναι
» μαρτυρούμενον ἄνθρωπον, καὶ [3] υἱὸν
» ἀνθρώπου ἀναγορευόμενον. Πάλιν
ἐν τούτοις ἡ κατασκευὴ τῶν προλαβόν-
των, ἑτέρας ἀτοπίας ἐστὶν ἀρχή.
ἵνα γὰρ δείξῃ Θεὸν τεθνηκότα, οὐ-
δὲν ὅλως καταδέχεται τῆς γηΐνης φύ-
σεως περὶ αὐτὸν θεωρεῖσθαι· [4] ἐπει-
δὴ ὅλως τῇ γῇ συγγενῶς ἔχειν δο-
» κεῖ τὸ κατὰ θάνατον πάθος, Οὐκ ἔστι,
» φησὶν, ἐκ γῆς ἄνθρωπος, ὁ ἐξ οὐρανοῦ
» καταβὰς ἄνθρωπος. ἄνθρωπος μέν-
» τοι, καὶ εἰ ἐξ οὐρανοῦ καταβέβηκεν· οὐ
» γὰρ ἀρνεῖται τὴν τοιαύτην προσηγο-
» ρίαν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος.
Πῶς οὖν ἐν τοῖς εἰρημένοις τὸ ἀκόλουθον
σώζει; εἰ μὴ ἐκ γῆς ὁ ἄνθρωπος,
ἀλλ' ἐξ οὐρανοῦ καταβαίνει πρὸς
ἡμᾶς, πῶς ἀνθρώπου υἱὸς, ὁ ἐξ οὐρανοῦ
κα-

VI. Sed ad illa, quæ in Apollinaris tractatu ſequuntur, progrediamur, cujus ſententiam, in compendium redactam, propriis ejuſdem verbis rurſus referam. *Chriſtum enim*, inquit, *divinum hominem nuncupare, apoſtolicæ doctrinæ contrarium, & à Synodorum ſententiâ alienum eſſe: Paulum autem Samoſatenum, Photinum, atque Marcellum, perverſitatis hujus auctores fuiſſe.* Deinde acerrimorum athletarum inſtar, cum colloquente veluti implicatus, & ſententiæ ſuæ adſtipulatorem nactus, ita ſubjungit. *Quomodo terrenum dices hominem, quem è cælo deſcendiſſe Scriptura teſtatur, quique Filius hominis appellatur?* Rurſus in his præcedentis orationis confirmatio alterius abſurditatis initium eſt. Nam ut oſtendat Deum mortem ſubiiſſe, nihil prorſus naturæ terrenæ in ipſo ſpectari poſſe concedit; ſed quoniam mortis perpeſſio ſuapte naturâ ad terram pertinere omninò videtur, *Non eſt*, inquit, *homo terrenus, qui è cælo deſcendit; ſed nihilominus homo, quamvis ex cælo deſcenderit; neque enim in Evangeliis nomen hoc Dominus reſpuit.* Quomodo igitur in dictis ſuis ſibi conſentaneus eſt? Si non terrenus homo, ſed è cælo ad nos deſcendit, quomodo

Filius

1 Corrector, τά.
2 Corrector, προσδιαλεγομένῳ.
3 Corrector legit, υἱὸν ἀνθρώπου τὸν Θεὸν καὶ Θεοῦ υἱὸν ἀναγορευόμενον.
4 Videtur legendum, ἐπεὶ δ' ὅλως.

Filius hominis, qui è cælo deſcendit nuncupatur? Illud enim omnino concedet, quemadmodum in terrâ priores filiis patres eſſe intelligimus, ita etiam in homine, qui, ut ipſe putat, è cælo venit, quandoquidem filius hominis dicitur, non temerè à patre nomen ſumere; ſed ejus patrem in cęlo eſſe alium hominem, quem humano more priorem eſſe filio intelligamus. [1] Si enim verbis illis innititur, *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis*, & idcirco illum à terreni hominis cognatione ſejungit, & è cælo ad nos veniſſe filium hominis dicit; aliquem alium prorſus dabit in cælo hominem, patrem illius hominis, qui ad nos deſcendit, ita ut in cæleſti vitâ, nationes hominum, & populi, & omnia, quæcunque in hac vitâ ſunt, reperiri arbitremur. Si igitur, qui è cælo venit, filius hominis eſt; qui autem ex Mariâ de ſemine David ſecundùm carnem natus eſt, quamvis è cælo venerit, Filius hominis appellatur, falsò ſecundùm ipſos Dei filius dicitur, cùm nec terreſtris, nec cæleſtis ille filius cum divinitate commune quicquam habeat. Sed in ſummam veluti colligens, quæ ab ipſo dicta ſunt; hiſce verbis ſermoni finem imponit. *Si autem*

καταβαίνων, λέγεται; δώσει γὰρ πάντως, ὥσπερ ἐπὶ τῆς γῆς προεπινοοῦμεν τῶν υἱῶν τοὺς πατέρας, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ κατ' αὐτὸν οὐρανόθεν ἥκοντος ἀνθρώπου, ἐπειδὴ υἱὸς ἀνθρώπου λέγεται, μὴ εἰκῇ πατρόθεν κατονομάζεσθαι· ἀλλ' εἶναι αὐτοῦ, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἐν οὐρανῷ προθεωρούμενον πατέρα ἄλλον ἄνθρωπον. [1] εἰ γὰρ στηρίζεται τούτῳ τῷ ῥήματι, τῷ εἰρηκότι, οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ διὰ τοῦτο τῆς πρὸς τὸν γήϊνον ἄνθρωπον. συγγενείας αὐτὸν ἀποσχίζει, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἥκοντα υἱὸν ἄνθρωπον λέγων, δώσει τινὰ πάντως τοῦ καταβάντος πρὸς ἡμᾶς ἄλλον ἐν οὐρανῷ τοιοῦτον πατέρα· ὥστε καὶ ἐν τῇ οὐρανίῳ ζωῇ ἔθνη ἀνθρώπων, [2] καὶ δήμους, καὶ πάντα, ὅσα κατὰ τὸν τῇδε βίον ἐστὶν ὑπονοεῖσθαι. εἰ οὖν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἧκον, ἀνθρώπου ἐστὶν υἱός· τὸ δὲ ἐκ Μαρίας ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα γεγεννημένον, ἄνωθεν δὲ, ἀνθρώπου υἱὸς ὠνόμασται· ψευδῶς κατ' αὐτοὺς υἱὸς Θεοῦ λέγεται, μήτε τοῦ οὐρανίου, μήτε τοῦ γηΐνου πρὸς τὸ θεῖον οἰκειουμένου. ἀλλὰ συναγαγὼν ἑαυτῷ πρὸς τὸ κεφάλαιον τὰ εἰρημένα, ἐν τούτῳ συμπεραίνει τὸν λόγον

& è

1 Locum hunc uſque ad illa verba, τοιοῦτον πατέρα, laudat Euthymius Zigabenus in Panopliæ tit. 13. par. 2. pag. 524.

2 Corrector, καὶ δήμους, καὶ πατριάς, καὶ πάντα.

» Εἰ δὲ καὶ ἐξ οὐρανοῦ υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ
» ἐκ γυναικὸς υἱὸς Θεοῦ, πῶς οὐχ ὁ
» αὐτὸς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. Ἐγὼ δὲ τὸ μὲν τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον καὶ Θεὸν πιστεύειν εἶναί φημι, καὶ παντὸς εἶναι τοῦ τὸν ὀρθὸν λόγον πρεσβεύοντος, οὐ μὴν κατὰ τὴν τοῦ λογογράφου διάνοιαν. οὔτε γὰρ τὸ θεῖον γήϊνον, οὔτε ἀνθρώπινον τὸ οὐράνιον, καθὼς ἐκεῖνος οἴεται· ἀλλ' ἄνωθεν μὲν ἡ τοῦ ὑψίστου δύναμις, διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἐνεσκιάσθη, τουτέστιν, ἐνεμορφώθη, ἐκ δὲ τῆς ἀμιάντου Παρθένου ἡ τῆς σαρκὸς μοῖρα συνηρανίσθη· καὶ οὕτως τὸ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, Υἱὸς ὑψίστου κατωνομάσθη· τῆς μὲν θείας δυνάμεως τὴν πρὸς τὸν ὕψιστον ἀγχιστείαν· τῆς δὲ σαρκὸς τὴν ἀνθρωπίνην οἰκειουμένης συγγένειαν.

VII. Ἀλλὰ Θεὸς μέν, φησι, τῷ
» Πνεύματι τῷ σαρκωθέντι· ἄνθρωπος
» δὲ τῇ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ προσληφθείσῃ σαρκί. Τί ἐστιν πάλιν τοῦ Πνεύματος σάρκωσις, ἐκτὸς τῆς πρὸς τὴν ἡμετέραν σάρκα ἑνώσεως; πόθεν δὲ προσελήφθη ἄνθρωπος, εἰ μὴ ἐκ τοῦ πρώτου ([1] ἀνθρώπου, οὗ τὴν πρώτην γένεσιν ἐκ γῆς, οὐκ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ) γενεαλογοῦντος τοῦ Μωϋσέως ἠκούσαμεν; λαβὼν γὰρ ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, τὸν ἄνθρωπον ἔπλασεν· ἄλ-
λην

& è cælo filius hominis, & ex muliere filius Dei, quomodo non idem Deus & homo cenſetur? Ego ſanè & eundem Deum atque hominem credere, omnibus rectæ fidei aſſertoribus convenire ajo, non tamen ſecundùm Apollinaris ſententiam; neque enim divinitas res terrena, neq; humanitas cęleſte aliquid exiſtit, quẽadmodum ille opinatur; ſed è cælo quidem virtus Altiſſimi per Spiritum ſanctum humanæ naturæ obũbravit, hoc eſt, in eâ efformata fuit; ex immaculatâ verò Virgine carnis portio coaluit; & hoc pacto, quod in eâ natum eſt, Filius Altiſſimi vocatus eſt, divinâ quidem potentiâ humanæ naturæ cum Altiſſimo affinitatem, carne verò cum homine cognationem Deo conciliante. *Luc. 1. 35.*

VII. *Sed Deus quidem eſt*, inquit Apollinaris, *per ſpiritûs incarnationem, homo autem per carnem à Deo aſſumptam.* Quid eſt rurſus incarnatio Spiritûs, præterquam unio cum carne noſtrâ inita? Et unde nam aſſumptus eſt homo, niſi ex primo homine, cujus primam generationem è terrâ, non è cælo factam fuiſſe, à Moyſe ejus genealogiã deſcribente, didicimus? E terrâ enim Deus pulvere accepto, hominem finxit; aliam autem hominis conſtructionem è cælo extitiſſe, ne-
mo

1 Quæ ſemicirculis includuntur, addita ſunt à Correctore.

mo unquam nos docuit. Deinde his dictis ſubjungit Apollinaris, *Myſterium in carne manifeſtatum fuiſſe*; rectè quidem, nam & nos idem dicimus: additque, *Verbum carnem factum fuiſſe ſecundùm unionem*; quæ quidem etiam ſanè loquentis ſunt verba; qui enim carni unitum fuiſſe Verbum dicit, nil aliud quàm duplicis hujus rei concurſum aſ-

Rom. 7. 23. ſerit. *Sed caro*, inquit, *non caret animâ*; *militare enim adverſùs ſpiritum dictum eſt, ac repugnare legi legem mentis*. O miram inſcitiam! Non inanimẽ Deo affingit carnem. Itaque interrogemus, an animata caro à Deo Verbo fuerit aſſumpta, quemadmodum noſter ſcriptor ait, animâ autem prædita eſſe dicimus & animalium ratione carentium corpora. Qui autem humanam carnem eamque animatam Verbo attribuit, nil aliud quàm integrum hominem Verbo copulat; nihil enim tam proprium eſt humanæ animæ, quàm intellectu prædita natura, eò quòd in aliis omnibus cõmunionem cũ brutis habeamus. Concupiſcentia, ira, cibi appetentia, ſatietas, ſomnus, digeſtio, alteratio, excrementorum egeſſio, hęc omnia tam in nobis, quàm in animalibus ratio-

λην δὲ ἀνθρώπου κατασκευὴν ἐξ οὐρανοῦ [1] συστῆσαι παρ' οὐδενὸς μεμαθήκαμεν. εἶτα ἐπάγει τοῖς εἰρημένοις, ὅτι τὸ μυστήριον ἐν σαρκὶ ἐφανερώθη. καλῶς τοῦτο λέγων, οὗτος ὁ ἡμέτερος λόγος. καὶ ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο κατὰ τὴν ἕνωσιν. καὶ ταῦτα τῆς ὑγιαινούσης φωνῆς ἐστὶ τὰ ῥήματα. ὁ γὰρ ἡνῶσθαι τῇ σαρκὶ τὸν λόγον εἰπὼν, οὐδὲν ἕτερον ἢ τῶν δύο τὴν συνδρομὴν λέγει. Ἀλλ' οὐκ ἄψυχος, φησιν, ἡ σάρξ· στρατεύεσθαι γὰρ κατὰ τοῦ Πνεύματος εἴρηται, [2] καὶ ἀντιστρατεύεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ νόμον. Ὑπέρβαγε τῆς ἀγνωμοσύνης· οὐκ ἄψυχον τῷ Θεῷ περιπλάσσει τὴν σάρκα. οὐκοῦν ἐρωτήσωμεν, εἰ ἔμψυχος προσελήφθη παρὰ τοῦ Θεοῦ λόγου ἡ σάρξ, καθὼς φησιν ὁ λογογράφος· ἔμψυχα δέ φαμεν καὶ τῶν ἀλόγων τὰ σώματα· ὁ ἀνθρωπίνην σάρκα, καὶ ταύτην ἔμψυχον, προσοικίζων τῷ λόγῳ, οὐδὲν ἕτερον, ἢ ὅλον συνάπτει τὸν ἄνθρωπον. οὐδὲν γὰρ ἄλλο παρὰ τὴν νοερὰν φύσιν τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς ἐστὶν ἰδίωμα. διὰ τὸ ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις κοινωνίαν εἶναι ἡμῖν πρὸς τὰ ἄλογα. τὸ ἐπιθυμητικὸν, τὸ θυμοειδὲς, ἡ κατὰ τροφὴν ὄρεξις, ὁ κόρος, ὁ ὕπνος, ἡ πέψις, ἡ ἀλλοίωσις, ἡ τοῦ ἀχρειωθέντος ἐκποίησις, πάντα κατὰ τὸ ἶσον ἐν ἡμῖν, καὶ τοῖς ἀλόγοις

1 Corrector, συστῆναι.

2 Primævâ manu in Vaticano codice ſcribitur, καὶ πάντι στρατεύεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ νόμον. Corrector autem vetus emendavit, καὶ ἀντιστρατεύεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ νόμου. Vide tamen an legendum ſit, καὶ ἀντιστρατεύεσθαι τῷ νόμῳ τὸν νόμον νοός μου, vel potiùs, ἀντιστρατεύεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ νοός, ut habet D. Paulus.

διὰ τινὸς ψυχικῆς δυνάμεως οἰκονομεῖται. ὁ τοίνυν λέγων ἄνθρωπον εἶναι τὸν προσειλημμένον· ἔμψυχον δὲ τοῦτον διδοὺς· οὐδὲν ἕτερον [1] ἢ καὶ νοητὴν αὐτῷ προσεμαρτύρησε δύναμιν, ὅπερ ἴδιον τῆς ἀνθρωπίνης ἐστὶ ψυχῆς, ἐξ αὐτῶν, ὧν παρέθετο ἡμῖν, τῶν τοῦ Ἀποστόλου ῥημάτων. ὁ γὰρ εἰπὼν, ὅτι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς Θεὸν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται· τῆς προαιρετικῆς τε καὶ διανοητικῆς δυνάμεως ἐναργῆ τὰ ἰδιώματα λέγει. τὸ γὰρ ἐπιπειθῶς, ἢ ἀντιτύπως πρὸς τὸν νόμον ἔχειν, προαιρέσεως ἴδιον· αὐτό τε τὸ τοῦ φρονήματος ὄνομα, οὐκ ἄν τις τῆς κατὰ τὸ φρονεῖν ἐνεργείας ἀποχωρίσειε. τὸ δὲ φρονεῖν ταυτὸν εἶναι [2] τῷ νοεῖν, οὐδ' ἂν τῶν κομιδῇ τις νηπιαζόντων ἀντείποι· ὅ, τε ἀντιστρατευόμενος, καὶ αἰχμαλωτίζων, πῶς ἂν τῆς ἐνεργείας τοῦ νοεῖν ἀμοιρήσειεν; οὐ γὰρ [3] πρὸς τὰ φαῦλα κινεῖσθαι τοῖς κακοῖς τὴν προαίρεσιν, ἀπόδειξις τοῦ μὴ εἶναι νοῦν ἐν ἐκείνοις ἐστὶν· ἀλλὰ καλῆς μὲν διανοίας ἐκτός εἰσι, νοοῦσι δὲ ὅμως· ἐπεὶ καὶ τὸν ὄφιν ἐκεῖνον, ὃν δὴ τῆς κακίας ἀρχηγὸν καὶ εὑρετὴν παρὰ τῶν γραφῶν ἐδιδάχθημεν, οὐκ ἀνόητον εἶναί φησιν ὁ θεόπνευστος λό-

ratione carentibus per quandā animæ facultatem ex æquo diſpenſantur. Qui igitur dicit hominem eſſe, qui aſſumptus eſt, eumque animâ præditum eſſe concedit, nil aliud, quàm intelligendi facultatem teſtimonio ſuo ipſi impertitur; quod humanæ tantùm animę convenire, vel ex ipſis, quæ nobis in medium adducit, Apoſtoli verbis apparet. Qui enim dicit, *Sapientiā car-* Rom. 8. 7.
nis inimicitiam eſſe in Deum; legi enim Dei nō ſubjicitur, manifeſtas eligentis, & cogitantis potentiæ proprietates exprimit; nam obſequi legi, vel repugnare, eligentis propriū eſt voluntatis, ipsūq; φρονήματος, hoc eſt, ſapientię, vel intelligentię nomen nemo à cogitandi, vel intelligendi facultate ſecreverit: φρονεῖν autem idem eſſe ac intelligere, & animo verſare, nec parvorum infantium quiſpiam inficias iverit, & qui alteri repugnat, eumque in ſervitutem redigit, quomodo intelligendi actuoſitate carebit? Neque enim quòd libera eligendi facultas ad mala in improbis movetur, propterea illos mente deſtitutos eſſe demonſtratur; ſed benè quidem non cogitant, at nihilominus cogitant. Quare & ſerpens ille, quem malitiæ principem, inventoremque fuiſſe Scriptura nos docet, non caruiſſe mente à Deo inſpiratus ſermo dicit, qui prudentiorem cæ- Gen. 3. 1.
teris

1 Ita Corrector, priùs, εἰ μὴ.
2 Ita Corrector, priùs, τὸ νοεῖν.
3 Corrector, τὸ πρὸς.

teris animantibus ipſum fuiſſe teſtatur.

VIII. Prolata itaque à nobis in medium ejuſdem verba, quibus opinionem ſuam confirmari putat, impietatem dogmatis ab ipſo prædicati palàm redarguunt. Neque enim in hiſce ſolis verbis ſpiritui carnem, malum, videlicet, propoſitum honeſtæ probæque vitę opponit Apoſtolus; ſed & in epiſtolâ ad Corinthios eiſdem exprobrans, quòd animi perturbationibus ſuccūberent *Carnales*, inquit, *eſtis*.
1. Cor. 3. 2. Nunquid eo tempore, quo ita Corinthios alloquebatur Apoſtolus, mentis operationum compotes non erant homines illi ſecundùm tripertitam hominum diviſionem ab Apollinari excogitatam? Vel potiùs ex immodicâ ad carnis opera proclivitate carnales à Paulo vocati ſunt, appellatione ex eo, quod in ipſis abundabat, deſumptâ? Sanè poſtremam hanc illius dicti veram eſſe rationem, quæ uno tenore, eodemque conſilio ſtatim addit, Apoſtolus luculenter oſtendunt: *Cùm enim*, inquit, *ſit inter vos zelus & contentio, nonne carnales eſtis?*
1. Cor. 3. 3. Zelare autem & contendere ad mentis operationes pertinet. Cæterum quæ in verboſâ Apollinaris ſcriptione ſequuntur, id unum ferè per teſtimonia plura demonſtrant, ex tribus, videlicet, rebus conſtare hominē, carne, animâ, atq; mente, quæ quidē à noſtrâ ſententiâ minimè diſtant. Ex corpore namque & animâ intellectu præditâ compoſitū eſſe hominem dicere, idem eſt atq; ſeparatim mentem

γος, πλείονα τῶν ἄλλων προσμαρτυρῶν τούτῳ τὴν φρονιμότητα.

VIII. Οὐκοῦν ἐξ αὐτῶν, δι' ὧν οἴεται συνιστᾶν τὸν ἑαυτοῦ λόγον, αἱ παρατεθεῖσαι ἡμῖν φωναὶ, τὸ ἀσεβὲς τοῦ κατ' αὐτὸν δόγματος διελέγχουσιν. οὐ γὰρ ἐν τούτοις [1] μόνοις ὁ Απόστολος ἀντιθίστησι τὴν σάρκα τῷ πνεύματι, τουτέστι, τὴν πονηρὰν προαίρεσιν τῇ ἀστειοτέρᾳ ζωῇ. ἀλλὰ καὶ πρὸς Κορινθίους φησὶ, τὸ ἐμπαθὲς αὐτοῖς ὀνειδίζων, ὅτι σάρκινοί ἐστε. ἆρα κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον, καθ' ὃν πρὸς αὐτοὺς ὁ λόγος ἐγένετο, κατὰ τὴν τριμερῆ τοῦ Απολιναρίου τῶν ἀνθρώπων τομὴν, ἀμέτοχοι τῆς κατὰ τὸν νοῦν ἐνεργείας ἦσαν οἱ ἄνθρωποι; ἢ πάντως ἐκ τῆς ἀμέτρου πρὸς τὴν σάρκα διαθέσεως σάρκινοι παρὰ τοῦ Παύλου προσηγορεύθησαν, ἐκ τοῦ πλεονάζοντος τὴν ἐπωνυμίαν λαβόντες. καὶ δείκνυσι τὸν τοιοῦτον λόγον ἡ σύμφρασις τῶν γεγραμμένων· ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν, φησὶ, ζῆλος καὶ ἔρις, οὐχὶ [2] σαρκικοί ἐστε. τὸ δὲ ζηλοῦν καὶ ἐρίζειν τῆς κατὰ τὸν νοῦν ἐνεργείας ἐστί. Τὰ δὲ τούτων

1 Corrector, μόνον. 2 Corrector, σάρκινοι.

των ἑπόμενα τῆς λογογραφίας, ἀπόδειξιν οὐδὲν περιέχει διὰ πλειόνων μαρτυριῶν, τοῦ ἐκ τριῶν συνεστάναι τὸν ἄνθρωπον, ἀπὸ σαρκός τε, καὶ ψυχῆς, καὶ νοῦ, ἅπερ οὐ πόῤῥω τοῦ καθ' ἡμᾶς ἐστὶ λόγου. ταυτὸν γάρ ἐστιν ἐκ νοερᾶς ψυχῆς καὶ σώματος τὸν ἄνθρωπον λέγειν, καὶ ἰδιαζόντως τὸν νοῦν ἐφ' ἑαυτοῦ ἀριθμήσαντα, τριχῆ διελεῖν τὴν περὶ τὸν ἄνθρωπον θεωρίαν. εἰ καὶ ὅτι πολλὰς τοῖς αἱρετικοῖς δίδωσιν ὁ λόγος ἐν τούτῳ λαβάς. δύναται γὰρ, εἰ τὸ νοητικὸν ἐφ' ἑαυτοῦ τις ἀριθμοίη, ἑτέραν τοῦ θυμοειδοῦς τὴν περιγραφὴν λέγειν, καὶ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ πάλιν ἑτέραν. ἴσως δ' ἄν τις καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ψυχῆς κινήματα κατὰ τὸν λόγον ἐξαριθμούμενος, [1] πολυσχιδῆ τινὰ καὶ πολυσύνθετον ἀντὶ τοῦ τριμεροῦς ἀποδείξει τὸν ἄνθρωπον.

IX. Ἀλλ' ἐάσθω ταῦτα, ὡς ἂν μὴ τοῖς καθ' ἕκαστον ἐπεξιόντες εἰς ἀμετρίαν ἐκτείνωμεν τὴν ἀντίῤῥησιν, πρὸς δὲ τὰ ἐφεξῆς τοῦ λόγου προΐωμεν. κατασκευάσας γὰρ διὰ πολλῶν τὸ τριφυὲς, ἢ τριμερὲς, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλῃ τις ὀνομάζειν τὸ ἀνθρώπινον σύγκριμα, μέμνηταί τινων [2] καὶ δογμάτων συνοδικῶν, τῶν τε κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως συνειλεγμένων, [3] λέγοντος, ἐξ οὐρανοῦ ἀποτεθεῶσθαι

τὸν

tem per ſe ſolã numerando, tripliciter quæ in homine conſiderantur dividere; tametſi multas hæc loquendi ratio hæreticis errandi anſas præbeat. Si enim partem rationalem per ſe ſolam quis enumeraverit, aliam iraſcibilis partem à cæteris ſegregatam aſſerere poterit, & concupiſcibilis rurſus aliam, & fortaſſe non nemo reliquos etiam animi motus ratione dinumerans, hominem non tribus, ſed quodãmodo longè pluribus cõpoſitũ partibus, & in multas pariter partes diſſectũ oſtenderit.

IX. Sed hæc miſſa faciamus, ne ſingulis immorantes, in longum plus æquo confutationem noſtram extendamus, ad ulteriora autẽ progrediamur. Dum enim triplicis naturæ, vel tripertitam, vel quocunque alio quis nuncupare voluerit nomine, hominis compoſitionẽ pluribus adſtruere conatur, quarundam etiam ſynodalium definitionum mentionem facit, [2] earum nempe Synodorum, quæ adverſùs Paulum Samoſatenum collectæ fuerunt, [3] in

quarum

1 Ita Corrector, antea πλυσχιδῆ.

2 Plures Synodos adverſùs Paulum Samoſatenum Antiochiæ habitas fuiſſe teſtatur Euſebius lib. 7. Hiſt. Eccl. cap. 18. & 19.

3 Paulus Samoſatenus Chriſtum non è cælo deſcendiſſe; ſed ut cæteros homines, κάτωθεν, hoc eſt, è terrâ ortum duxiſſe affirmabat; ut in Synodicæ Antiocheni Concilii fragmentis apud Euſebium lib. 7. hiſt. Eccl. c. 19. legimus. Quare vel legendum hic eſt λεγόντων, vel vox λέγοντες non ad Paulum Samoſatenum; ſed ad poſtremam fortaſſe ſynodicarũ adverſùs eundẽ Paulum definitionum, cujus Euſebius meminit, referenda eſt.

quarum unâ dicitur *E cælo Deum factum fuiſſe Chriſtum*; itemque alterius fidei definitionis apud Nicæam promulgatæ, cujus dictum hiſce diſertis verbis conceptum allegat, [1] *Qui de cælo deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus eſt*. Et ubi hæc dixit, quaſi jam antea adſtruxiſſet, quæ mox dicturus erat, propoſiti ſui ſenſum hoc pacto aperit, & veluti demonſtratis jam rebus ſequentia accomodans, hæc ad verbum ait, *Spiritum ſanè, hoc eſt, mentem Deum habens Chriſtus unà cum animâ & corpore, jure merito homo è cælo veniens dicitur*. Quid hæc dicta cum præcedentibus commune habent? Ubinam hoc congregata adversùs Samoſatenum Synodus definivit? Sed quæ circa noſtrum dogma vetuſtiora ſunt, omittamus. Quidnam tale verba illa, *Qui de cælo deſcendit, & incarnatus eſt*, in Nicæni Concilii dogmatibus ſignificare fides oſtendit, niſi quòd ut non ante Filii è cælo deſcenſum carnem extitiſſe, ſed poſteriorem eodem deſcenſu eſſe intelligamus? Hoc in Eccleſiis ab omnibus prædicatur, incarnatum, nempe, & hominem factum fuiſſe Chriſtum; & hic noſter, imò potiùs Eccleſiæ ſermo eſt. Ubi nam igitur in dictis Concilii Nicæni dogmatibus reperitur, Spiritum, hoc eſt, mentem Deum, unà cum

ani-

τὸν Κύριον, καὶ τοῦ κατὰ Νίκαιαν ἐκφωνηθέντος, οὗ τὴν ῥῆσιν ἐπὶ λέξεως τοῦτον τὸν τρόπον εἰρημένην παρέθετο, τὸ, [1] ἐξ οὐρανοῦ καταβάντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα. καὶ ταῦτα εἰπὼν, ὡς προκατασκευάσας τὸν μέλλοντα ῥηθήσεσθαι λόγον, οὕτως ἀπογυμνοῖ τοῦ ἰδίου βουλήματος τὴν διάνοιαν, καί φησιν, οἱονεὶ προσοικειῶν τοῖς [2] ἀποδεδειγμένοις, οὕτως κατὰ τὴν λέξιν, Τὸ δὴ πνεῦμα, τουτέστι τὸν νοῦν, Θεὸν ἔχων ὁ Χριστὸς μετὰ ψυχῆς καὶ σώματος, εἰκότως ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ λέγεται. Τί κοινὸν ἔχει τὰ εἰρημένα πρὸς τὰ προάγοντα; ποῦ τοῦτο ἡ κατὰ τοῦ Σαμωσατέως ἐδογμάτισε Σύνοδος; ἀλλ' [3] ἐῶ τὰ τῆς γνώμης ἡμῶν πρεσβύτερα. Τί τοιοῦτον ἐν τοῖς κατὰ Νίκαιαν δόγμασιν ἔδειξε τὸν καταβάντα ἐκ τῶν οὐρανῶν ἡ πίστις λέγειν, καὶ σαρκωθέντα, ὡς μὴ περὶ τῆς καθόδου νοεῖσθαι τὴν σάρκα, ἀλλὰ δευτερεύειν μετὰ τὴν κάθοδον; τοῦτο παρὰ πάντων ἐν Ἐκκλησίαις κηρύσσεται, τὸν σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα, καὶ οὗτος ἡμέτερος, μᾶλλον δὲ τῆς Ἐκκλησίας ὁ λόγος. ποῦ τοίνυν ἐν τοῖς εἰρημένοις ἐστὶν, ὅτι τὸ πνεῦμα, τουτέστι τὸν νοῦν,

Θεὸν

1 Nicænum Symbolum habet ſolùm διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα, tam apud Socratem, quàm in Codice Canonum Eccleſiæ Africanæ.
2 Cor. προαποδεδειγμένοις, οὕτως τὰ κατὰ.
3 Ita Corrector, antea ἐᾶ.

Θεὸν ἔχων ὁ Χριστὸς μετὰ [1] ψυχῆς, καὶ σώματος, ἐξ οὐρανοῦ ἄνθρωπος λέγεται; εἴτε γὰρ ἐπὶ τῆς λέξεως ψιλῆς ἐξετάζοις τὸν λόγον, εἴτε καὶ τὴν τῶν εἰρημένων διάνοιαν, ἐν οὐδ᾽ ἑτέρῳ τὸ ῥηθὲν εὑρεθήσεται. ἡ μὲν γὰρ λέξις τοσοῦτον ἀπέχει τῆς λέξεως, καθ᾽ ὅσον ἀπέχουσι, ψαλμικῶς εἰπεῖν, ἀνατολαὶ ἀπὸ δυσμῶν· ἡ δὲ διάνοια τῶν εἰρημένων τί κοινὸν πρὸς τὰ δι᾽ ἐκείνης δηλούμενα, δείκνυσι; φησὶν οὗτος, τὸν σαρκωθέντα τῇ ἀνθρωπίνῃ σαρκὶ Χριστὸν ἐν ἑαυτῷ Θεὸν, τὸ πνεῦμα, τουτέστι τὸν νοῦν ἔχειν· λέγει δὲ τοῦτο ὁ κελεύων [2] ἔνθεον ἄνθρωπον μὴ λέγειν τὸν Χριστὸν, Θεὸν ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ, ὡς ἄλλον ἐν ἄλλῳ, αὐτὸς πρὸ τῶν ἄλλων τοῦτο κατασκευάζων. ἡ δὲ τῆς Συνόδου φωνὴ τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβάντα λέγει. νοείτω μὲν οὖν ὁ πολὺς καὶ ἀκέραιος τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν πρὸς ἡμᾶς κάθοδον, οὐδὲν γὰρ πρὸς τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν διοισόμεθα, [3] κἂν ὑψηλοτέραν ὁ νοῦς ἐμφαίνῃ διάνοιαν, μὴ τοπικῶς λέγων καταβαίνειν τὸ θεῖον, πανταχοῦ ὂν, καὶ περιδεδραγμένον τῶν ὄντων· ἀλλὰ τὴν πρὸς τὸ ταπεινὸν τῆς φύσεως ἡμῶν παραδηλῶν συγκατάβασιν· πλὴν ὅπως ἂν ᾖ φίλον τῷ βουλομένῳ [4] δέχεσθαι τὴν κάθοδον, τὸν σαρκωθέν-

animâ & corpore habentẽ Chriſtum, jure merito venientem è cælo hominẽ vocari. Sive enim, prout nuda verba ſonant, hanc Apollinaris ſententiam examines, ſive in eorundem ſenſum inquiras, neutro modo id, quod ipſe animo intendit, in illis Synodi verbis invenies. Verba enim Synodi ab Apollinaris verbis tantùm differunt, quantùm, ut Pſalmorum verba uſurpem, oriens diſtat ab occidente; eorundem verò ſenſus quidnam commune cum his, quæ Synodi verba præſeferunt, exprimit? Ait hic, incarnatum humanâ carne Chriſtum in ſe ipſo Deum habere, qui ejus ſpiritus, hoc eſt, mens exiſtat; & hæc ille idem aſſerit, qui [2] divinum hominem Chriſtum dici vetat, & eundem Chriſtum in ſe ipſo Deum habere, tanquam alium in alio, primus omnium conatur adſtruere: Synodi verò vox ait, *Qui de cælo deſcendit*. Intelligat itaque eximius hic atque ſincerus vir Chriſti è cælo ad nos deſcenſum; in nullo enim circa hoc ad invicem diſcrepabimus, [3] quamvis ſublimiori ſenſu hæc intelligenda ſint, non quaſi divinitatem, quæ ubique eſt, & cuncta creata continet, localiter ad nos deſcendiſſe dicat, ſed quòd eo loquendi modo Dei ad noſtræ naturæ humi-

1 Corrector, ψυχῆς τῆς.
2 Vide ſuprà capite 4.
3 Similia habet Nyſſenus in Orat. de Deitate Filii & Spiritus Sancti Tom. 3. pag. 741. a. b.
4 Corrector, δεχέσθω.

humilitatem condeſcenſio ſignificetur. Sed quocunque modo quis voluerit deſcenſionem iſtam accipere, Synodi textus ſubjungit, *Qui incarnatus eſt*, pulchrè & hoc ipſum aſſerens; quonam enim pacto magìs propriè nativitatem ex muliere interpretata eſſet? Non enim, prout Deus eſt, ipſe per ſemetipſum ex muliere genitus eſt; nam qui ante creatarum rerum conditionem exiſtebat, per carnis nativitatem non cœpit eſſe; ſed Spiritu ſancto viàm ad ipſius virtutis ingreſſum præparans, & materiæ ſubſidio ad proprii habitaculi conſtructionem nihil indigens, juxta illud, quod de Sapientiâ dicitur, ædificavit ſibimetipſi domum, terram ex Virginis utero acceptã, per quã cũ humanitate cõmixtus fuit, in hominem efformans.

X. Ubinam igitur in his verbis Synodi ſermo aſſerit, quod Apollinaris cenſet, nempe Spiritum, hoc eſt, mentem Deum, unà cum animâ atque corpore habentem Chriſtum jure merito cæleſtem hominem vocari? Si enim ipſi fas eſt pro libitu ad ea, quæ ſibi viſa fuerint, divina eloquia pertrahere, & ſomniorum interpretũ more, quamcunque voluerit ſignificationem ſacris ſcriptis aptare, hos alioſque his ſimiles ſenſus divi-
1. Tim. 4.6. & 6. 20. nis ſermonibus adſcribat. Si verò aniles fabulas, & prophanas vocum novitates omnimodis explodi oportere ait Apoſto-

θέντα πάλιν ὁ τῆς Συνόδου λόγος φησὶ, καλῶς καὶ τοῦτο λέγων· πῶς γὰρ ἂν οἰκειότερον τὴν ἐκ γυναικὸς ἡρμήνευσε γέννησιν; οὐ γὰρ, ᾗ Θεός ἐστιν, αὐτὸς καθ᾽ ἑαυτὸν ἐκ γυναικὸς ἐγεννήθη. ὁ γὰρ πρὸ τῆς κτίσεως ὢν, [1]τὸ διὰ σαρκὸς γεγεννῆσθαι, αὐτὸ τὸ εἶναι οὐκ ἐπιδέχεται· ἀλλὰ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι προοδοποιήσας τὴν τῆς ἰδίας δυνάμεως εἴσοδον, καὶ μηδὲν τῆς ὑλικῆς ἀφορμῆς πρὸς τὴν κατασκευὴν τοῦ οἰκείου σκήνους προσδεηθεὶς, κατὰ τὸ εἰρημένον περὶ τῆς σοφίας, ἑαυτῷ ᾠκοδόμησεν[2] οἶκον, τὸν ἐκ τῆς παρθένου χοῦν ἀνθρωποποιήσας, δι᾽ οὗ συνεκράθη πρὸς τὸ ἀνθρώπινον.

X. Ποῦ τοίνυν ἐν τούτοις φησὶν ὁ λόγος, ὅπερ τῷ Ἀπολιναρίῳ δοκεῖ, τὸ πνεῦμα, τουτέστι τὸν νοῦν, Θεὸν ἔχων ὁ Χριστὸς μετὰ ψυχῆς καὶ σώματος, εἰκότως ἐξ οὐρανοῦ ἄνθρωπος λέγεται; εἰ μὲν γὰρ ἔξεστι κατ᾽ ἐξουσίαν αὐτῷ πρὸς τὸ δοκοῦν ἕλκειν τὰ θεῖα λόγια, καὶ κατὰ τοὺς τῶν ὀνείρων ὑποκριτὰς, ὅπερ ἂν ἐθέλῃ, τοῦτο
τῷ

1 In Vaticano codice ſcribitur, uti editum eſt. Corrector tamen antiquus emendavit hoc pacto, τοῦ διὰ σαρκὸς γεγεννῆσθαι, αὐτὸ τὸ εἶναι οὐκ ἐπιδέχεται. Sed legendum videtur τῷ διὰ σαρκὸς γεγεννῆσθαι αὐτὸ τὸ εἶναι οὐκ ἐπιδέχεται.

2 Corrector τὸν οἶκον.

τῷ γράμματι προσαρμόζειν τὸ νόημα, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τοῖς θείοις λόγοις ἐπιφημιζέτω νοήματα. εἰ δὲ τοὺς γραώδεις μύθους, καὶ τὰς βεβήλους κενοφωνίας κατὰ πάντα τρόπον ἀπωθεῖσθαί φησι δεῖν ὁ Ἀπόστολος· οὐδαμῶς συγχωρητέον αὐτῷ συναρμόζειν ἀλλήλοις τὰ ἀκοινώνητα, καὶ προσκολλᾶν τὰ ἀσύμβατα· καὶ μᾶλλον δ' ἂν ἡμῖν αὐτοῖς, δι' ὧν ἐπαγωνίζεται τοῖς εἰρημένοις, πρὸς ἀνατροπὴν τοῦ δόγματος [1] αὐτοῦ συμμαχήσειε. φησὶ γὰρ, ὅτι καὶ ὁ Παῦλος τὸν πρῶτον Ἀδὰμ ψυχὴν καλεῖ μετὰ σώματος οὖσαν· καλῶς τοῦτο καὶ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας εἰπών. ἆρα οὖν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, ὁ εἰς ψυχὴν ζῶσαν παρὰ τοῦ Παύλου μνημονευθεὶς, κτηνείαν τινὰ ψυχὴν εἶχε, καὶ ἄλογον; καὶ μὴν οὐκ ὀλίγην αὐτῷ προσμαρτυρεῖ τὴν διανοητικὴν χάριν ἡ ἱστορία· προσήγετο μὲν γὰρ αὐτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ τὰ ζῶα, τῆς δὲ τῶν ὀνομάτων εὑρέσεως ἐκεῖνος κύριος ἦν, τὸ προσφυὲς, καὶ ἁρμόδιον ἑκάστῳ περινοῶν. ἀλλὰ καὶ ἡ παρακοὴ, καὶ ἡ περὶ τὰ μὴ δέοντα συνδιάθεσις, καὶ ἡ ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις αἰσχύνη, καὶ τὸ πρόσφορον ἐπὶ τοῖς ἐγκλήμασιν ἀπολογίαν εὑρεῖν, πάντα ταῦτα τῆς κατὰ τὸν νοῦν ἐνεργείας ἀπόδειξις γίνεται. τί δήποτε τοίνυν παρεσιωπήθη παρὰ τοῦ Παύλου τὸ νοερὸν τῆς ψυχῆς ἐπὶ τοῦ Ἀδάμ; ἢ δηλονότι

poſtolus, non eſt ipſi permittendum, ea ſimul jungere, quæ inter ſe diſſident, & invicem componere, quæ communionem ſecum habere non poſſunt. Sed & rationibus illis, quibus ſua dicta uberiùs confirmare conatur, nobis ad ſuimet ipſius dogmatis ſubverſionem auxilium potiùs, opemque ſuppeditat. Ait enim, Paulum quoque primum hominem Adam, etſi corpore prædi- *1. Cor. 15. 45.* tum, animam vocare; pulchrè quidem & perquàm verè id aſſerens. Nunquid ergo primus homo in animam viventem factus, uti Paulus cõmemorat, aliquam rationis expertem animã, brutorum inſtar habuit? Atqui non vulgarem intelligendi vim atque facultatem in ipſum collatam fuiſſe ſacra teſtatur hiſtoria. Deus enim cuncta quidem *Gen. 2.* animalia ad eum adduxit; ipſe verò quod ad ſingulorum naturam deſignandam aptum conveniensq; eſſet, animo concipiens, unicuiq; nomen imponendi arbitrium habuit. Sed & inobedientia, & ad ea, quæ non decebat fieri, proclivitas, & malè factorum pudor, & delictorum excuſatio promptè adinventa, hæc omnia mentis facultatem ſatis ſuperq; demonſtrant. Curnam igitur intellìgendi vim in Adamo Paulus ſilentio præteriit

1 Ita Corrector, antea αὐτῶν.

riit? Num, ſcilicet, unius partis denominatione, quod reliquum eſt, complectitur? ut in illo, *Ad te omnis caro veniet*, per carnem David omne humanum genus ſignificat: & Jacob cum ſeptuaginta quinque animabus ab Ægyptiis hoſpitio exceptus, nec carne, nec mente per illud tempus in ſacrâ Scripturâ deſtitutus exhibetur.

Pſal. 64.

Gen. 46.

XI. Sed inquit Apollinaris, *Secundus homo de cælo ſpiritualis dicitur, quod utique hominem, qui cum Deo commixtus eſt, mente carere ſignificat.* Verùm ex his, quę mox apponit, verbis facilè hujus ineptiæ confutatio deſumitur; Qui enim ait, *Qualis cæleſtis, tales & cæleſtes*, longe ab hujuſcemodi opinatione nos removet. Si enim qui in venientem è cælo credunt, à Paulo & ipſi cæleſtes vocantur, utpote qui in cælos, ut alibi ait, per vitæ inſtitutum tranſmigraverint, & qualis ille cæleſtis eſt, tales & hos cæleſtes dicit Apoſtolus; nemo verò corũ qui fidem amplexi ſunt, mentis eſt expers; neceſſariò itaq; ex hac comparatione demonſtratur, Chriſtum in ſimilitudinem hominum factũ eſſe, adeoq; ei mentem ineſſe; *Qualis* enim, inquit, *cæleſtis, tales & cæleſtes*; ita ut vel omnes mente prædi-tos eſſe, vel nullos neceſſariò fatendum ſit. Quemadmodum enim terreni hominis proprietates

I. Cor. 15. 47.

Phil. 3. 20.

in

νότι τῷ μέρει συνονομάζεται τὸ λειπόμενον, ὡς τὸ, πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει· διὰ τῆς σαρκὸς ὅλον σημαίνων ὁ Δαβὶδ τὸ ἀνθρώπινον. καὶ ὁ Ἰακὼβ ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπιξενούμενος, οὐκ ἄνους, οὔτε ἄσαρκος κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον ὑπὸ τῆς γραφῆς ἱστορεῖται.

XI. Ἀλλά, φησιν ὁ λογογράφος, ὅτι ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ πνευματικὸς λέγεται, καὶ τοῦτο σημεῖον ποιεῖται τοῦ ἄνουν εἶναι τὸν τῷ Θεῷ συγκραθέντα ἄνθρωπον. καίτοι πρόχειρος τῆς ἀτοπίας ὁ ἔλεγχος, ἐξ αὐτῶν, ὧν παρέθετο. ὁ γὰρ εἰπών, οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι, πόρρω τῆς τοιαύτης ὑπονοίας ἡμᾶς ἀφίστησιν. εἰ γὰρ οἱ πεπιστευκότες τῷ ἐξ οὐρανῶν ἥκοντι, καὶ αὐτοὶ παρὰ τοῦ Παύλου ἐπουράνιοι λέγονται, οἱ μετατεθεικότες, καθώς φησιν, εἰς οὐρανοὺς τὸ πολίτευμα, καὶ οἷος ἐκεῖνος ὁ ἐπουράνιος, τοιούτους εἶναι καὶ τούτους τοὺς ἐπουρανίους φησὶν ὁ Ἀπόστολος. οὐδεὶς δὲ ἄνους τῶν παραδεξαμένων τὴν πίστιν, ἀνάγκη πᾶσα τὴν ὁμοιωτικὴν ταύτην σύγκρισιν ἀπόδειξιν γενέσθαι τοῦ, καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐν ἐκείνῳ τὸν νοῦν εἶναι. οἷος γάρ, φησιν, ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι. ὥστε ἢ ἐν πᾶσι τὸν νοῦν, ἢ ἐν οὐδενὶ κατ' ἀνάγκην ὁμολογήσουσιν. ὥσπερ γὰρ τὰ τοῦ χοϊκοῦ ἰδιώματα τοῖς ἐξ ἐκείνου ἐνθεωρεῖται, οὕτως ἐπά-

ναγκες

ναγκὲς κατὰ τὴν τοῦ Ἀποστόλου ἀπόφασιν τὸν κατὰ πάντα πεπειρασμένον τοῦ ἡμετέρου βίου, καθ' ὁμοιότητα, χωρὶς ἁμαρτίας, ὁ δὲ νοῦς ἁμαρτία οὐκ ἔστι, πρὸς πᾶσαν ἡμῶν οἰκείως ἔχειν τὴν φύσιν. οὕτω γὰρ τὸ ἀποστολικὸν ἀληθεύεται τὸ, ἡμᾶς κατ' ἐκεῖνον εἶναι, εἰ ὁμολογηθείη κἀκεῖνο καθ' ἡμᾶς γεγενῆσθαι, ἵνα ἐκ τοῦ γενέσθαι οἷος ἡμεῖς, ἡμᾶς ποιήσει οἷος ἐκεῖνος.

XII. Πάλιν τοίνυν τῶν παρ' αὐτοῦ ῥηθέντων ἐπιμνησθησώμεθα. Καθὸ καὶ τὸν πρότερον Ἀδὰμ ὁ Παῦλος ψυχὴν καλεῖ μετὰ σώματος οὖσαν, καὶ οὐκ ἄνευ σώματος, τῷ δὲ ὅλῳ τὴν ἐπωνυμίαν διδοῦσαν, κἂν ἀφ' ἑαυτῆς καὶ αὕτη, κατὰ σύλληψιν τοῦ πνεύματος, καλῆται ψυχή. Ὁ ταῦτα λέγων ὁμολογεῖται τρία κατὰ σύλληψιν τῷ τῆς ψυχῆς καλεῖσθαι ὀνόματι, ὡς περιειλημμένης τῆς τε ([1] τοῦ σώματος καὶ τῆς) τοῦ πνεύματος ἐν τῷ αὐτῷ σημασίας. Ἀλλὰ τὸν ἔσχατόν, φησι, πνεῦμα ζωοποιοῦν ὁ Παῦλος καλεῖ. Ὅπερ οὖν ἐν ἐκείνῳ διὰ τοῦ πλεονάζοντος κεκρατηκέναι τὴν ἐπωνυμίαν κατὰ τῶν λοιπῶν τῶν σημαινομένων ἔδειξε, τοῦτο πάντως καὶ ἐπὶ τούτου [2] τὸ ἰσοδύναμον ἔχει. εἰ γὰρ ὁ Ἀδὰμ, ἐπειδὴ

in his, qui ex illo progeniti ſunt, conſpiciuntur; ita etiam juxta Apoſtoli dictum, qui per omnia, quæ ad noſtram vitam pertinent, tentatus fuit, pro ſimilitudine, abſque peccato (mens autem peccatum non eſt) neceſſariũ omnino eſt, eum cum omnibus naturę noſtrę proprietatibus convenientiam, conjunctionemq; ſervare; nam hoc pacto illud Apoſtoli verum eſſe monſtratur, nos videlicet ſimiles illi eſſe, ſi fateamur & illum ſimilem nobis factum fuiſſe, ut ex eo quòd talis factus eſt; quales nos ſumus, nos tales efficeret, qualis eſt ipſe.

XII. Sed & Apollinaris verba iterum commemoremus, *Quemadmodum & priorem Adam corpore præditum, non verò carentem, Paulus animam vocat, quæ tamen toti denominationem impertiatur; licèt & hæc per ſe ſola, ſecundùm quòd ſpiritum comprehendit, anima nuncupetur:* Qui hæc dicit, tria per complexionem uno animæ nomine deſignari fatetur, ac ſi ſpiritûs, & corporis ſignificationem ſimul involvat. *Sed poſtremum Adam*, inquit, *Spiritum vivificantem*, Paulus vocat. Quod igitur oſtendit Adamum ex eo maximè denominatum fuiſſe, quod cæteris rebus, ex quibus denominari poterat, pręſtantius eſſet, illud idem prorſus in Chriſto pari ratione *1. Cor. 15. 45*

tione

1 Quæ ſemicirculis includuntur, adjecta ſunt à Correctore.

2 Corrector τὴν ἴσην δύναμιν.

tione obtinet. Si enim Adam quoniam peccavit, dicitur anima; homo Deo cōmixtus, quoniam peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus, ſpiritus abſolutè appellatur. Verùm Apollinaris hanc interpretationem non recipit; ait enim, *Illum quidem è terrâ terrenum dici, quoniam corpus è limo formatum animam accepit.* Nonnè mens, quam ſpiritum vocat, cum efformato Adami corpore conjuncta fuit? Quanam itaque in re ipſi ſimilitudo cum Deo intercedit? Ecquod in ipſum divini ſpiraculi effluvium, niſi mens hoc ipſum eſſe credatur? Hunc autem ſecundum Adamum, ait Apollinaris, cæleſtem propterea vocari, quoniã cæleſtis Spiritus incarnatus eſt. At in quonam ſacræ Scripturæ loco dicitur, cuinam ſacrorum Auctorum acceptum refert Apollinaris, quod ipſe aſſerit, Spiritum, nempe, incarnatum fuiſſe? Iſtud ſanè ex Evangeliis non hauſimus, non ita à præclarâ Apoſtoli voce edocti ſumus; ſed Verbum quidem carnem factum fuiſſe Apoſtolorum prædicatio aſſerit, & in columbæ ſpecie Spiritum in Jeſum deſcendiſſe refert Evangeliorum hiſtoria; incarnationem verò Spiritûs nemo eorum dixit, qui ſpiritu fidei noſtræ myſteria perceperunt. *Gloria habitavit in terrâ noſtrâ. Veritas è terrâ*

orta

Eſa. 53.

ἐπειδὴ ἥμαρτε, ψυχὴ λέγεται, ὁ τῷ Θεῷ ἐγκραθεὶς ἄνθρωπος, ἐπειδὴ ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησε, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, πνεῦμα τὸ ὅλον κατονομάζεται. ἀλλ' οὐ καταδέχεται τὴν τοιαύτην διάνοιαν· φησὶ γὰρ ἐκεῖνον μὲν ἐκ γῆς χοϊκὸν, διότι τὸ σῶμα ἐκ τοῦ χοῦ πλασθὲν, ἐψυχώθη. ἆρα ὁ νοῦς, ὅπερ ὀνομάζει πνεῦμα, οὐ συγκατεβλήθη τῷ κατὰ τὸν Ἀδὰμ πλάσματι, ἢ κοῦν ἐν τίνι [1] αὐτῷ ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ὁμοιότης; τίς δὲ ἡ ἐκ τοῦ θείου [2] ἐμφυσήματος ἀπόρροη, εἰ μὴ ὁ νοῦς ταῦτα εἶναι πιστεύοιτο; τοῦτον δέ, φησιν, ἐξ οὐρανοῦ διὰ τοῦτο καλεῖσθαι, διότι τὸ πνεῦμα τὸ οὐράνιον ἐσαρκώθη. τίς γραφὴ ταῦτα λέγει, [3] εἰς τίνα τῶν ἁγίων (ἀναφέρει τὸν λόγον) ὅτι πνεῦμα ἐσαρκώθη; οὐχ οὕτως παρὰ τῶν Εὐαγγελίων ἠκούσαμεν. οὐχ οὕτως παρὰ τῆς μεγάλης τοῦ Ἀποστόλου φωνῆς ἐδιδάχθημεν· ἀλλ' ὅτι μὲν ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, λέγει τὸ κήρυγμα, καὶ ἐν εἴδει περιστερᾶς τὸ πνεῦμα καταβῆναί φησιν ἡ εὐαγγελικὴ ἱστορία. σάρκωσιν δὲ πνεύματος, οὐδεὶς εἶπε τῶν τῷ πνεύματι λαβόντων μυστήρια. Ἡ δόξα κατεσκή-

νωσεν

1 Corrector, ἐν αὐτῷ.
2 Corrector, πεφυσήματι.
3 Ita Corrector, priùs autem in textu deerant verba ſemicirculis incluſa, quæ tamē ſermonis ſeries neceſſariò ſibi poſtulare videtur; nã Scripturæ, Patres adjungit.

νωσεν ἐν τῇ γῇ ἡμῶν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλε. καὶ Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί. καὶ δικαιοσύνη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψε, καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλά. Πνεῦμα δὲ σαρκούμενον, ἡ θεόπνευστος οὐκ οἶδε γραφή. Καὶ προϋπάρχει, φησὶν, ὁ ἄνθρωπος Χριστὸς, οὐκ ὡς ἑτέρου ὄντος παρ᾽ αὐτὸν τοῦ Πνεύματος, τουτέστι τοῦ Θεοῦ. ἀλλ᾽ ὡς τοῦ Κυρίου, ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἀνθρώπου φύσει θείου Πνεύματος ὄντος. Ταῦτα μὲν ἐπὶ λέξεως τοῦ λογογράφου τὰ ῥήματα. ἐπειδὴ [1] δέ πως τῇ ἀτονίᾳ τῆς ἑρμηνευτικῆς δυνάμεως οὐκ ἄγαν ἔκδηλόν ἐστι ἐν σαφηνείᾳ τὸ νόημα, πρότερον ἀπογυμνώσω τοῦ ζόφου τῆς λέξεως τὴν ἐγκειμένην διάνοιαν, εἶθ᾽ οὕτω προσθήσω τῇ ἐξετάσει τὸν λόγον.

XIII. Προϋπάρχει, φησὶν, ὁ ἄνθρωπος Χριστὸς. Συνεπινοεῖ τῷ ἐν ἀρχῇ ὄντι λόγῳ τὸν φανέντα ἄνθρωπον, ὡς προϋπάρχοντα πρὸ τῆς φανερώσεως, καὶ ἐπεξεργάζεται διὰ τοῦ ἀκολούθου τὸ νόημα· φησὶ γὰρ ὅτι οὐχ ἕτερόν ἐστι παρ᾽ αὐτὸν τὸ πνεῦμα, κατασκευάζων διὰ τούτου, αὐτὴν τοῦ Υἱοῦ τὴν θεότητα ἐξ ἀρχῆς ἄνθρωπον εἶναι, ὅπερ σαφέστερον διὰ τοῦ ἐφεξῆς δείκνυται λόγου. φησὶ γὰρ ὅτι ὁ Κύριος ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἀνθρώπου φύσει, θεῖον Πνεῦμα ἦν. Μίαν ἐποίησε τοῦ Θεοῦ τε καὶ τοῦ ἀνθρώπου τὴν φύσιν; καὶ [2] ἀνθρώπων δύο τὴν συναλοιφὴν

orta eſt. *Deus apparuit in carne*; &, *Juſtitia è cælo proſpexit*; & alia multa hujus generis legimus; Spiritũ verò incarnatum, divino afflatu edita Scriptura non novit. *Et antea quidem exiſtit*, inquit Apollinaris, *homo Chriſtus*, *non ac ſi Spiritus*, *hoc eſt*, *Deus aliud ab ipſo eſſet*; *ſed ac ſi Dominus in Dei hominis naturâ divinus ſpiritus foret*. Hęc ad verbum ſunt ejus dicta. Quoniam verò præ quodam eloquutoriæ facultatis torpore, quid in his ſibi velit non admodum patet, primùm verborum caligine diſcuſsâ, inſitum ipſis ſenſum in lucem proferam, ac deinde ejus ſententiam examini ſubjiciam.

XIII. *Antea quidem*, inquit, *exiſtit homo Chriſtus*. Hæc duo tanquam ſimul conjuncta intelligit, Verbum, quod in principio erat, & hominem, qui apparuit in tempore, quaſi ante extitiſſet, quàm manifeſtaretur, & clariùs in his, quæ ſequuntur, mentis ſuæ ſenſum aperit, dum ait, *Aliud ab ipſo non eſſe ſpiritum*; adſtruens hiſce verbis ipſam Filii divinitatem ab initio hominem eſſe; quod manifeſtiùs deinceps declarat, dum inquit, *Dominus in Dei hominis naturâ divinus Spiritus erat*. Unam Dei & hominis naturam conſtituit,

1 Particulam δὲ Corrector addidit. 2 Corrector πνευμάτων.

ſtituit, & duorum hominum confuſionem vocat. Ejus itaque verborum ſenſus hic eſt, illum, ſcilicet, qui per Virginem manifeſtatus eſt in carne, non modò ſecundùm Deitatis æternitatem, quemadmodum omnes credimus; ſed & ſecundùm ipſam carnem cunctis creatis rebus priorem intelligi: [1] mox enim ſubjungit ad hanc ſuam opinionem confirmandam illud *Joan. 8. 58.* Chriſti, *Antequam Abraham fieret, ego ſum*; & illud Joannis *Ibid. 1. 15.* Baptiſtæ, *Prior me erat*; & illud Apoſtoli, *Et unus Dominus, per quem omnia; & ipſe eſt ante omnes*; *I. Cor. 8. 6. & Coloſ. 1. 17.* ac prætereа alia quædam [2] Zachariæ Prophetæ verba, quæ utpote per vim ad hunc ejus ſcopum pertracta, omittemus. Equidem ſi aliquo ſententiarum involucro abſurdæ hujus opinionis probatio tegeretur, rectè utique in confutandis, quæ occulta forent, operâ ponerem; quoniam verò apertè impietatem vociferatur, non video quid ampliùs noſtris ſermonibus conficeretur. Si ante ſecula caro eſt, ſi antequam Abraham fieret, jam erat, quod de Virgine natum eſt; ergo [3] Nachor ætate præcedit Virgo; ergo & ante Adam Maria.

λοιφὴν κατωνόμασεν, ἡ μὲν οὖν διάνοια τῶν εἰρημένων αὕτη, ὅτι τὸ διὰ σαρκὸς ἐκ τῆς παρθένου φανερωθὲν, οὐ μόνον κατὰ τὴν τῆς θεότητος ἀϊδιότητα προεπινοεῖται τῶν ὄντων, καθὼς πάντες πιστεύομεν, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὴν τὴν σάρκα. [1] ἐπάγει γὰρ τοῖς εἰρημένοις εἰς τὴν τῆς τοιαύτης ὑπολήψεως μαρτυρίαν, τὸ, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι· καὶ τὴν τοῦ Ἰωάννου φωνὴν, τὸ, πρῶτός μου ἦν· καὶ εἷς Κύριος, δι' οὗ τὰ πάντα· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων· καί τινα [2] τοῦ Ζαχαρίου φωνὴν, ἣν, ὡς βεβιασμένως πρὸς τὸν σκοπὸν τοῦτον ἐπισυρεῖσαν, παρήσομεν. ἐγὼ τοίνυν εἰ μὲν ἐλάνθανε διά τινος νοημάτων περιβολῆς ἡ τοῦ ἀτόπου κατασκευὴ, καλῶς ἂν περὶ τὸν ἔλεγχον τῶν κεκρυμμένων ἐσπούδαζον· ἐπεὶ δὲ διαῤῥήδην βοᾷ τὴν ἀσέβειαν, οὐκ οἶδά τι ἂν πλέον ἐκ τῶν ἡμετέρων γένοιτο λόγων. εἰ προαιώνιος ἡ σὰρξ, εἰ πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ γενέσθαι, τὸ ἐκ Μαρίας ἦν, ἄρα πρεσβυτέρα [3] τοῦ Ναχὼρ ἡ παρθένος. ἄρα καὶ πρὸ τοῦ Ἀδὰμ ἡ Μαρία· καί τοι τί τοῦτο λέγω, αὐτῆς, ὡς ἔοικε, πρεσβυτέρα τῆς τῶν ὄντων συστάσεως, καὶ

1 Similia refert ex hoc Nyſſeni opere Euthymius Zigabenus in laudato Panopliæ capite 13. pag. 525. verſiculo, *Ut probet*, licèt præciſa Nyſſeni verba non ſervet.

2 De his agit infrà initio capitis 18.

3 Nachor Abrahami avus, & Nachor alter Abrahami frater ex Thare prioris Nachor filio, memorantur in libro Geneſeos cap. 11. quare cùm Chriſtus antequam Abraham fieret ſe extitiſſe affirmet, Mariam ſecundùm falſam Apollinaris hypotheſim, Nachor Abrahami avum ætate præceſſiſſe à Nyſſeno dicitur.

καὶ αὐτῶν τῶν αἰώνων ἀρχαιοτέρα. εἰ γὰρ ἐσαρκώθη μὲν ἐν τῇ παρθένῳ· ἡ δὲ σὰρξ Ἰησοῦς λέγεται· ἐκεῖνον δὲ πρὸ πάντων εἶναι διὰ τοῦ Ἀποστόλου μαρτύρεται· ὡς ἔοικε, τῇ τοῦ Πατρὸς ἀϊδιότητι συνεπινοεῖσθαι καὶ τὴν Μαρίαν, ὁ γενναῖος κατασκευάζει. καὶ σιωπῶ τὰ λίαν ἀπεμφαίνοντα, πρὸς ἃ κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἡ ἀτοπία [1] τῆς καινοφωνίας ἐκφέρεται. ἴδοι γὰρ ἂν ὁ ἀγχίνους ἐκ τοῦ ἀκολούθου τὸ ἄτοπον, κἂν μὴ τῇ λέξει τὴν ἀσχημοσύνην [2] παραδηλώσωμεν.

XIV. Ἀλλὰ παραδράμωμεν τὴν τῶν νοημάτων τούτων δυσωδίαν, τοσοῦτον παρασημηνάμενοι μόνον, [3] ὅτι εἰ προαιώνιος ἡ σὰρξ, οὐ κεκένωται ἡ θεότης, οὐχ ὑπῆρχεν ἐν Θεοῦ μορφῇ ὁ Υἱός, οὐ μετημφιάσατο τὸ δουλικὸν πρόσωπον· ἀλλ' ὅπερ ἦν τῇ φύσει, τοῦτο ἐφανερώθη νῦν, οὐκ ἐταπεινώθη. ἵλεως δὲ εἴη τῷ λόγῳ ὁ λόγος· ἀλλὰ σιωπῶ τὸ λειπόμενον. εἰ πρὸ πάντων ἡ σάρξ, ἐξ ἀσθενείας ἄρα τὰ πάντα, οὐκ ἐκ δυνάμεως· τὸ γὰρ πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. ἄρα καὶ μέχρι τούτου τὴν ἀτοπίαν ἵστησι. καὶ τίς οὐκ ἂν ἐκ τοῦ ἀκολούθου [4] τὰ συνημμένα τούτοις

Maria. Verùm quid hoc dico, vel ipſâ, ut videtur, omnium rerum creatione antiquior erit, ipſiſq; ſeculis vetuſtior. Si enim incarnatus eſt in Virgine; caro autem Jeſus dicitur; Jeſum autem ante omnia eſſe affirmat Apoſtolus; ut Mariam coæternam Patri intelligamus, egregius iſte ſcriptor ſuis, ni fallor, argumẽtis efficit. Sed incredibilia valde, & planè abſona, ad quæ in operis progreſſu hujus novitatis vocũ perverſitas provehitur, ſilentio prætermitto; ſagacibus enim Viris facilè erit abſurda hęc ex iis, quę inde conſequuntur, cognoſcere, quamvis eorum turpitudinem noſtris verbis non explicemus.

XIV. Sed hujuſmodi ſententiarum fœtorem prætereamus, hoc tantùm obiter adnotantes. [3] Si ante ſecula caro fuit, non exinanita eſt divinitas, non erat in Dei formâ filius, non ſervi formam induit; ſed quod erat naturâ, id nunc apparuit; non humiliatus fuit. Ignoſcat autem meis verbis Verbum: ſed quod reliquum eſt ſilentio prætereo. Si ante omnium rerum creationem caro fuit, ergo per infirmitatem, non per potentiam cuncta creata ſunt; *Spiritus enim promptus eſt, caro autem infirma.* Ergo & huc uſque hominis iſtius ineptiæ procedũt. Et quiſnam quæ his con- *Matt.26.41.*

1 Corrector, κενοφωνίας.

2 Corrector, παραγυμνώσωμεν.

3 Hic locus uſque ad illa, ἐφανερώθη νῦν, laudatur totidem verbis ab Euthymio Zigabeno ubi ſuprà pag. 524. in ſequentibus autem uſque ad noſtræ editionis pag. 152. lineâ 32. ſenſum tantùm quorundam Nyſſeni argumentorum, non etiam verba refert.

4 Cor. ἢ τὰ συνημμένα.

conſentanea ſunt, ex conſequẽtiis, quæ inde deducuntur, non animadverterit: cuncta enim, quæ carni ſunt propria, in eo, qui ante ſecula carnem habuit, omnino ſimul intelligere oportet, laborem, triſtitiam, lacrymas, ſitim, ſomnum, famem, & ſi quid his abſurdius. Quoniam
Eſa. 9. 6. verò *Parvulus natus eſt nobis*, quemadmodum Scriptura dicit, & pannis involutus à paſtoribus viſus eſt Dominus, & ſicuti Lu-
Luc. 2. 12. & 52. cas inquit, Jeſus proficiebat ętate, ſapientiâ, & gratiâ, & tunc in perfectum hominem evaſit, cùm per conſuetos naturæ gradus ad virilitatem pervenit: quid dicent qui ante ſecula carnem in Chriſto conſpiciunt? Quonam in corporis ſtatu ante ſecula erat? nam dum in humanis ageret, omnes humanę vitę ætates pertranſiit. Nunquid puer erat homo ille omnium rerum creatione vetuſtior, vel parvus infans, vel adoleſcentulus, vel ſtatim perfecto corpore præditus? At puerum ſi dicunt, omnino cauſſam eos adjungere oportet, cur tot, tantorumque ſeculorum tranſcurſu ad perfectam nõ pervenerit ætatem [5] Sin verò perfectum hominem dicunt, hoc petimus, ut nos doceant, quomodo dum è Virgine naſcitur, in infan-

τούτοις κατανοήσειε. πάντως γὰρ πάντα τὰ τῆς σαρκὸς ἰδιώματα, συνεπινοήσει τῷ μετὰ τῆς σαρκὸς ὄντι πρὸ τῶν αἰώνων, τὸν κόπον, τὴν λύπην, τὸ δάκρυον, τὴν δίψαν, τὸν ὕπνον, τὴν κατὰ πεῖναν ἔνδειαν, [1] καὶ τὸ ἔστι τούτου παραλογώτερον. ἐπειδὴ δὲ παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καθὼς ἡ θεία φωνὴ [2] λέγει, καὶ ὤφθη παρὰ τῶν ποιμένων ἐν σπαργάνοις ὁ Κύριος, [3] καθώς φησιν ὁ Λουκᾶς, ὅτι προέκοπτεν Ἰησοῦς ἡλικίᾳ, καὶ σοφίᾳ, καὶ χάριτι, τελειούμενος [4] ὡς ἐπὶ τὸ μέτρον προῆλθε τῆς ἀνθρωπότητος, ὁδῷ βαδίζων διὰ τῆς φύσεως· τί ἐροῦσι πρὸ τῶν αἰώνων τὴν σάρκα βλέποντες, ποίῳ μέτρῳ τοῦ σώματος πρὸ τῶν αἰώνων ἦν; διὰ πάσης γὰρ ἐν τῷ καθ᾽ ἄνθρωπον βίῳ διεξῆλθε τῆς ἡλικίας. ἆρα παῖς ἦν ἐκεῖνος ὁ ἄνθρωπος, ὁ πρὸ πάσης τῆς κτίσεως ὤν, ἢ βρέφος νήπιον, ἢ μειράκιον, ἢ εὐθὺς ἐν τελείῳ τῷ σώματι; ἀλλ᾽ εἰ παῖδα λέγουσι, πάντως καὶ αἰτίαν προσθήσουσι, πῶς τοσούτου παρελθόντος αἰῶνος ἐπὶ τὸ τέλειον τῆς ἡλικίας οὐκ ἔφθασεν; [5] εἰ δὲ τέλειον λέγουσι, τοῦτο μαθεῖν ἀξιώσομεν, πῶς ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ γενέσει συστέλλεται εἰς τὴν νηπιώδη βραχύτητα; ποῦ καταλείπει τὸ περιττεῦον τοῦ σώματος

1 Lege, καὶ ὅ,τι ἔτι, vel potiùs, καὶ ἤ τι.
2 Corrector, ἔφη.
3 Corrector, καὶ καθὼς.
4 Corrector, ἴσως.

5 Hunc etiam locum uſque ad verba illa, ἡ νηδὺς τῆς παρθένου ἐχώρησεν. ad verbum adducit Euthymius loco mox laudato, pag. 525. lineâ 1.

τος; πῶς εἰς ὀλίγην περιγραφὴν ὁ ὄγκος ἀποσμικρύνεται, εἶτα πάλιν πῶς πρὸς τὸ ἴδιον μέτρον ἐπανάγει τὸν ὄγκον τοῦ σώματος; πότερον ὅπερ εἶχεν ἐξ ἀρχῆς ἀναλαμβάνων διὰ τῆς κατ' ὀλίγον αὐξήσεως, ἢ ἕτερον ἐν ἑαυτῷ διὰ τῆς τροφῆς προστιθείς; ἀλλ' εἰ μὲν τὸ ἀρχαῖον φήσουσι, περιττὴν πάντως τὴν τροφὴν ἀποδείξουσιν. εἰ δὲ οὐκ [1] ἀρνοῦνται τροφῆς μετεσχηκέναι τὸν Κύριον, τί ἐροῦσι περὶ τῆς ἄνω καταλειφθείσης σαρκός; ἧς τὸ πολὺ κατὰ τὸ εἰκὸς [2] κατελήφθη· μόνον δὲ τοσοῦτον ἀπ' αὐτῆς [3] ἐλήφθη, ὅσον ἡ νηδὺς τῆς παρθένου ἐχώρησε· πάντως γάρ τι καὶ περὶ αὐτῆς τερατεύσονται, καὶ συνθήσουσι διὰ τούτων ἕτερα δόγματα, ἐφ' ἅπερ αὐτοὺς ἡ ἀκολουθία τῆς ἀτοπίας τῶν μύθων [4] κατ' ἀνάγκην προάγηται.

XV. Ἀλλὰ παρείσθω καὶ ταῦτα· ἐκεῖνο δέ τις [5] οὐκ ἂν ἀλόγως ἐπιζητήσειε παρὰ τῶν τὴν θείαν ἐκείνην σάρκωσιν προαιώνιον δογματιζόντων. [6] εἰ γὰρ πάντοτε τὴν σάρκα περὶ αὐτὸν οἴονται, Θεὸν [7] εἶναι τὴν σάρκα φασί. πᾶσα δὲ [8] ἡ σὰρξ ἀντίτυπός ἐστι τῷ ἁπλο-

infantis corpuſculum contrahitur? Ubi nam reſiduam corporis partem reliquit? Quomodo ejuſdem moles ſic eſt imminuta, ut terminis exiguis circumſcriberetur? Deinde quomodo rurſus in priſtinum ſtatum eandem corporis molem reſtituit? Eam ne, quam ab initio habebat, carnem, paulatim creſcendo, iterum ſumens, an aliam ſibi ipſe per nutritionem adjungens? Si priſtinam dixerint, oſtendent planè ſupervacaneum illi fuiſſe nutrimentum; ſin verò Dominum nutrimenti participē fuiſſe conceſſerint, quid dicent de carne in cælo relictâ? Magnam enim, ut par eſt, partem reliquit, & tantum ex illâ ſibi duntaxat reſervavit, quantum Virginis uterus capere poterat; ſanè portentoſum aliquid de ipsâ quoque effutient, & ex aſſertionibus iſtis gradum vel inviti ſibi facient ad alia conflanda dogmata, quæ ex hujuſmodi fabularum vanitate neceſſariò conſequuntur.

XV. Sed & hæc miſſa faciamus: Hoc autem ab iſtis, qui divinam illam incarnationem ſeculis anterιorem prædicant, quiſpiam jure merito poſtulaverit. [6] Si enim carnem in ipſo ſemper extitiſſe opinantur, Deum utiq; carnē eſſe

1 Ita Corrector, antea, ἀρνοῦνται.
2 Ita Corrector, antea, καταλειλῆφθαι.
3 Ita Corrector, antea εἰλῆφθαι.
4 Tria hæc poſtrema verba Corrector addidit.
5 Ita omnino videtur legendum, licet in Vaticano codice ſcribatur contrario ſenſu, οὐκ ἂν ἀλόγως.
6 Hæc iterum Euthymius ibidem refert uſque ad illa verba, φυσικῶς τὴν διάλυσιν.
7 Corrector delendam eſſe monet, δὲ, quod ante εἶναι, erat in textu Vaticano codicis.
8 Et hic delendum eſſe articulum monet Corrector.

eſſe dicunt; omnis autem caro tactui renititur; quod autem tactui renititur, ex materiâ cõſtat, & compoſitum eſt; quod autem compoſitum eſt, diſſolutionem admittit; neceſſe ergo omnino eſt, ut his omnibus ipſum ex materiâ conſtare, & diverſis è rebus eſſe compoſitum, & diſſolutionem naturaliter expectare confirment. Neq; enim ignoramus, quibus ex rebus Chriſti corpus, quando humano more cum hominibus cõverſatus eſt, conſtaret, nam ex carne, oſſibus, ſanguine, aliorum hominum inſtar, & illud conflatum fuiſſe, ex clavorum veſtigiis, & ex profuſo per lanceæ vulnus ſanguine apertè colligimus; ac præſertim quòd illis, qui poſt reſurrectionem apparenti non credebant,
Luc. 24. 39. Dominus dixerit, *Palpate me, & videte, & cognoſcite, quoniam ſpiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me videtis habere*. Igitur ſi divina incarnatio, ut Apollinaris ait, initium non habuit ex Virgine; ſed ante Abraham & ante omnium rerum conditionem extabat; talis omnino fuerit neceſſe eſt, qualis à Diſcipulis viſa fuit, ſolida, nempe, & tactui renitens, & carne oſſibuſque conſtans. Hæc itaque omnia nunquam non extitere, nulluſque ad humilitatem noſtram Chriſto deſcenſus; ſed quod eo uſque manebat occultum, cùm divinum quid ſuâ naturâ eſſet, in incarnationis tem-

pore

ἁπτομένῳ· τὸ δὲ ἀντίτυπον ὑλῶδες, καὶ σύνθετον· τὸ δὲ σύνθετον καὶ διάλυτον· πάντως ἀνάγκη πᾶσα διὰ τούτων, καὶ ὑλινὸν αὐτὸν ἐγκατασκευάζεσθαι, καὶ ἐκ διαφόρων συγκείμενον, καὶ ἀναμένοντα φυσικῶς τὴν διάλυσιν. οἴδαμεν γὰρ ὅτε ἀνθρωπικῶς τοῖς ἀνθρώποις ἐπεχωρίαζεν, ἐκ τινῶν εἶχε τὸ σῶμα τὴν σύνθεσιν. ὅτι διὰ σαρκῶν καὶ ὀστέων καὶ αἵματος καθ' ὁμοιότητα τῶν ἄλλων κἀκεῖνο ἦν, ἔκ τε τοῦ τύπου τῶν ἥλων, καὶ ἐκ τοῦ προχεθέντος διὰ τῆς λόγχης αἵματος, καὶ ἐκ τοῦ [1]πρὸς ἀπιστοῦντας τῷ φαινομένῳ εἰπεῖν ταῦτα τὸν Κύριον, ὅτι ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, καὶ γνῶτε, ὅτι τὸ πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, ὥσπερ ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. εἰ οὖν ἡ θεία σάρκωσις, καθὼς ὁ Ἀπολινάριος λέγει, οὐ τὴν ἀρχὴν ἐκ τῆς παρθένου ἔσχεν, ἀλλὰ καὶ πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ πρὸ πάσης κτίσεως ἦν, τοιαύτη πάντως ἦν, δια τοῖς [2]μαθηταῖς ἑωρᾶτο στεῤῥὰ, καὶ ἀντιτυπὴς, σαρκί τε καὶ ὀστέοις διειλημμένη. οὐκοῦν ταῦτα πάντοτε ἦν, καὶ οὐδὲ μία πρὸς τὸ ταπεινὸν αὐτοῦ γέγονε κάθοδος· ἀλλὰ τὸ λανθάνον, θεῖον κατὰ φύσιν ὂν, τοῦτο τῷ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐφανερώθη καιρῷ. τί τοιοῦτον Ἄρειος; τί δὲ ὁ τούτου χεί-

ρων

1 Corrector, πρὸς τοὺς?
2 Corrector, μαθηταῖς ἑώρατο ἑωρᾶτο δὴ στεῤῥὰ καὶ ἀντίτυπος.

ρων Εὐνόμιος ἐπὶ καθαιρέσει τῆς δόξης τοῦ μονογενοῦς ἐνενόησεν. οἷον διὰ τῆς τοιαύτης ἡμῖν λογογραφίας ὑπὸ τοῦ Ἀπολιναρίου κατασκευάζεται; Θεὸς ἔνσαρκος πρὸ αἰώνων ὀστώδης τις, καὶ τετριχωμένος, καὶ δέρματι, καὶ νεύροις καὶ σαρκὶ, καὶ πιμελαῖς διειλημμένος, καὶ ἐκ διαφόρων συγκείμενος, καὶ τὸ ἁπλοῦν τι καὶ ἀσύνθετον ἐν ἑαυτῷ μὴ ἔχων. ὁ λόγος ὁ ἐν ἀρχῇ ὢν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὢν, καὶ λόγος καὶ Θεὸς ὢν, ὁ ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν τῇ [1] πρὸς τὸ ταπεινὸν τῆς φύσεως ἡμῶν κοινωνίᾳ σὰρξ ὑπὸ φιλανθρωπίας γενόμενος, διὰ τοῦτο τῷ ἀνθρώπῳ ἀνακραθεὶς, [2] πᾶσαν ἐν ἑαυτῷ τὴν ἡμετέραν φύσιν δεξάμενος, ἵνα τῇ πρὸς τὸ θεῖον ἀνακράσει [3] συναποθεωρηθῇ τὸ ἀνθρώπινον, διὰ τῆς ἀπαρχῆς ἐκείνης παντὸς συναγιαζομένου τοῦ τῆς φύσεως ἡμῶν φυράματος.

XVI. Ἀλλὰ παραδραμεῖν οἶμαι χρῆναι τὴν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν εἰς τοῦτο παρατεθέντων αὐτῷ θείων λογίων πεπλανημένην ὑπόληψιν. τὰ γὰρ ἐκ τοῦ προχείρου ὄντα καταφανῆ, περιττὸν ἂν εἴη διεξετάζοντα, μηκύνειν τὸν λόγον. εἰς γὰρ μαρτυρίαν τοῦ ἀεὶ αὐτὸν ἐν σαρκί τε, καὶ αἵματι εἶναι,

τὴν

pore manifeſtatum fuit. Quid tale Arius, quid etiam tale Ario pejor Eunomius ad delendam Unigeniti gloriam excogitavit, quale in hoc ſuo tractatu Apollinaris nobis conatur adſtruere? Deus quidam ante ſecula carne & oſſibus conſtans, capillatus, & ex pelle, nervis, carne, & pinguedine coagmentatus, ex diverſis rebus compoſitus, & ſimplicitate deſtitutus, dicitur eſſe Verbum illud, *Joan. 1.* quod in principio eſt, & apud Deum eſt, & Verbum, & Deus eſt; qui in ultimis diebus, communione cum naturę noſtrę humilitate initâ, caro præ amore, quo humanum genus complectitur, factus eſt, & propterea cũ humanitate temperatus eſt, omnem in ſeipſo naturam noſtram ſuſcipiens, ut humanitas cum divinitatis admixtione in ipſo conſpiceretur, & per primitias illas tota naturæ noſtræ maſſa ſanctificaretur.

XVI. Verùm prætereunda cenſeo quæ ex ſingulis ſacræ Scripturæ locis malè intellectis in ſui dogmatis confirmationẽ Apollinaris adducit; nam in iis, quæ ultro ſeſe produnt, diſcutiendis, confutandiſque ſuperfluum eſſet in longum protrahere ſermonem. Ad demonſtrandum enim nunquam Verbum carne

& ſanguine

1 Ita Corrector, antea πρὸ.

2 Corrector, ἢ πᾶσαν.

3 Corrector emendavit συναποθεωθῇ, quæ lectio ſi magis arridet, vertendum eſt, *Ut per mixtionem cum divinitate, humana natura ejus divinitatis quodammodo particeps fieret.*

& ſanguine caruiſſe, Apoſtoli
verba profert, quibus inquit,
Epheſ. 1. 7. *Per ipſum nos accepiſſe redemptio-*
nem per ſanguinem ejus, remiſ-
ſionem peccatorum per carnem e-
jus; quæ verba aliò reſpicere,
neminem ſanæ mentis dubita-
turum fore arbitror. Quis enim
divinum myſterium ignorat,
quòd, videlicet, princeps auctor-
que ſalutis noſtræ errantem o-
Luc. 15. 14. vem inquirit; [2] illa autem ovis
Mat. 18. 12. nos homines ſumus, qui à cen-
teno illo rationalium creatura-
rum grege, quo humanum om-
ne genus ſignificatur, per pec-
catũ erravimus. Sumit autem
ſuper humeros ſuos totã ovem;
neque enim in parte tantùm a-
liquâ ovîs, error erat; ſed quo-
niam tota aberravit, tota ad
gregem reducitur: non pellis à
paſtore portatur, & quod intra
pellem eſt deſeritur, quemad-
modum vult Apollinaris. Hæc
autem paſtoris humeris, hoc
eſt, Domini divinitate, geſta-
ta, una per aſſumptionem cum
illo efficitur, ut eo pacto quæ-
reret, atque ſalvaret, quod
perierat. Poſtquam autem o-
vem, quam quæſiverat, repe-
rit, eandem in ſemetipſo aſſumpſit; neque enim propriis, qui
ſemel erraverant, pedibus ovis incedebat, ſed à divinitate ge-
ſtabatur; & propterea quod quidem apparebat, ovis, hoc eſt,
homo

τὴν ἀποστολικὴν παρέθετο ῥῆσιν, τὴν λέγουσαν, δι᾽ αὐτοῦ ἡμᾶς εἰληφέναι τὴν ἀπολύτρωσιν, διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, διὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. ὅπερ ὅτι πρὸς ἑτέραν βλέπει διάνοιαν, οὐκ ἂν οἶμαί τινας τῶν νοῦν ἐχόντων ἀμφιβάλλειν. τίς γὰρ οὐκ οἶδε τὸ θεῖον μυστήριον, ὅτι ὁ ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας [1] ἡμῶν τὸ πεπλανημένον πρόβατον μέτεισιν; ἡμεῖς δὲ οἱ ἄνθρωποί ἐσμεν ἐκεῖνο τὸ πρόβατον, οἱ τῆς λογικῆς ἑκατοντάδος ἀποβουκοληθέντες, διὰ τῆς ἁμαρτίας. καὶ λαμβάνει ἐπὶ τῶν ἰδίων ὤμων, ὅλον τὸ πρόβατον· οὐδὲ γὰρ ἐν μέρει ἦν τοῦ προβάτου ἡ πλάνη, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ὅλον ἀπεφοίτησε, καὶ ὅλον ἐπανάγεται· οὐχ ἡ μὲν δορὰ βαστάζεται, τὸ δὲ ἐντοσθίδιον καταλείπεται, καθὼς Ἀπολινάριος βούλεται. τοῦτο δὲ ἐν τοῖς ὤμοις τοῦ ποιμένος, τουτέστιν ἐν τῇ θεότητι τοῦ Κυρίου γενόμενον, ἓν πρὸς ἐκεῖνον διὰ τῆς ἀναλήψεως γίνεται, διὰ τοῦτο θέλων ἐπιζητῆσαι, καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς· ἐπειδὴ εὗρε τὸ ζητούμενον, ἀνέλαβεν ἐφ᾽ ἑαυτοῦ τὸ εὑρημένον. οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ποσὶ, τοῖς πλανηθεῖσιν ἅπαξ, ἐκινεῖτο τὸ πρόβατον, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆς θεότητος ἐκομίζετο. διὰ τοῦτο τὸ μὲν φαινόμενον, πρόβατον, του-
τέστιν

1 Corrector, ἡμῶν ὡς ποιμὴν τὸ πεπλανημένον.
2 Hunc locum in epitomen redactum laudat Euthymius Zigabenus ſæpe laudatus pag. 528. in §. *Si nos homines*.

πάσιν ἄνθρωπος. τὰ δὲ ἴχνη αὐτοῦ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, οὐκ ἐγινώσκετο. οὐδὲν γὰρ ἁμαρτίας ἢ πλάνης ἴχνος τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ ἐνεσημήνατο, ὁ ἐφ' ἑαυτοῦ φέρων τὸ πρόβατον· ἀλλ' οἷα εἰκὸς ἦν, Θεοῦ ἴχνη διὰ τῆς τοῦ βίου πορείας ἐντυπωθῆναι, ταῦτα ἐφαίνετο, ἅτινα ἦν διδασκαλίαι, καὶ θεραπεῖαι, καὶ νεκρῶν ζωοποιήσεις, καὶ τὰ ἄλλα θαύματα. τοῦτο τοίνυν τὸ πρόβατον ἐφ' ἑαυτοῦ λαβὼν ὁ ποιμὴν ἓν πρὸς ἐκεῖνο ἐγένετο· διὰ τοῦτο καὶ τῇ τοῦ προβάτου φωνῇ τοῖς ποιμνίοις λαλεῖ· πῶς γὰρ ἂν ἐχώρησεν ἀνθρωπίνη ἀσθένεια θείας φωνῆς προσβολήν· ἀλλ' ἀνθρωπικῶς, ὡς δ' ἄν τις εἴποι προβατικῶς, ἡμῖν διαλέγεται λέγων, Τὰ ἐμὰ πρόβατα τῆς ἐμῆς φωνῆς ἀκούει. ὁ οὖν ἀναλαβὼν ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ πρόβατον ποιμήν, καὶ δι' ἐκείνου ἡμῖν φθεγγόμενος, καὶ πρόβατόν ἐστι καὶ ποιμήν· ἐν μὲν τῷ ἀναληφθέντι πρόβατον· ἐν δὲ τῷ ἀνειληφότι ποιμήν.

XVII. Ἐπεὶ οὖν ἔδει τὸν καλὸν ποιμένα τὴν ψυχὴν [1] αὐτοῦ θεῖναι ὑπὲρ προβάτων, ἵνα διὰ τοῦ ἰδίου θανάτου καταλύσῃ τὸν θάνατον, τότε γίνεται τὸ συναμφότερον ὁ ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας ἡμῶν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, καὶ ἱερεὺς, καὶ ἀμνὸς, ἐν τῷ δυναμένῳ δέξασθαι τὴν κοινωνίαν τοῦ πάθους, ἐνεργήσας τὸν θάνατον. Ἐπειδὴ

homo erat; ejus verò veſtigia, *Pſal. 76. in fine.* juxta id, quod ſcriptum eſt, non cognoſcebantur. Qui enim ovem in ſeipſo portabat, nullum peccati, aut erroris in humanâ vitâ veſtigium impreſſit; ſed qualia par erat Dei veſtigia in vitæ curſu fieri, talia re ipsâ apparebant, ſalutares, videlicet, doctrinæ, morborum curationes, mortuorum ad vitam revocatio, cæteraque miracula. Hanc igitur ovem in ſe ipſo paſtor aſſumens, unum cum illâ evaſit, & propterea ovis voce gregem alloquitur (quomodo enim humana imbecillitas divinæ vocis impreſſionem ſuſtineret) ſed humano, & ut quiſpiam dixerit, ovium more nobiſcum differit, dicens, *Oves meæ vocem meam audiunt.* *Joan. 10. 16.* Paſtor igitur, qui in ſe ipſo ovem aſſumpſit, & ejuſdem ore nobiſcum loquitur, ovis eſt ſimul & paſtor; ovis quidem, quantùm ad illud pertinet, quod in ſe aſſumpſit; paſtor verò quatenus aſſumpſit.

XVII. Quoniam verò oportebat bonum paſtorem animam ponere pro ovibus, ut moriendo mortem aboleret, ideo ſalutis noſtræ auctor in humanâ naturâ utrumque ſimul evaſit, Sacerdos, ſcilicet, & agnus, in id, quod paſſionis capax erat, vim morti atque efficacitatem imper-

1 Corrector, ἑαυτοῦ.

impertiens. [1] Nam cùm mors aliud non ſit, quàm animæ à corpore diſſolutio; cum utroque, animâ, inquam, & corpore ſeipſum uniens Chriſtus, ab eorum neutro ſejungitur:
Rom. 11.29. *Sine pœnitentiâ enim*, ut ait Apoſtolus, *ſunt dona Dei*. Quin imò corpori, & animæ ſe ipſum impertiens, animâ quidem latroni paradiſum aperit, corpore autem vim atque efficaciam corruptionis infringit; & hoc eſt mortem perimere, corruptionis, ſcilicet, vires, per vivificantem naturam è medio ſublatas, irritas reddere. Quod enim corpore animâque operatur, in commune naturæ noſtræ beneficium gratiamque cedit, eoque pacto omnia disjuncta reſurgendo conjungit, qui ex utroque, hoc eſt, corpore & animâ conſtat, qui poteſtate ſuâ corpus quidem tradit in cor terræ,
Mat. 12.40. quemadmodum ſcriptum eſt, [3] animam verò à ſe ipſo poſuit, ut Patri quidem dicit, *In ma-*
Joan. 10.18. *nus tuas commendo Spiritum meum*; ut autem ad latronem ait, *in Paradiſo*, vera utrobique aſſerens; neque enim divinam illam manſionem, cum Paradiſus dicatur, ullo alio in loco eſſe credendum eſt, præterquàm in amplisſimâ

[1] ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ὁ θάνατος, εἰ μὴ διάλυσις ψυχῆς τε καὶ σώματος, [2] πρὸς ἀμφότερα ἑαυτὸν ἑνώσας, πρός τε τὴν ψυχήν, φημι, καὶ τὸ σῶμα, οὐθ᾽ ἑτέρου χωρίζεται, ἀμεταμέλητα γὰρ τοῦ Θεοῦ τὰ χαρίσματα, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος· ἀλλὰ καὶ τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ ἑαυτὸν ἐπιμερίσας, διὰ μὲν τῆς ψυχῆς ἀνοίγει τῷ λῃστῇ τὸν παράδεισον, διὰ δὲ τοῦ σώματος ἵστησι τῆς φθορᾶς τὴν ἐνέργειαν· καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ τοῦ θανάτου κατάλυσις, τό, ἀνενέργητον γενέσθαι τὴν φθοράν, ἐν τῇ ζωοποιῷ φύσει ἀφανισθεῖσαν· τὸ γὰρ ἐπὶ τούτων γενόμενον κοινὴ τῆς φύσεως ἡμῶν εὐεργεσία, καὶ χάρις γίνεται· καὶ οὕτω πάντα τὰ διεστῶτα συνάπτει διὰ τῆς ἀναστάσεως, ὁ ἐν ἀμφοτέροις ὤν, ὁ κατ᾽ ἐξουσίαν τὸ μὲν σῶμα διδοὺς τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, καθὼς γέγραπται, [3] τὴν δὲ ψυχὴν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τιθείς, ὡς μὲν πρὸς τὸν Πατέρα φησίν, ὅτι ἐν ταῖς χερσί σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου· ὡς δὲ πρὸς τὸν λῃστήν, ἐν τῷ παραδείσῳ· ἀληθεύων δι᾽ ἑκατέρων· οὐ γὰρ ἄλλοθί που πιστεύειν χρὴ τὴν θείαν ἐκείνην εἶναι διαγωγήν, [4] εἴπερ παράδεισος λέγεται, εἰ μὴ ἐν τῇ πολυχώρῳ τοῦ Πατρὸς

1 Similia prorſus de Chriſti paſſione, de latronis ſalute, deque Paradiſo habet idem Nyſſenus in orat. 1. in Chriſti reſurrectionem paulò poſt medium.

2 Corrector, ἢ πρὸς.

3 Similia quoque habet Nyſſenus in Orat. 1. in Chriſti reſurrectionem circa medium.

4 Fortè legendum, ἤπερ.

Πατρὸς παλάμῃ, καθώς φησι καὶ ὁ Προφήτης, πρὸς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐκ προσώπου Κυρίου τὸν λόγον ποιούμενος, ἐπὶ τῶν χειρῶν μου ἐζωγράφηκά σου τὰ τείχη,[1] ἐνώπιόν μου εἶ διαπαντός. οὕτω τοίνυν καὶ ἐν τῷ θανάτῳ γίνεται, καὶ ὑπὸ τοῦ θανάτου οὐ κυριεύεται. τὸ μὲν γὰρ σύνθετον μερίζεται· τὸ δὲ ἀσύνθετον λύσιν οὐκ ἐπιδέχεται· ἀλλὰ παραμένει μὲν τῷ μερισμῷ τοῦ συνθέτου ἡ ἀσύνθετος φύσις, καὶ τῆς ψυχῆς τοῦ σώματος ἀποχωρούσης, οὐδ' ἑτέρου χωρίζεται. τεκμήριον δὲ ἡ ἐνέργεια, καθὼς εἴρηται, ἐπὶ μὲν τοῦ σώματος τὴν ἀφθαρσίαν, ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς τὴν ἐν παραδείσῳ διαγωγὴν ἐνεργήσασα. οὐ μὴν συνδιασχίζεται τῷ χωρισμῷ τούτων, ὁ ἁπλοῦς, καὶ ἀσύνθετος, ἀλλὰ τὸ ἐναντίον, ἓν ἐργάζεται· τῷ γὰρ καθ' ἑαυτὸν ἀδιαιρέτῳ καὶ τὸ διῃρημένον εἰς ἕνωσιν ἄγει, καὶ τοῦτο ἐνδείκνυται[2] εἰπὼν, ὅτι, ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. οὐ γὰρ ὥσπερ Λάζαρος, ἤ τις ἄλλος τῶν ἀναβεβιωκότων, ἀλλοτρίᾳ δυνάμει πρὸς τὸ ζῆν ἐπανάγεται,[3] οὕτως εὐαγὲς καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἀναστάσεως οἴεσθαι. ἀλλ' ὁ μονογενὴς Θεὸς, αὐτὸς ἀνίστησι τὸν ἀνακραθέντα ἄνθρωπον αὐτῷ, καὶ χωρίσας τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν, καὶ ἑνώσας πάλιν ἀμφότερα, καὶ

pliſſimâ Patris manu, uti Propheta ait, ex Domini perſonâ cæleſtem Jeruſalem alloquens, *In manibus meis deſcripſi muros tuos, coram oculis meis ſemper es.* Eſa. 49. 16.
Sic igitur & mortem obiit, & mors ei non dominatur. Quod enim compoſitum eſt dividitur, quod autem compoſitionis expers eſt, diſſolutionem non admittit; ſed in diviſione quidem compoſiti, integra natura permanet, quæ compoſitionem non recipit, animâque à corpore ſeparatâ, ab eorum neutro ſejungitur. Hoc autem ita ſe habere indicio atque argumento eſt vis atque poteſtas illa, quæ in corpore quidē incorruptionem, in animâ verò Paradiſi incolatum operatur: veruntamen qui ſimplex eſt, & ab omni compoſitione alienus, horum ſeparatione nequaquam unà cū ipſis ſcinditur; imò è contrario unum quid ex eis efficit; nam inſitâ ſibi indiviſibilitate, quod ſecretum eſt, unit; idque verum eſſe oſtendit Paulus, cum inquit, Coloſ. 2. 12.
Deus ſuſcitavit ipſum à mortuis; 1. Theſ. 1. 10.
neque enim ſicuti Lazarus, aut alius quiſpiam eorum, qui revixerunt, alterius ope ad vitam rediit, ita fas eſt de Domini reſurrectione opinari; ſed unigenitus Deus ſuam à corpore animam propriâ poteſtate ſeparando, & rurſus cum

1 Corrector, κ) ἐνώπιον.
2 Corrector, ἑαυτῶ.
3 Corrector, οὐχ οὕτως.

ſus cum corpore eandem conjungendo, ipſe ſuſcitavit hominem ſibi commixtum; eoque pacto totius naturæ noſtræ ſalus peragitur, unde & vitæ auctor ac princeps vocatur; nam per eum, qui pro nobis mortem obiit, ac reſurrexit, mundum ſibi ipſi reconciliavit unigenitus Deus, nos omnes, qui cum eo carne ac ſanguine communicamus, veluti captivos quoſdam, proprio ſanguine, qui ejuſdem atque noſter naturæ eſt, redimens: ad id enim reſpicere videtur Apoſtolus, cùm inquit,
Epheſ. 1. 7. *Per ipſum nos accepiſſe redemptionem per ſanguinem ejus, remiſſionem peccatorum per carnem ejus*. Hæc eſt ſententia noſtra, quam, ſecus atque Apollinaris ille, ex allegatis Apoſtoli verbis expreſſimus. Perpendat autem qui hac de re judicium ferre potis eſt, utra ex hiſce opinionibus pia magis ſit, an, ſcilicet, ut nos dicimus, divina gloria per diſpenſationem in terrâ noſtrâ habitaverit; an verò quemadmodum ille putat, caro non adſcititia divinitati ad benefaciendum hominibus, ſed eidem conſubſtantialis, atque connaturalis extiterit.

καὶ οὕτως ἡ κοινὴ γίνεται σωτηρία τῆς φύσεως· ὅθεν καὶ ἀρχηγὸς ζωῆς ὀνομάζεται· ἐν γὰρ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι, καὶ ἐγερθέντι, τὸν κόσμον ἑαυτῷ κατήλλαξεν ὁ μονογενὴς Θεὸς, οἷον τινὰς δορυαλώτους, ἡμᾶς διὰ τοῦ συγγενοῦς ἡμῶν αἵματος, πάντας τοὺς κεκοινωνηκότας αὐτῷ τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ αἵματος ἐξωνησάμενος, ὡς πρὸς τοῦτο βλέπειν τὴν ἀποστολικὴν ῥῆσιν, ἥ φησιν ἔχειν ἡμᾶς τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ· τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν διὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. οὗτος ὁ ἡμέτερος λόγος, ὃν ἐκ τῶν παρατεθέντων τοῦ Ἀποστόλου [1] ῥημάτων ἐποιησάμεθα, [2] καὶ οὐχ ὡς Ἀπολινάριος ἐκεῖνος. δοκιμαζέτω δὲ ὁ κρίνειν ἐπεσκεμμένος τὸν εὐσεβέστερον, εἴτε καθὼς ἡμεῖς φαμὲν, ἡ δόξα οἰκονομικῶς κατασκηνοῖ ἐν τῇ γῇ ἡμῶν, εἴτε καθὼς ἐκεῖνός φησιν, οὐχὶ ἐπίκτητος ἐπὶ τῇ εὐεργεσίᾳ γίνεται ἡ σὰρξ τῇ θεότητι· ἀλλὰ συνουσιωμένη καὶ σύμφυτος.

XVIII. Εἰ δὲ Ζαχαρίας ὁ Προφήτης εἰς [3] τούτων ἑτέραν τοῖς αἰνίγμασι φέρεται, οὐδὲν οἶμαι δεῖν ἐξετάζειν τῷ λόγῳ, εἴτε πρὸς τὸν Κύριον, εἴτε πρὸς ἕτερόν τινα βλέπει τὸ νόημα.

XVIII. An autem in alteram ex duabus hiſce ſententiis Zacharias Propheta ſuis obſcuris locutionibus propendeat, ſupervacaneum eſſe arbitror noſtris ſermonibus inquirere, ſive ad ipſum

Domi-

1 Corrector, τῶν ῥημάτων.
2 In margine ſcribitur eâdem Correctoris manu, γρ. ἢ τοῦ Ἀπολιναρίου ἐκείνου.
3 Corrector, τοῦτον.

“ μα. λέγει γὰρ ὅτι, ῥομφαία, ἐξε-
“ γέρθητι ἐπὶ νομέα μου, καὶ ἐπὶ ἄνδρα
σύμφυλόν μου. ἡμεῖς μὲν γὰρ ἀπειλητι-
κῶς οἰόμεθα κατὰ τῶν τῇ ἀδικίᾳ πρὸς τὸ
ὁμόφυλον κεχρημένων κινεῖν τὴν ῥομ-
φαίαν τὸν λόγον· Ἀπολινάριος δέ
φησι κατὰ τοῦ Κυρίου τὴν ῥομφαίαν ἐ-
γείρεσθαι διὰ τὴν τοῦ νομέως προσηγο-
ρίαν, οὐκ εἰδὼς ὅτι πολλαχῇ τῆς γρα-
φῆς τοὺς εἰς ἀρχὴν τεταγμένους, καὶ
ποιμένας, καὶ νομέας κατονομάζει
ὁ λόγος· ὅσα δὲ πάλιν τῆς πρὸς Ἑβραίους
ἐπιστολῆς πρὸς τὸν αὐτὸν σκοπὸν ἐπι-
σύρεται, οὕτως ἔκδηλον τὴν ἐν ταῖς
κατασκευαῖς ἀτοπίαν ἔχει, ὡς παν-
τὶ συνιδεῖν [1] ῥᾴδιον, κἂν εἰ μικρόν
τις μετέχοι φρονήσεως. ἐπειδὴ γὰρ
γέγραπται, ὅτι ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν ἡ-
μερῶν ἐν Υἱῷ ἐλάλησεν ἡμῖν ὁ Θεὸς,
ὁ πολυμερῶς, καὶ πολυτρόπως ἐν
τοῖς Προφήταις λαλήσας τοῖς πατρά-
σι τὸ πρότερον, ἀπόδειξίς ἐστί φησι
τοῦ, τὸ ἀνθρώπινον τοῦ φανέντος ἡ-
μῖν Θεοῦ προαιώνιον εἶναι· φησὶ γὰρ οὕ-
τω κατὰ τὴν λέξιν, ἑρμηνεύων δῆ-
” θεν τὸν Ἀπόστολον. Ἔστι δὲ ἐν τούτοις
” καταφανὲς, ὅτι αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος,
” ὁ λαλήσας ἡμῖν τὰ τοῦ πατρὸς, Θεός
” ἐστι ποιητὴς τῶν αἰώνων, ἀπαύγασμα
” δόξης, χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐ-
” τοῦ, ἅτε δὴ τῷ ἰδίῳ πνεύματι Θεὸς
” ὢν, καὶ οὐ Θεὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ ἕτερον
” παρ᾽ αὐτὸν, αὐτὸς ὁ δι᾽ ἑαυτοῦ, τουτέστι
διὰ

Dominum, ſive ad aliũ quempiam ejus verba ſpectent; ait enim, *Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſuper virum cohærentem mihi.* Zach. 13. 7. Nos enim verba iſta in illos, qui erga contribules & populares ſuos injuſtè ſe gerunt, gladium intentare putamus, Apollinaris verò ob Paſtoris nomen frameam adverſus Dominum excitare ait, ignorans, eos qui in Principum ordine cenſentur, Paſtores in multis Scripturæ locis nuncupari. Cæterum quæ ex epiſtolâ ad Hebræos rurſus ad id probandum per vim trahit, manifeſtam adeo in argumentis inde deductis abſurditatem continent, ut eam unicuique, etſi modicum ſapiat, facilè ſit deprehendere. Quoniam enim ſcriptum eſt, In noviſſimis diebus nobis in Filio locutum fuiſſe Deum, qui multifariam, multiſq; modis olim loquutus fuerat Patribus in Prophetis; hoc inquit ille, luculenter oſtendit, Dei, qui nobis apparuit, humanitatem ante ſecula extitiſſe; ita enim diſertis verbis, Apoſtolum ſcilicet interpretans, ait, *Per hæc autem manifeſtum eſt, illum hominem, qui, quæ Patris ſunt, nobis loquitur, Deum eſſe ſeculorum conditorem, ſplendorem gloriæ, & figuram ſubſtantiæ ejus, utpote qui ſpiritu proprio Deus exiſtat,*

1 Correctior, ῥᾴδιον εἶναι.

exiſtat, & non Deum in ſe ipſo diverſum à ſe habeat, ipſeque per ſe ipſum, hoc eſt, per carnem, mundum à peccatis purget. Hæc iiſdem verbis Apollinaris, nec quicquam à nobis in ejus dictis mutatum fuit. Si igitur homo, qui loquitur, ſeculorum, ut Scriptor iſte cenſet, conditor eſt, & caro paternæ gloriæ ſplendor eſt, & ſervi forma ſubſtantiam Dei repræſentat, non ampliùs adversùs hæc ejus dicta pugnandum mihi videtur; ſed ſatiùs exiſtimo eorum deflere ſtoliditatem, qui ejuſmodi novitatibus ſeſe abduci patiuntur. Homo, qui nobiſcum humano more, noſtrâque voce loquitur, qui ore expuit, & manu lutum facit, qui digitos in ſurdorum aures infert, qui ægrotos, & mortuos tangit, qui ſomno & ſeſſione à labore requieſcit, qui lacrymatur, qui mœrore & triſtitiâ afficitur, qui fame laborat, cibumque appetit, & aquam poſcit; homo iſte quantùm ad ipſam carnem, & humanitatem pertinet, prior omnium rerum creatione eſſe intelligitur, Deuſque dicitur carnis natura, quæ compoſita, ac ſolida eſt, tactuique renititur? Obſtruantur omnium piè credentium aures, neque divina, & incorrupta dogmata ab his fœdentur, qui petulanter elati, carna-

lium

διὰ τῆς σαρκὸς, καθαρίσας κόσμον ἁμαρτιῶν. Ταῦτά φησιν ὁ Ἀπολινάριος ἐπὶ λέξεως, καὶ οὐδὲν παρ' ἡμῶν ἐν τοῖς εἰρημένοις παραπεποίηται. εἰ οὖν [1] ἄνθρωπος ὁ λαλήσας, ποιητής ἐστι τῶν αἰώνων, καθὼς τῷ λογογράφῳ δοκεῖ, καὶ ἡ σάρξ ἐστι τὸ ἀπαύγασμα, καὶ ἡ τοῦ δούλου μορφὴ χαρακτηρίζει τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπόστασιν, οὐκέτι μοι δοκεῖ καλῶς ἔχειν μάχεσθαι πρὸς τὸ εἰρημένον· θρηνεῖν δὲ μᾶλλον τῆς ἀναισθησίας, τοὺς τὴν τοιαύτην παραδεχομένους [2] καινοφωνίαν. ἄνθρωπος ὁ λαλήσας ἡμῖν ἀνθρωπικῶς διὰ τῆς ἡμετέρας φωνῆς, ὁ πτύσας τῷ [3] στόματι, καὶ τῇ χειρὶ πηλουργήσας, ὁ ἐμβαλὼν τοὺς δακτύλους ἐν ταῖς τῶν κωφῶν ἀκοαῖς, καὶ τῶν ἀῤῥωστούντων τε, καὶ τεθνεώτων ἁπτόμενος, καὶ ὕπνῳ καὶ καθέδρᾳ [4] ἀναπαύων τὸν κόπον, καὶ δακρύων, καὶ ἀδημονῶν, καὶ λυπούμενος, καὶ πείνας αἴσθησιν ἔχων, καὶ τροφὴν προσιέμενος, καὶ ὕδωρ αἰτῶν· οὗτος κατ' αὐτὸ τὸ σαρκῶδές τε καὶ ἀνθρώπινον, τῆς τῶν ὄντων προεπινοεῖται συστάσεως, καὶ Θεὸς ἡ σαρκὸς φύσις λέγεται ἡ σύνθετος, καὶ στεῤῥὰ καὶ ἀντίτυπος; ἐμφραξάσθω πᾶσα τῶν εὐσεβῶν ἀκοὴ· μηδὲ μολυνθείη τὰ θεῖα, καὶ ἀκήρατα δόγματα τοῖς σαρκωδεστέροις

πάθε-

1 Corrector, ὁ ἄνθρωπος.
2 Corrector, καινοφωνίαν.
3 Ita Corrector, antea σώματι.
4 Corrector, διαναπαύων.

πάθεσι παρὰ τῶν [1] ἐξυβριζόντων τὸ θεῖον καθυβριζόμενα. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι ὁ φανερωθεὶς ἡμῖν [2] ἐν σαρκὶ Θεός, κατὰ μὲν τὸν λόγον τῆς εὐσεβοῦς παραδόσεως ἄϋλος, καὶ ἀφανής, καὶ ἀσύνθετος, καὶ ἦν καὶ ἔστιν [3] ἀόριστος, καὶ ἀπερίγραπτος, πανταχοῦ ὤν, καὶ διὰ πάσης τῆς κτίσεως διήκων. κατὰ δὲ τὸ φαινόμενον, ἐν ἀνθρωπίνῃ περιγραφῇ ἑωρᾶτο· ἀνάγκη γὰρ πᾶσα, πᾶν σῶμα ὑπὸ ἐπιφανείας τινὸς περιέχεσθαι. αὕτη τοίνυν ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ἐν αὐτῇ [4] περιειλημμένου σώματος ὅρος ἐστί· πᾶν δὲ [5] τῷ ὅρῳ περιεχόμενον, ὡρισμένῃ τινὶ ποσότητι περιείργεται· τὸ δὲ ὡρισμένον, ἀόριστον εἶναι οὐ δύναται. ἀλλὰ μὴν ὁ Προφήτης φησίν, ὅτι τῆς μεγαλοσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας. εἰ οὖν ἡ θεία φύσις, καθώς φησιν ὁ λογογράφος, σάρξ ἐστιν· αὕτη δὲ ἀναγκαίως τῷ τῆς ἐπιφανείας περιλαμβάνεται πέρατι, πῶς ἡ τοῦ Θεοῦ μεγαλωσύνη κατὰ τὸν Προφήτην εἰς ἄπειρον πρόεισιν; ἢ πῶς διὰ τοῦ ὡρισμένου νοεῖται τὸ ἀόριστον, διὰ τοῦ πεπερασμένου τὸ ἄπειρον; μᾶλλον δέ; ὃ καὶ φθάσαντες ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἰρήκαμεν, πῶς ἐκ τοῦ θανάτου τὸ ἰσχυρόν; εἰ γάρ, καθώς φησιν, αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος, [6] ὁ λα-

lium affectionum attributis divinitatem dedecorant. Quis enim ignorat, Deum, qui in carne nobis manifeſtatus eſt, juxta piæ quidem traditionis rationem incorporeum, inviſibilem, ſimplicem, infinitum, non circumſcriptum, & fuiſſe ſemper, & eſſe, ac ubique exiſtere, & creata cũcta pervadere, juxta id verò, quod apparebat, ut cæteri homines corpore circumſcriptus conſpiciebatur: quippe neceſſarium prorſus eſt, omne corpus ſuperficie quadam contineri. Hæc itaque ſuperficies, corporis in ipſâ cõtenti terminus eſt; quidquid autem aliquâ re terminatur, definitâ quadam quãtitate concluditur. Quod autem definitum eſt, infinitum eſſe non poteſt. Atqui Propheta inquit, *Magnitudinis ejus non eſt finis.* *Pſalm.* 144. Si igitur divina natura, ut Scriptor noſter ait, caro eſt; hæc autem neceſſariò ſuperficie terminatur, quomodo Dei magnitudo, ut Propheta ait, in infinitum procedit? vel quomodo ex finitâ re, quod infinitum eſt, cognoſcitur, & immenſum ex eo, quod terminum habet, intelligitur? vel potiùs, quod & ſuperiùs jam diximus, quomodo ex morte fortitudo? Si enim, ut ait, homo ipſe, [6] qui loquutus eſt, ſeculo-

rum

1 Corrector, ἐξανθρωπιζόντων.
2 Corrector, ἐν τῇ σαρκί.
3 Corrector, ἀόριστός τε ἦν.
4 Ita Corrector, priùs erat, πεπλημμελημμένου, nullo ſenſu.
5 Corrector, τὸ ὅρῳ περιεχόμενον.
6 Pleniùs infrà cap. 20. ὁ λαλήσας ἡμῖν τὰ τοῦ Πατρός, *qui loquutus eſt nobis, quæ Patris ſunt.* Vide autem an Apollinaris reſpexerit ad locum Joan. 8. 40.

rum eſt conditor, & idem ille eſt, qui per ſemet ipſum, videlicet, per carnem, ut Apollinaris interpretatur, cuncta creavit; caro autem divino oraculo infirma & imbecillis vocatur; nihil aliud quàm potentiam, fortitudinem, virtutem, & quotquot ſublimes Deoque dignæ notiones animo concipi poſſunt, ab imbecillitate & infirmitate ortum ducere Apollinaris opinatur.

XIX. Et iſtud quidem non adeo impium eſt: [2] ſed ad ulteriora progrediens oratio, in eâ quæ poſtmodum ſequitur diſputatione, Patrem ipſum blaſphemiis appetit. Ait enim hominem eſſe Dei gloriæ ſplendorem, & in carnali Deo, quem inanibus ſuarum rationũ commentis, tanquam ſimulachrum à ſe effictum obtruſit, Dei ſubſtantiam repræſentari ait. [4] Quemadmodum igitur radius cognationem habet cum ſole, & cum lucernâ lumen, quod ex eâ reſplendet, & hominis figura ſubſtantiam refert humanam: ita planè ſi quod per incarnationem nobis apparuit, à Patris gloriâ reſplenduit, & figura ejus

Patris

λαλήσας, ποιητὴς τῶν αἰώνων ἐστὶν, αὐτὸς, ὁ δι' ἑαυτοῦ, τουτέστι, διὰ τῆς σαρκὸς, καθὼς ὁ Ἀπολινάριος ἑρμηνεύει, τὰ πάντα ποιῶν· ἀσθενὴς δὲ παρ' αὐτῆς τῆς θείας φωνῆς ἡ σὰρξ ὠνομάσθη· οὐδὲν ἕτερον, εἰ μὴ τὸ κράτος, καὶ τὴν ἰσχὺν, καὶ τὴν δύναμιν, καὶ ὅσα ὑψηλὰ, καὶ θεοπρεπῆ [1] νοήματα, ἔκγονα τῆς ἀσθενείας ὁ λογογράφος οἴεται.

XIX. Καὶ οὔπω τοσοῦτον τοῦτο δεινὸν· [2] ἀλλὰ προϊὼν ὁ λόγος διὰ τῆς κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἐξετάσεως, αὐτῆς ἅπτεται τῆς κατὰ τοῦ Πατρὸς βλασφημίας. λέγει γὰρ τὸν ἄνθρωπον εἶναι τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης ἀπαύγασμα, καὶ ἐν τῷ σαρκίνῳ Θεῷ, ὃν διὰ τῆς ματαιότητος τῶν λογισμῶν εἰδωλοποιήσας ἀνέπλασε, τὴν τοῦ Θεοῦ [3] ὑπόστασιν χαρακτηρίζεσθαι. [4] ὥσπερ τοίνυν συγγενῶς ἔχει πρὸς τὸν ἥλιον ἡ ἀκτὶς, καὶ πρὸς τὸν λύχνον [5] τὸ ἐκ τῆς λαμπάδος ἀπαυγαζόμενον φῶς, καὶ ὁ τοῦ ἀνθρώπου χαρακτὴρ ἀνθρωπίνην ὑπόστασιν δείκνυσιν, οὕτως πάντως, εἴπερ τὸ ἡμῖν φανὲν παρὰ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς ἀπηυγάσθη, καὶ ὁ χαρακτὴρ αὐτοῦ

τῆς

1 Corrector, νοήματα καὶ ὀνόματα ἔκγονα.

2 Quæ ſequuntur uſque ad pag. ſeq. lineâ 11. immutato non nihil ordine, edita ſunt inter Nyſſeni opera tomo ſecundo pag. 47. tanquam pars libri alicujus adverſus Apollinarem. Eadem quoque in nonnullis breviora leguntur apud Euthymium Zigabenum in toties laudato Panopliæ capite decimotertio pag. 526. Verſiculo, *Dicit præterea*.

3 Corrector, ὑπόστασιν εἶναι.

4 Hac eâdem ratione Patrem Filio ſecundùm divinitatem æqualem eſſe probat idem Nyſſenus in Oratione de Deitate Filii, & Spiritûs Sancti non longè ab initio.

5 Edita inter Nyſſeni opera legunt, τὸ ἀπαυγαζόμενον φῶς.

τῆς ὑποςάσεως σάρξ ἐςι, σαρκώδης ἐκ τῦ ἀκολέθυ καὶ ἡ τῦ Πατρὸς φύσις κατασκευάζεται. ὐ γὰρ ἂν εἴποι χαρακτηρίζεσθαι μὲν σώματι [1] τὸ ἀσώματον· ἐκ δὲ τῦ ἀοράτυ τὸ ὁρατὸν ἀπαυγάζεσθαι. ἀλλ' οἵα ἡ δόξα, τοιῦτον δηλονότι ἐςὶ τὸ ἀπαύγασμα, καὶ οἷος ὁ χαρακτὴρ, τοιαύτη πάντως καὶ ἡ ὑπόςασις, ὥςε εἰ τῦτο σῶμα, μηδὲ ἐκεῖνο πάντως ἀσώματον οἴεσθαι. ἀλλὰ καὶ τῦ κατὰ Νίκαιαν μέμνηται δόγματος, ἐν ᾧ τὸ ὁμοέσιον ἡ κοινὴ τῶν Πατέρων ἐξεφώνησε Σύνοδος. ὐκ ἂν δέ τις εἴποι τὶ ἑτερογενὲς, ὁμοέσιον· ἀλλ' ὧν εἷς καὶ ὁ αὐτός ἐςι τῆς ὐσίας λόγος, τέτοις ἐφαρμόζει πάντως τὸ ὁμοέσιον. εἰ ὖν σάρκινος Θεὸς ὁ υἱὸς, αὐτὸ ὅπερ ἐςὶ τῇ φύσει σὰρξ ὢν κατὰ τὸ προαιώνιον [2] ὄνομα· ὁμοέσιος δὲ τῷ Πατρὶ καὶ παρ' αὐτῦ τῦ λογογράφυ [3] ὐκ ἀμφιβάλλεται. ἐκεῖνα δὲ ἀλλήλοις ἐςὶν

Patris ſubſtantiæ caro eſt; efficitur profectò, ut ex conſequenti carnalis quoque ſit Patris natura. Neque enim dici poteſt incorporeum à corpore exprimi, & ab inviſibili id, quod oculis cernitur, reſplendere; ſed qualis eſt gloria, talis nimirum & ſplendor ejus, & qualis figura, talis utique & ſubſtantia; quare ſi corpus eſt hoc, nec illud quidem ullo pacto incorporeum cenſendum eſt. Sed & fidei apud Nicæam conſcriptæ mentionem facit, in qua communis Patrum conventus Homouſion magnâ voce confeſſus eſt. Nemo autem quod diverſi generis eſt, Homouſion & conſubſtantiale appellaverit; ſed quibus una eademque ſubſtantiæ ratio eſt, iis prorſus conſubſtantialis nomen convenit. Si igitur carnem habens Deus, eſt Filius, idque ipſum propriâ ſui naturâ exiſtit, ut pote qui caro fuerit [2] juxta nomen, quod ipſi ab æterno competit; conſubſtantialem autem eſſe Patri nec Apollinaris

1 Hîc in editis inter Nyſſeni opera lacuna eſt, ibi enim ita legitur, χαρακτηρίζεσθαι μὲν σώματι τὸ ἀορατὸν ἀπαυγάζεσθαι.

2 Ὄνομα, hic accipi videtur pro, ἰδίωμα, ut idem ſit ac divinæ naturæ proprietas, quæ nomine aliquo deſignatur. Sanè utranque vocem in uno eodemque ſenſu ſimul jungit Timotheus Apollinariſta Epiſcopus Beryti in Epiſtolâ ad Homonium itidem Epiſcopum Apollinariſtam apud Leontium Byzantinum in libro adverſùs fraudes Apollinariſtarum tomo 4. Antiq. Lect. Caniſ. pag. 119. ex Turriani latinâ verſione, græca enim videre nobis non licuit, ubi ſic inquit, *Quia igitur naturam carnis rectè confeſſus es nobis eſſe homouſion, nullo autem modo,* συνουσιῶσθαι, *id eſt, eſſe factam conſubſtantialem divinitati, ſcripſiſti, ſed ſolùm unionem nominaſti, qualis ſit hominis ſancti cum Deo, non in unam vitam & hypoſtaſim copulati, ſed à divinâ naturâ ſeparati; cum tamen beatus Epiſcopus magiſter noſter Apollinarius dicat in variis libris, carnem Domini communia habere nomina & proprietates Verbi, manere autem in unione carnem neque mutatam, nec à naturâ propriâ alienatam; & Verbum etiam nomina carnis & proprietates habere communia, manereque in incarnatione Verbum & Deum, neque mutatum, nec in naturam corporis transfuſum.*

3 Corr. λογογράφυ εἶναι ὐκ ἀμφιβάλλεται.

naris ipſe dubitat;illa autem inter ſe conſubſtantialia ſunt,quæ unâ eâdemque ſubſtantiæ definitione declarantur : Ergo humanam quandam, & carneam Patris naturam Apollinaris ponit, ut in utroque,Patre, videlicet,& Filio conſubſtantialis nomen ſervet : [1] quare ex duobus abſurdis alterum ſequetur, vel enim Patrem quidem incorporeum, Filii verò divinitatem carneam aſſerens,iis utique aſtipulabitur, qui diverſæ à Patre ſubſtantiæ Filium eſſe dicunt; vel ſi Patris ac Filii unam eandemque eſſe divinitatem atque ſubſtantiam fateatur, carneam quoque in Patre faciet divinitatis naturam. Sed ineptias haſce veluti corrigens ſuperiùs, ubi Zachariæ verba, prout ſibi viſum fuit, interpretatur, ex perſonâ Patris,ait,de Filio dictũ fuiſſe σύμφυλον, quod idem eſt ac connaturalem, atque conſubſtantialem. Rectè itaque, an non id opinatus fuerit, alterius eſt inſpectionis; quod autem adſtruere conatur, hoc eſt : *Oſtendit*, inquit, *his verbis ſermo propheticus non ſecundùm carnem, ſed ſecundùm ſpiritum, qui carni unitus fuit, conſubſtantialem eſſe Filium Deo*. Quonam igitur pacto carnalis ejus Deus ante mundi

con-

ἐστὶν ὁμοούσια, τὰ τῷ αὐτῷ λόγῳ τῆς οὐσίας ὑπογραφόμενα· ἄρα καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς φύσιν, ἀνθρωπίνην τινὰ καὶ σαρκικὴν ὁ Ἀπολινάριος ὑποτίθεται, ἵνα σώσῃ ἐπ᾽ ἀμφοτέρων τοῦ ὁμοουσίου τὸ ὄνομα· ὡς τοῖν δυοῖν θάτερον, [1] ἢ ἀσώματον τὸν Πατέρα λέγων, σαρκίνην δὲ [2] τοῦ Υἱοῦ τὴν θεότητα, τῷ ἑτερουσίῳ συνθήσεται· ἢ τὸ κοινὸν τῆς θεότητός τε, καὶ τῆς οὐσίας ὁμολογῶν ὁμοίως ἐπὶ Πατρός τε καὶ Υἱοῦ, ἀποσαρκώσει καὶ ἐπὶ Πατρὸς τὴν τῆς θεότητος φύσιν. ἀλλ᾽ ὥσπερ διορθούμενος τὴν ἀτοπίαν ταύτην, ἐν τοῖς περὶ τούτου φησὶ, τοῦ Ζαχαρίου τὴν ῥῆσιν πρὸς τὸ δοκοῦν ἑρμηνεύων, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Πατρὸς περὶ τοῦ Υἱοῦ λέγων εἴρηται τὸ σύμφυλον, ὅπερ ἐστὶ συμφυῆ τε καὶ ὁμοούσιον· εἰ μὲν οὖν ὀρθῶς, ἢ μὴ τοῦτο ὑπείληφεν, ἑτέρου λόγου. ὃ δ᾽ οὖν κατασκευάζει, τοῦτο ἐστί. Δηλοῖ, φησὶ, διὰ τούτων ὁ προφητικὸς λό- »
γος, ὅτι οὐ κατὰ τὴν σάρκα ὁμοούσιος »
τῷ Θεῷ, ἀλλὰ κατὰ τὸ πνεῦμα, τὸ »
ἡνωμένον τῇ σαρκί. Πῶς τοίνυν ἑνοῦ- »
ται σαρκὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως ὁ σαρκώδης αὐτοῦ Θεός; ὅτε [3] γὰρ οἱ αἰῶνες οὐκ ἦσαν, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν τῆς κτίσεως ἦν· ἡ δὲ σάρξ πολλοστὸν

1 Biceps hoc adversùs Apollinarem Nyſſeni argumentum uſque ad illa verba, θεότητος φύσιν, laudat Euthymius Zigabenus in ſæpe memorato capite decimotertio Panopliæ pag. 525. in fine.

2 Corrector, διὰ τοῦ Υἱοῦ.

3 Corrector addidit, γάρ.

λοςόν τε καὶ ἔχατον τῶν ἐν τῇ κτίσει γεγονότων ἐστί. ποίᾳ τοίνυν ἡνώθη σαρκὶ, μήπω τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως παρελθούσης εἰς γένεσιν; ἀλλ' ἑτέραν τινὰ οἶδε σάρκα παρὰ τὸν ἄνθρωπον. καὶ πῶς φησὶν, ὅτι αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος, ὁ λαλήσας ἡμῖν τὰ τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνός ἐστι Θεὸς ποιητὴς τῶν αἰώνων; τίς ἡμῖν ἑρμηνεύσει τῶν καινῶν τούτων αἰνιγμάτων τὴν ἀτοπίαν; ἄνθρωπος πρὸ τοῦ γενέσθαι ἄνθρωπον, καὶ σὰρξ τῆς ἰδίας δημιουργίας προγενεστέρα, καὶ προαιώνιον τὸ ἐπ' ἐσχάτων χρόνων γενόμενον, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα κατὰ τὸν λόγον συγκεχυμένως διέξεισιν.

XX. Ἀλλ' ὁ μὲν λογογράφος κατὰ τὸ δοκοῦν ἐν ταῖς τῶν λογισμῶν ἀνοδίαις διαπλανάσθω· ἡμεῖς δὲ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν, τὴν παρ' αὐτοῦ τούτου μνημονευθεῖσαν, εἰς ἔλεγχον τῶν ἀσεβῶν ὑπολήψεων παραθέντες, πρὸς τὰ ἑξῆς τοῦ λόγου δραμούμεθα. ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ, φησὶν, ὑπάρχων. οὐκ εἶπε μορφὴν ἔχων ὁμοίαν Θεοῦ, ὅπερ ἐπὶ τοῦ καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότος λέγεται· ἀλλ' ἐν αὐτῇ ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ τῇ μορφῇ· πάντα γὰρ τὰ τοῦ Πατρὸς ἐν τῷ Υἱῷ· οὐκοῦν καὶ τὸ ἀΐδιον, καὶ τὸ ἄποσον, καὶ τὸ ἄϋλον, καὶ ἀσώματον, ὡς ἂν διὰ πάντων σώζοιτο τοῦ πατρικοῦ χαρακτῆρος ἐν τῷ Υἱῷ ἡ μορφή·

conſtitutionem cárni unitur? Nam quando ſecula non erant, nec ulla etiam alia creatarum rerum extabat. Atqui caro, eorum, quæ in creatione facta ſunt, minima atque poſtrema pars eſt. Cuinam igitur carni unita fuit Divinitas, humanâ naturâ nondum è nihilo eductâ? Sed aliam quandam carnem præter hominem novit Apollinaris. Et quomodo illum ipſum hominem, qui nobis quæ Patris ſunt loquutus eſt, Deum eſſe ſeculorum conditorem dicit? Quis nobis novorum iſtorum ænigmatum ineptias explicabit? Homo antequam homo fieret, & caro ſui creationem antiquitate præcedens, & anterius ſeculis, quod in ultimis temporibus factum eſt, & quotquot alia his conſentanea in ſuo tractatu confusè ediſſerit.

XX. Sed Scriptor noſter, prout ſibi viſum fuerit, per ſuarum ratiocinationum ſalebras pro libitu aberret: nos autem poſtquam apoſtolicam doctrinam, cujus & ipſe meminit, ad impias ejus opiniones confutandas in medium adduxerimus, ad alias ejus tractatûs partes properabimus. *Qui cùm in formâ Dei*, inquit, *eſſet*. Non ait, cùm formam Deo ſimilem haberet, quod de eo, qui ad ſimilitudinem Dei factus eſt, dicitur; ſed cùm in ipſâ Dei formâ eſſet, nam omnia, quæ Patris ſunt, in Filio reperiũtur; itaque & ęternitas, & quantitatis, materię, corporiſq; expertem Phil. 2. 7.

eſſe

eſſe,ut per omnia paternę figurę forma in Filio ſervetur. *Et cum eſſet*, inquit, *æqualis Deo*. Ecquam differentiam vel diſcrepantiam inter Patrem, Filiumq; nos intelligere ſinit æqualitas? Qua ratione etiam rebus ſecundùm naturam inter ſe diſcrepātibus æqualitas convenire poterit? Si enim alter quidem naturâ carneus eſt, alter verò carnis expers, quomodo id, quod tale eſt, ei, quod tale non eſt, æquale quiſquam faciet? *Exinanivit*, inquit, *ſemetipſum formam ſervi accipiens*. Quænam eſt ſervi forma? Corpus utique; neq; enim aliud quicquam pręter hoc eam eſſe à Patribus accepimus. Ergo qui Filium ſervi formam accepiſſe dicit; quæ quidem forma ſit ipſa caro, ille profectò etiam aſſerit eum, cū aliud quid eſſet divinâ formâ, ſervilem formam, quæ itidem naturâ aliud quidpiam Dei formâ ſit, aſſumpſiſſe. Sed & verbum *Exinanivit*, clarè oſtendit, ipſum non id ſemper fuiſſe, quod nobis apparuit; ſed eſſe quidem in divinitatis plenitudine ęqualem Deo, & omni prorſus creaturæ inacceſſum, multoque minus brevi & anguſto humanæ naturæ ambitu comprehenſum; tunc autem à fluxâ fragilique carnis naturâ circumſcriptum fuiſſe, quum, ut Apoſtolus ait, ineffabilem divinitatis ſuæ gloriam exinanivit, & ad noſtræ naturæ modulum imminuit, ita ut quod quidem per ſe [illegible] erat,

μορφῇ· καὶ ὢν ἴσα Θεῷ, ποίαν ἡ ἰσότης διαφορᾶς τινὸς, ἢ παραλλαγῆς ἔννοιαν ὑπολείπεται; πῶς δ' ἂν ἐφαρμοσθείη τοῖς κατὰ τὴν φύσιν παρηλλαγμένοις τὸ ἴσον; εἰ γὰρ ὁ μὲν σαρκώδης τὴν φύσιν, ὁ δὲ καθαρεύων ἀπὸ σαρκὸς· πῶς ἄν τις εἰς ἴσον ἄγοι τὸ τοιοῦτον τῷ μὴ τοιούτῳ; ἐκένωσεν ἑαυτόν, φησι, μορφὴν δούλου λαβών. τίς ἡ δουλικὴ μορφή; πάντως τὸ σῶμα· οὐ γὰρ ἕτερόν τι παρὰ τοῦτο παρὰ τῶν Πατέρων ἠκούσαμεν. οὐκοῦν ὁ εἰπὼν, ὅτι μορφὴν ἔλαβε δούλου· σὰρξ δέ ἐστιν ἡ μορφὴ ἄλλό τι ὄντα αὐτὸν κατὰ τὴν θείαν μορφὴν, ἄλλο τι οὖσαν τῇ φύσει τὴν δουλικὴν μορφὴν εἰληφέναι λέγει. ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ ἐκένωσεν λέξις σαφῶς παρίστησι, τὸ μὴ ἀεὶ τοῦτο εἶναι, ὅπερ ἡμῖν ὤφθη· ἀλλ' εἶναι μὲν ἐν τῷ πληρώματι τῆς θεότητος ἴσα Θεῷ, ἀπρόσιτον, καὶ ἀπροσπέλαστον, καὶ μάλιστά γε τῇ βραχύτητι τῆς ἀνθρωπίνης οὐδενείας [1] ἀχώρητον. χωρητὸν δὲ τῇ ἐπικήρῳ τῆς σαρκὸς φύσει τότε γενόμενον, ὅτε ἐκένωσε, καθώς φησιν ὁ Απόστολος, τὴν ἄφραστον αὐτοῦ τῆς θεότητος δόξαν, καὶ τῇ βραχύτητι ἡμῶν συγκατεσμίκρυνεν, ὥστε ὁ [illegible] μὲν

1 Corrector, ἀχώρητον [illegible]

μὲν ἦν, μέγα καὶ τέλειον, καὶ ἀπερίληπτον ἦν· ὃ δὲ ἔλαβεν, ἰσομέγεθες ἦν τῷ ἡμετέρῳ μέτρῳ τῆς φύσεως. ἐν ὁμοιώματι γάρ, φησιν, ἀνθρώπου γενόμενος καὶ σχήματι, ὡς οὐκ ἔχων δηλονότι ἐξ ἀρχῆς [1] περὶ αὐτὸν τῆς τοιαύτης φύσεως τὸ ὁμοίωμα, οὐδὲ πρός τινα σωματώδη τύπον σχηματιζόμενος· πῶς γὰρ ἂν περιτυπωθείη τῷ ἀσωμάτῳ σχήματος τύπος; ἀλλὰ τότε ἐν σχήματι γίνεται, ὅτε σχηματιζόμενος ἑαυτῷ περιτίθησι. τοῦτο δέ ἐστιν ἡ τοῦ σώματος φύσις.

XXI. Εὑρεθεὶς τοίνυν ὡς ἄνθρωπος, καὶ γὰρ καὶ ἄνθρωπος, εἰ καὶ μὴ δι' ὅλου ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος, διὰ τὸ κατὰ τὴν παρθενίαν μυστήριον, ὡς ἂν φανερὸν διὰ τοῦτο γένοιτο, ὅτι οὐ διὰ πάντων τοῖς νόμοις τῆς ἀνθρωπίνης ἐδούλευσε φύσεως· ἀλλὰ θεϊκῶς ἑαυτὸν εἰσοικίσας τῷ βίῳ, [2] καὶ μὴ δεηθεὶς τῆς ἐκ τοῦ γάμου ἐνεργείας πρὸς τὴν κατασκευὴν τοῦ ἰδίου πλάσματος, εὑρίσκεται οὐ διὰ πάντων κοινὸς ἄνθρωπος, διὰ τὸ παρηλλαγμένον αὐτοῦ τῆς συστάσεως, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος. καὶ οὕτως ἐταπείνωσεν ἑαυτόν, ἀτρέπτως γενόμενος ἄνθρωπος· εἰ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς τοῦτο ἦν, ἐν τίνι γέγονεν ἡ ταπείνωσις; νῦν δὲ ὁ ὕψιστος διὰ τῆς πρὸς τὸ ταπεινὸν τῆς φύσεως ἡμῶν

ἑνώ-

erat, magnum eſſet atque perfectum, & inconprehenſibile; quod autem aſſumpſit, naturæ noſtræ modulum non excederet; ait enim, *In ſimilitudinem, & habitum hominis factus*, utpote qui ab initio non habuerit in ſe ipſo hujuſcemodi naturæ ſimilitudinem, neque ad ullam corporalem formam configuratus ſit. Quomodo enim rei incorporeæ alicujus figuræ forma impreſſa fuiſſet? ſed tunc in corporis ſpeciem factus eſt, quum eâ ſe ipſum induit: hæc autem eſt ipſa corporis humani natura.

XXI. Inventus itaque ut homo; nam & homo erat, quamvis non per omnia homo, ſed ut homo; ob maternæ virginitatis myſterium; ut nempe hinc manifeſtum eſſet, ipſum non omnibus humanæ naturæ legibus inſerviiſſe; ſed eâ, quæ Deum deceret, ratione vitam ingreſſum, & ad proprii corporis conſtitutionem nuptiarum opere non indigentem, reperiri non ut omnino vulgarem hominem, eò quòd diverſo à cæteris hominibus opificio conditus eſſet, ſed ut hominem; eoque pacto humiliavit ſemetipſum, ſine ullâ ſui mutatione factus homo. Si enim ab initio id extitiſſet, quanam in re humiliatus eſſet? Nunc autem Altiſſimus per unionem cum naturæ noſtræ humilitate ini-

tam,

1 Corrector, περὶ ἑαυτόν.

2 Ita Corrector, antea enim erat, καὶ μὴ συνεργίας πρὸς τὴν κατασκευὴν. manifeſto veteris librarii errore.

tam, ſe ipſum humiliavit. Nam formæ ſervi, quam aſſumpſit, unitus, & unum quid cum ipsâ factus, ſervi paſſiones ſibi proprias reddidit; & quemadmodum ob membrorum inter ſe connexionem nobis evenire ſolet, ut ſi quid mali in ſummitate unguium acciderit, totum unà cum læſa parte pariter afficiatur, dolore per univerſũ corpus pervagante; ita naturæ noſtræ unitus, paſſiones noſtras proprias ſibi fecit, & quemadmodum ait Eſaias, *Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portavit*; plagas pro nobis ſuſtinens, ut ejus livore nos ſanaremur; non quòd divinitas vibices ex vulneribus contraxerit; ſed hęc paſſus eſt homo, qui per unitionem ipſi divinitati coniũctus eſt, quique ſui naturâ vibicibus accipiendis patet: hoc autem fit, ut per eaſdem rurſus vias antiqua peccati ſemita evertatur. Quoniam enim per hominis inobedientiam mors ingreſſa eſt in mundum, propterea per ſecundi hominis obedientiam eliminatur; & eâ de causâ obediens fit uſque ad mortem, ut per obedientiam quidem inobedientiæ peccato mederetur, per reſurrectionem verò à mortuis mortem deſtrueret, quæ unà cum inobedientiâ mundum ingreſſa eſt. Deſtructio enim mortis eſt hominis

Eſa. 53. 4. apud Matt. 8. 16.

ἑνώσεως ἑαυτὸν ἐταπείνωσεν. ἑνωθεὶς γὰρ τῇ μορφῇ τοῦ δούλου, ἣν ἔλαβε, καὶ ἓν πρὸς αὐτὴν γενόμενος, οἰκειοῦται τὰ τοῦ δούλου πάθη, καὶ καθάπερ καὶ ἐν ἡμῖν γίνεται διὰ τῆς πρὸς τὰ μέλη συμφυΐας, ἐάν τι τῷ ἄκρῳ συμπέσῃ τοῦ ὄνυχος, τὸ πᾶν τῷ πεπονθότι συνδιατίθεται, ἐφ' ὅλον τὸ σῶμα διηκούσης τῆς συναισθήσεως, οὕτως ὁ ἑνωθεὶς ἡμῶν τῇ φύσει, οἰκειοῦται τὰ ἡμέτερα πάθη, καθώς φησιν Ησαΐας, ὅτι αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀνέλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστησε, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ὑποστὰς πληγὴν, ἵνα τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰαθῶμεν· οὐχ ὅτι ἡ θεότης ἐμωλωπίσθη, ἀλλ' ὁ προσφυεὶς διὰ τῆς [1] ἑνώσεως τῇ θεότητι ἄνθρωπος, οὗ ἡ φύσις δεκτικὴ μώλοπος γενέσθαι δύναται. [2] ταῦτα δὲ γίνεται, ὅπως ἂν διὰ τῶν αὐτῶν πάλιν ὁδῶν ἡ τῆς κακίας ὁδὸς ἀναλυθείη. ἐπειδὴ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς [3] τοῦ ἀνθρώπου, ὁ θάνατος [4] (εἰσῆλθε, τούτου χάριν διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ δευτέρου ἀνθρώπου) ἐξοικίζεται. διὰ τοῦτο ὑπήκοος μέχρι θανάτου γίνεται, ἵνα διὰ μὲν τῆς ὑπακοῆς [5] (τὸ ἐκ τῆς παρακοῆς) θεραπεύσῃ πλημμέλημα· διὰ δὲ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τὸν συνεισελθόντα τῇ παρα-

1 Corrector, ἀνακράσεως.
2 Corr. addidit δὲ; & mox ἵνα διά.
3 Corrector, τοῦ ἀπ' ἀνθρώπου. Fortè legendum, τοῦ πρώτου ἀνθρώπου.
4. 5. Quę ſemicirculis includuntur, à Correctore ſunt addita.

παρακοῇ θάνατον ἐξαφανίσῃ· ἀφανισμὸς γάρ ἐστι θανάτου [1] ἡ ἐκ θανάτου τοῦ ἀνθρώπου ἀνάστασις· διό, φησιν, καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε. τοῦτο καθάπερ σφραγίς τις τῆς προλαβούσης διανοίας ἐστί. δῆλον γὰρ, ὅτι τὸ ὕψιστον τοῦ ὑψωθῆναι οὐκ ἐπιδέεται, ἀλλὰ τὸ ταπεινὸν εἰς ὕψος αἴρεται, νῦν [2] γενόμενον, ὃ μὴ πρότερον ἦν. ἑνωθεῖσα γὰρ τῷ Κυρίῳ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις συνεπαίρεται τῇ θεότητι, καὶ τὸ ὑψούμενον ἐκεῖνό ἐστι τὸ ἐκ τοῦ ταπεινοῦ ἐπαιρόμενον· ταπεινὸν δὲ ἡ τοῦ δούλου μορφὴ, διὰ τῆς ὑψώσεως γινομένη Χριστός τε καὶ Κύριος. καὶ ἐπειδὴ ὁ κατὰ Χριστὸν ἄνθρωπος κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἀκολουθίαν ὀνόματι κατὰ τὸ ἰδιάζον προσηγορεύθη, διὰ τῆς γενομένης τῇ παρθένῳ παρὰ τοῦ Γαβριὴλ μυσταγωγίας, καὶ τὸ ἀνθρώπινον, καθὼς εἴρηται, Ἰησοῦς ὠνομάσθη· ἡ δὲ θεία φύσις ἀπερίληπτος ἐστιν ὀνόματι: ἓν δὲ τὰ δύο διὰ τῆς ἀνακράσεως γέγονε· τούτου χάριν καὶ ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ ἀνθρωπίνου κατονομάζεται. ἐν γὰρ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψει, καὶ ὁ ἄνθρωπος ὑπὲρ [3] πᾶν ὄνομα γίνεται, ὅπερ ἴδιόν ἐστι τῆς θεότητος, τῆς δηλωθῆναι μὴ δυναμένης ὑπό τινος

minis à morte reſurrectio; *Propter quod*, inquit, *& Deus exaltavit illum*. Hoc velut quædam præcedentis ſententię confirmatio eſt. Nemini enim latet Altiſſimum exaltatione non indigere; at verò, quod humile eſt, ſi fiat, quod antea non fuerat, ſublimitatem acquirere. Natura enim hominis Deo conjuncta ad divinitatis celſitudinem evehitur; illud autem exaltatur, quod ex humili ſublime fit; humile autem quid eſt forma ſervi, quæ per exaltationem Chriſtus, Dominuſque evadit: & quoniam Chriſtus, quatenus homo erat, proprio, ut humanæ naturæ cõveniebat, nomine debuit appellari; ideo humanitas Verbi in divini myſterii annuntiatione à Gabriele ad Virginem factâ, Jeſus, uti diximus, vocata fuit; cumq; divina natura nullo explicari nomine poſſit, & alioquin duo per commixtionem vnum quid fiant; hinc eſt quòd & Deus in Chriſto ex eo quod humanum eſt, denominetur. *In nomine*, enim, *Jeſu omne genu flectetur*, & homo *eſt ſuper omne nomen*, quod divinitatis proprium eſt, quæ nulli denominationi ſubjecta eſſe poteſt, ut quemadmodum Phil. 2. 10.

1 Hæc verba ſuper illis aliis, τοῦ ἀνθρώπου, de more ſcripſit Corrector; incertum tamen an iis ſubſtituenda, an potiùs unà cum eiſdem in contextum referenda eſſe cenſuerit; ſed utrovis modo legatur, integer eſt auctoris ſenſus.

2 Corrector, γενόμενον.

3 Verbum πᾶν addidit Corrector, illudque habet etiam Apoſtolus.

dum quod ſublime eſt in humili ſubſiſtit, ita viciſſim, quod humile eſt, ſublimis proprietates ſuſcipiat. Nam ſicuti per hominem divinitas nomen obtinet, ita ſupra nomen fit, quod ex humili ſtatu unà cum divinitate exaltatur; & quemadmodum ſervilis formæ vilitas ad Deum cum ſervo commixtum refertur, ita & adoratio, quæ à cunctis creatis rebus Deo exhibetur, ad eum, qui cum divinitate unitus eſt, dirigitur; & hoc pacto in nomine Jeſu omne genu flectitur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confitebitur, quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloriâ eſt Dei Patris. Amen.

XXII. Sed veluti de ſemetipſo erubeſcens, & præ ſuorum dictorum ineptiis pudore affectus Apollinaris, ſubvertere quodammodo, quæ variis argumentis adſtruxerat, neque in Filio aliam hominum ſimilitudinem quàm adventitiam admittere velle videtur: ait enim, *Ecce ejuſdem Jeſu Chriſti cum Patre equalitas praexiſtens, & cum hominibus ſimilitudo ſuperveniens.* Eorum, quæ antea dixit, pœnitere videtur, & utinam

νὸς ὀνομαστικῆς σημασίας, ἵν᾽ ὥσπερ ἐν τῷ ταπεινῷ τὸ ὑψηλὸν γίνεται, οὕτως ἀντιλάβῃ τὸ ταπεινὸν τὰ ὑψηλὰ ἰδιώματα. ὡς γὰρ διὰ τοῦ ἀνθρώπου ὀνομάζεται ἡ θεότης, οὕτως ὑπὲρ ὄνομα γίνεται τὸ ἐκ τοῦ ταπεινοῦ συνεπαρθὲν τῇ θεότητι· καὶ ὥσπερ ἡ ἀτιμία τῆς δουλικῆς μορφῆς εἰς τὸν Θεὸν τὸν ἀνακραθέντα τῷ δούλῳ τὴν ἀναφορὰν ἔχει· οὕτως καὶ ἡ προσκύνησις τῆς θεότητος, ἡ παρὰ πάσης κτίσεως προσαγομένη, τῷ ἑνωθέντι πρὸς τὴν θεότητα γίνεται, καὶ οὕτως ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμπτει ἐπουρανίων [1] καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρὸς. ἀμήν.

XXII. Ἀλλ᾽ ἔοικεν, οἷον ἐπερυθριῶν αὐτὸς ἑαυτῷ, καὶ τῇ ἀτοπίᾳ τῶν εἰρημένων ἐπαισχυνόμενος, ἀνατίθεσθαι τρόπον τινὰ τὰ κατεσκευασμένα, [2] καὶ ἐπιγεννητικὴν τοῦ Υἱοῦ τὴν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ὁμοιότητα βούλεσθαι [3] κατασκευάζειν. φησὶ γὰρ, Ἰδοὺ τοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ πρὸς Πατέρα [4] ἰσότης προϋπάρχουσα, ἡ πρὸς ἀνθρώπους ὁμοιότης ἐπιγινομένη. μεταγινώσκειν ἔοικε ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις

hoc

1 Particula hæc cum ſequenti additæ ſunt à Correctore, & extant in ſacro textu.

2 Secuti hic ſumus Correctoris emendationem, quam veluti ex ejus ingenio profectam, in margine adnotavit hoc pacto, γρ. καὶ ἐπιγεννητικῶν; nam in operis contextu erat, καὶ δογματικῶν, nullo, ut patet, vel ad minus parum obvio ſenſu.

3 Corrector, κατασκευάσαι.

4 In contextu ſcribitur, ἰσότης ὑπάρχουσα, ἡ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιγινομένη· Sed ſatiùs viſum eſt Correctoris emendationem ſequi, utpote quæ paulò poſt in ipſo etiam contextu retineatur.

νοις, καὶ ποιείτω γε τοῦτο· μόνον ἀπὸ καρδίας τῆς ἀτόπου δόξης μεταβαλλόμενος, καὶ ἡμεῖς τῶν ἐλέγχων παυσόμεθα· ἀλλὰ δοκεῖ δι' ὧν ποιεῖ, ἄλλης ἀτοπίας διὰ τῆς ἐν τούτοις ἀγνωμοσύνης τὰς ἀφορμὰς καταβάλλεσθαι. φησὶ δὲ οὕτως κατὰ τὴν
„ λέξιν, Καὶ τί τούτων σαφέστερον, εἰς
„ τὸ μὴ ἕτερον μεθ' ἑτέρου εἶναι, Θεὸν
„ τέλειον μετὰ τελείου ἀνθρώπου· ὅτι [1] μὲν οὖν οὐδὲ μίαν κοινωνίαν ὁ λόγος οὗτος ἔχει πρὸς τὰ προάγοντα, φανερὸν ἂν εἴη πᾶσι τοῖς ἐπισταμένοις ἕπεσθαι λόγῳ. πῶς γὰρ ἀποδείκνυσιν ἡ πρὸς Πατέρα ἰσότης προϋπάρχουσα, καὶ ἡ πρὸς ἀνθρώπους ὁμοιότης ἐπιγινομένη, καθὼς αὐτός φησι, τὸ, μὴ εἶναι ἄνθρωπον τέλειον, δι' οὗ ὁ τέλειος Θεὸς ἐνηνθρώπησεν; ὅμοιον γὰρ ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀφεστάναι τὸν οὐρανὸν τῆς γῆς λέγων, ἔπειτα διὰ τούτων εἴποι φανερὸν γίνεσθαι τὸ, βαρύτερον εἶναι τοῦ κασσιτήρου ἐν ἴσῳ [2] σηκῷ τὸν μόλυβδον, καὶ βάρος νομίσει τὴν οὐρανίαν ἀπόστασιν· οὕτως οὐδὲ τὸ ἐλλιπὲς τῆς ἀνθρωπότητος, δι' ἧς ἐν τῇ φύσει ἡμῶν ὁ Θεὸς γίνεται, εἴποι τις ἂν ἀποδείκνυσθαι ἐκ τοῦ ἐπιγεννηματικὴν ὁμολογεῖσθαι τὴν πρὸς ἀνθρώπους τοῦ Υἱοῦ ὁμοιότητα. ἀλλὰ τὴν μὲν ἀσέβειάν τε καὶ τὴν ἄνοιαν τῆς τοιαύτης ὑπολήψεως ἐπιδεῖξαι, μικρὸν ὑπερθή-

hoc fieret, modò abſurdam opinionem ex animo dimitteret, & nos ab ejus confutatione deſiſteremus. Sed ex his, quæ facit, apparet per bonam, quam in his præſefert mentem, ſibi ad alteram abſurditatem gradus moliri: ita enim ad verbum ait, *Et quid his manifeſtiùs ad oſtendendum, non alterum cum altero unitum eſſe, hoc eſt, perfectum Deum cum perfecto homine?* Sanè ſermonem hunc nullam cũ præcedentibus connexionẽ habere, clarũ utiq; erit iis, omnibus, qui ſcriptorũ mentem aſſequi ſciũt. Quomodo enim præexiſtens æqualitas cum Patre, & ſimilitudo cum hominibus ſuperveniẽs, quemadmodum loqui amat, illum minimè perfectum eſſe hominem oſtendit, per quem perfectus Deus homo factus eſt? Perinde enim eſt ac ſi quis diſtare cęlum à terrâ dicens, deinde ex eo manifeſtum fieri aſſerat, gravius ſtanno in æquali mole plumbum eſſe, & gravitatem idem eſſe, ac cæli à terrâ diſtantiam exiſtimet: ſic imperfectam eſſe humanitatem, per quã naturæ noſtræ particeps efficitur Deus, nemo unquam dixerit ex eo demonſtrari, quòd Filii cum hominibus ſimilitudinem de novo ei adveniſſe concedatur. Sed impietate, atque ſtultitiâ hujuſcemodi opinionis demonſtrandâ pauliſper ſuperſedebo: nunc

1 Corrector, addidit particula ἂν.   2 Corrector, ὄγκῳ.

nunc autem, quæ deinceps ab eo ſcripta ſunt, ad verbum perſequens, ejus tractatum refutare conabor, ubi tamen in promptu eſt, quod redarguam. Ait enim, *Non eſſe Deum perfectum cum homine perfecto*. Hactenus utrum ex duobus iſtis imperfectum vocaverit, incertum reliquit, & præ ſignificati ambiguitate ad utrunq; ex ęquo mẽs reſpicit, nec ex his, quæ audivimus, diſcere licet, utrum eorum imperfectum eſſe cenſeat, Deum ne, an hominem, an verò de utroq; pariter ęqualiterque id dici opinetur. *Ipſum eſſe*, ait, *ſpiritu quidem Deum, Dei gloriam poſſidentem; hominem verò corpore, ignobilem hominum formam geſtantem.* Dixit Deum, dixit hominem, omnibus autem notum eſt, non eandem eſſe nominum iſtorum ſignificationem; ſed aliis quidem verbis divinitatem, aliis verò humanitatem explicari. Deus etenim eſt bonorum omnium cauſa ſemper una & eadem, & ſui ſimilis, quę nunquam non fuit, & nunquam non erit. At homo alia quidem

θήσομαι. νυνὶ δὲ καθεξῆς τοῖς γεγραμμένοις κατὰ λέξιν διευθῦναι τὸν λόγον πειράσομαι, ὅσα περ ἂν ὑπαίτια κατὰ τὸ πρόχειρον ᾖ. φησὶ γὰρ μὴ εἶναι Θεὸν τέλειον μετὰ ἀνθρώπου τελείου. τέως ἐνταῦθα [1] πότερον ἀτελῆ τῶν εἰρημένων ὠνόμασεν, ἀφῆκεν ἀμφίβολον, καὶ πρὸς ἀδήλῳ τοῦ σημαινομένου πρὸς ἑκάτερον ἐπίσης ἡ διάνοια βλέπει, καὶ οὐκ ἔστιν ἐξ ὧν ἠκούσαμεν περὶ τινὰ [2] νομίζειν τὸ ἀτελὲς διδαχθῆναι, περὶ τὸν Θεὸν, ἢ τὸν ἄνθρωπον, ἢ καὶ περὶ ἀμφοτέρων τὸ ἴσον οἴεται. αὐτὸν εἶναι, [3] φησι, Θεὸν μὲν πνεύματι, τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν ἔχοντα· ἄνθρωπον δὲ σώματι τὴν τῶν ἀνθρώπων ἄδοξον φορέσαντα μορφήν. εἶπε Θεὸν, εἶπε καὶ ἄνθρωπον· φανερὸν δὲ πᾶσι, [4] ὅτι οὐ ταυτὸν τῶν ὀνομάτων τούτων τὸ σημαινόμενον· ἀλλ' ἴδιος μὲν ὁ τῆς θεότητος, ἕτερος δὲ ὁ τῆς ἀνθρωπότητος ἑρμηνευτικός ἐστι λόγος. Θεὸς μὲν γάρ ἐστι τὸ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχον πάντων ἀγαθῶν αἴτιον, οὔτε [5] ποτὲ μὴ ὄν, οὔτε ποτὲ μὴ ἐσόμενον· ἄνθρωπος [6] δὲ τὰ μὲν ἄλλα συγγενῶς πρὸς τὴν τῶν ἀλόγων φύσιν διάκειται, καὶ διὰ σαρκὸς, καὶ αἰσθήσεως παραπλησίως αὐτοῖς διοικούμενος· τῇ δὲ

τοῦ

cum animalibus ratione carentibus communia habet, & non ſecus ac illa, carne ſenſibuſque regitur, ſolâ verò mentis acceſſione à brutis animantibus ſecretus, in hoc poſitam naturæ ſuæ pro-

prieta-

1 Corrector, ἑκάτερον.
2 Lego, νομίζει.
3 Ita Corrector, priùs enim erat, φασί.
4 Corrector addidit particulam ὅτι.
5 Adverbium, ποτὲ, Corrector addidit utroque in loco.
6 Ita Corrector, priùs erat, μὲν.

τοῦ νοῦ προθήκῃ τῶν ἀλόγων κεχωρισμένον, ἐν τούτῳ τὸ ἰδιάζον ἔχει τῆς φύσεως. οὐ γὰρ ἄν τις ἄνθρωπον ὁριζόμενος, ἀπὸ σαρκῶν τε καὶ ὀστέων καὶ αἰσθητηρίων ὁρίσαιτο, οὐδὲ [1] τὴν βρωτικήν τε, καὶ ἀλλοιωτικὴν δύναμιν εἰπών τις, τὸ ἴδιον τῆς ἀνθρωπίνης ἐνεδείξατο φύσεως· ἀλλὰ τὸ [2] διανοητικὸν, καὶ λογικὸν, τὸν ἄνθρωπον ἔδειξεν. ἴσον οὖν ἐστὶν ἢ διὰ τοῦ ὀνόματος ἑρμηνεῦσαι τὴν φύσιν, ἢ διὰ τοῦ ἰδίως παρεπομένου τῇ φύσει. ὅ, τε γὰρ ἄνθρωπον εἰπὼν, τὸ λογικὸν ἐνεδείξατο· ὅ, τε λογικὸν ὀνομάσας, τὸν ἄνθρωπον διὰ τῆς φωνῆς ταύτης [3] ἀπέδειξεν. οὐκοῦν καὶ ὁ Ἀπολινάριος Θεὸν καὶ ἄνθρωπον ὀνομάσας, [4] εἴπερ τὰς ἐμφαινομένας τῇ θεότητι σημασίας τῇ φωνῇ ταύτῃ συμπεριέλαβεν, οὐδ᾽ ἂν τοῦ ἀνθρώπου τὸ σημαινόμενον διὰ τῆς ἑρμηνείας λωβήσαιτο· ἀλλ᾽ εἴπερ ἄνθρωπος λέγεται, ἔστι πάντως ἡ κλῆσις ἀληθὴς καὶ οὐ ψευδώνυμος· τὸ δὲ ἀληθὲς τοῦ ὀνόματος ἐν τῷ λογικὸν εἶναι ζῶον, τὸ οὕτω κατονομαζόμενον, ἐπιδείκνυται· ὁ δὲ λόγος ἐκ διανοίας πάντως, ὥστε εἰ ἄνθρωπος, καὶ διανοητικὸς ἐξ ἀνάγκης· εἰ δὲ οὐ διανοητικὸς, οὐδὲ ἄνθρωπος.

XXIII. Ἀλλ᾽

prietatẽ habet. Nemo enim hominẽ definiturus, carne, oſſibus, atque ſenſoriis definiet; nec aliquis comedendi, cibumque alterandi facultatẽ recenſens, humanæ unquam naturæ proprietates deſignavit; ſed cogitandi atque diſſerendi facultas hominem denotat. Idem itaque eſt alicujus naturam vel ſolo nomine, vel ex eo quod peculiariter illi naturæ convenit, explicare; nam qui hominem dicit, quod rationis capax eſt, exprimit, & qui rationale vocat, hominem hac voce ſignificat. Apollinaris itaque Deum & hominem nominans, ſi earum rerum ſignificationes, quæ in divinitate conſpiciuntur, hac voce complectitur, profectò nec id quod hominis vocabulo ſignificatur, ſuis interpretationibus adimere poterit. Sed ſi homo dicitur, vero prorſus, & non ementito nomine ſic appellatur; veram autem hujus nominis ſignificationem eſſe ex eo demonſtratur, quòd rationale animal illud ſit, quod ita appellatur; ratio autem ex mente prorſus oritur, ita ut ſi homo eſt, neceſſariò mente præditus eſſe dicatur; ſi verò mente careat, neque homo eſſe poteſt.

XXIII. Sed

1 Secuti ſumus hìc antiqui Correctoris lectionem; nam in Vaticani codicis textu ſcribitur, οὐδὲ τὴν βρωτικὴν δύναμιν, nullo, ut mihi videtur, ſenſu, nam ex morte nulla oriri poteſt in homine δύναμις.

2 Corrector, διανοητικόν τε, καὶ.

3 Corrector, ἐπέδειξεν.

4 Corrector, εἴπερ πάσας τάς.

XXIII. *Sed homo*, inquit, *erat, corpore vilem hominum formam geſtans*. Hæc de ſuo, non ex ſacræ Scripturæ doctrinâ nobis obtrudit. Verùm ut hæc quoque Apollinaris effata in contrarium atque ipſe intendit, convertamus, ita ſermonem inſtituemus. *Ignobilem*, inquit, *geſſit hominum formam*. Quænam hominum gloria ſit primùm videamus, eoque pacto quænam eorundem ignobilitas ſit conſequenter intelligemus. Vera itaque hominis gloria vita eſt, ad virtutis normam inſtituta; effœminatorum enim erit ex quadam coloris venuſtate, vel carnis flore, aut è converſo ex corporis deformitate hominum gloriam, vel ignobilitatem metiri. Si itaque gloriam hominis fatemur eſſe virtutem, eorum ignobilitas prorſus erit vitium. Veruntamen Apollinaris ait, ignobilem hominum formam Deum ſuſcepiſſe. Si igitur in vitio ignobilitas, vitium autem eligentis voluntatis turpitudo eſt; eligit autem cogitatio, eaque mentis quidam motus eſt; qui igitur humanam circa Deum ignobilitatẽ agnoſcit, hominem, per quem in humanâ vitâ converſatus eſt, mente non ſpoliat. Et hoc ſanè cum divinarum Scripturarum eloquiis con-

XXIII. Ἀλλ᾽ ἄνθρωπος ἦν, τῷ ,,
σώματί, φησι, [1] τὴν τῶν ἀνθρώπων ,,
ἄδοξον φορέσας μορφήν. Ταῦτα μὲν ,,
minantem, Chriſtum dici oportere, nec eundem in vitam noſtram naſcendo ingreſſum fuiſſe pronuntiat. En aliud argumentum, *Niſi mens*, inquit, *carne prędita Verbum fuit*, *ſapientia utique fuit*: qua in argumentatione quid cauſæ rurſus eſt, cur Sapiens iſte mentem à ſapientiâ diſtinguat, quemadmodum in oppoſitis fieri ſolet? Verùm qui accuratè differentias rerum explicant, ajunt, Ea quæ per oppoſitionem diſtinguuntur inter ſe, ejus eſſe naturæ, ut pręſenti uno, alterum cedat, veluti morti vita,& vitę viciſſim mors, virtuti vitium, & huic viciſſim illa, & quotquot alia eâdem ratione dicuntur. Quomodo igitur hic ad inſtar oppoſitorum ita mentem à ſapientiâ diſtinguit, quaſi impoſſibile ſit in unâ eâdemque re, & circa unum eundemque duo illa ſimul eſſe? Nam ideo dicit, ſi mens carne prædita non eſſet, ſapientia eſſet, ac ſi quis diceret, morbum eſſe, ſi ſanitas non ſit. Quænam itaque eſt argumentatio iſta? *Si in mente*, inquit, *ſapientia inerat*, *non deſcendit ad nos Dominus*, *neque ſeipſum exinanivit*. O vim argumenti ineluctabilem! Quomodo adſtruit non deſcendiſſe ad nos Dominum ex eo, quòd oſtendatur ipſum ſapientiam eſſe. Itaq; ſi ex eo quòd Dominus ſapientia ſit, ejus ad nos deſcenſus rejicitur, neceſſariò ſequitur eum

qui

1 Corrector, μαθών.

2 Et hic Correctoris emendatio nobis neceſſaria viſa eſt; nam antea ſcriptum fuerat, εἰ μὴ νοῦς ἔνσαρκος ἦν, ὡς.

qui deſcenſum Domini ad nos confitetur, eundem Dominum non eſſe ſapientiam affirmare. Atqui Apollinaris Dominum deſcendiſſe fatetur; itaque illum, qui deſcendit, non eſſe ſapientiam idem etiam confiteatur. Talia ſunt egregii hujus Viri ſcita adverſùs veritatem argumenta. Deinde huic propoſitioni per ineptam conſecutionem ſubdit illationem aliam ex non conceſſis petitam, quæ ita ſe habet, *Propterea & homo erat; nam homo ſecundùm Paulum mens eſt in carne poſita.* Lectores obſecro, ne à nobis per jocum talia ad riſum provocandum, tanquam ex Apollinaris perſonâ, conficta fuiſſe arbitrentur; ex ipſis enim ejus ſcriptis diſcere licet, memoratam modò ſententiam ad verbum ab illo prolatam fuiſſe. Secundùm quemnam itaque Paulum mens carne prædita homo dicitur. Dicat an aliquem alium latentem adhuc Paulum habeat? Nam ſervus Jeſu Chriſti vocatus Apoſtolus, in omnibus ab ipſo exaratis epiſtolis nihil tale affirmavit. Si itaq; neque ſeries ipſa ſermonis, neque teſtimonium ullum ejus aſſertiones comprobat, unde nam abſurda hæc dogmatis confictio fidem habet? Sed rurſus recenſitis jam argumentis aliud ſubjungit, *Quoniam*, inquit, *terrenus homo iſte, homo erat, & quidem cæleſtis.* Iterum dico hominem

σοφίαν ἐξ ἀνάγκης κατασκευάζει.
ἀλλὰ μὴν ὁμολογεῖται παρὰ τοῦ
Ἀπολιναρίου κάθοδος· ἄρα [1] καὶ τὸ
μὴ εἶναι σοφίαν τὸν κατεληλυθότα
παρ᾽ ἐκείνου [2] συνομολόγηται. τοιαῦ-
τα τοῦ γενναίου τὰ σοφὰ καὶ τῆς ἀλη-
θείας ἐπιχειρήματα. εἶτα ἐπάγει διὰ
τῆς ἀσυναρτήτου ἀκολουθίας τῇ προτά-
σει [3] ταύτῃ τὴν ἐκ τῶν μὴ τιθέντων κα-
τασκευὴν, ἔχουσαν οὕτως. Διὰ τοῦτο καὶ ”
ἄνθρωπος ἦν· ἄνθρωπος γὰρ νοῦς ἐν ”
σαρκὶ κατὰ τὸν Παῦλον. Παραιτοῦμαι
δὲ τοὺς ἐντυγχάνοντας μὴ παρ᾽ ἡ-
μῶν οἴεσθαι κατά τινα παιδιὰν ἐπὶ γέ-
λωτι τὰ τοιαῦτα, ὡς ἐκ προσώπου
τοῦ Ἀπολιναρίου συμπλάσσεσθαι· ἔξε-
στι γὰρ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν παρ᾽ αὐτοῦ γε-
γραμμένων μαθεῖν, ὅτι καὶ τὴν λέ-
ξιν ὁ παρ᾽ ἐκείνου προενήνεκται λόγος,
οὕτως ἔχων, καὶ ποῖον τοίνυν Παῦ- ”
λον νοῦς ἔνσαρκος ἄνθρωπος λέγεται. ”
εἰπάτω τίνα ἕτερον ἐν κρυπτῷ ἔχει
Παῦλον; ὁ γὰρ δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁ
κλητὸς Ἀπόστολος ἐν πᾶσι τοῖς
παρ᾽ αὐτοῦ γεγραμμένοις τοιοῦτον
εἶπεν οὐδέν. εἰ οὖν μήτε ἡ ἀκολουθία,
μήτε ἡ μαρτυρία τὸν λόγον συνίστη-
σι, πόθεν ἡ ἀλλόκοτος αὕτη δογμα-
τοποιΐα τὸ πιστὸν ἔχει. πάλιν ἕτερον
τοῖς εἰρημένοις ἐπάγει νόημα, Ἐπει- ”
δὴ ἄνθρωπός, φησιν, ἦν καὶ ἐπουρά- ”
νιος,

1 Particula καὶ, addita eſt à Correctore.
2 Corrector, συνωμολόγηται.
3 Ita Corrector, antea ταύτην.

νιος, οὗτος ὁ χοϊκός. Πάλιν λέγω ἐπιλελῆσθαι τῆς Μαρίας, ἣ εὐαγγελίζεται ὁ Γαβριὴλ, ἐφ' ἣν ἐληλυθέναι τὸ ἅγιον Πνεῦμα πιστεύεται, ἣν ἐπισκιάζει τοῦ ὑψίστου ἡ δύναμις, ἀφ' ἧς τίκτεται ὁ Ἰησοῦς, ὁ ἔχων τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, τουτέστιν, ὁ βαστάζων ἐφ' ἑαυτοῦ τὴν ἀρχήν. ἀρχὴ δὲ πάντως ἐστὶν ὁ Θεὸς λόγος, [1] ὁ ἐν ἀρχῇ ὢν καὶ ἀρχὴ ὢν, καθώς φησί που τῆς γραφῆς ὁ λόγος, ὅτι ἐγώ εἰμι ἡ ἀρχή. ἢ τοίνυν δειξάτω μὴ ἐν γῇ τὴν παρθένον, ἢ ἄνθρωπον οὐράνιον μὴ πλασσέτω, μηδὲ φοβείσθω τοὺς ἀμαθεστέρους, ὡς εἰς τὸ θεῖον ἐξαμαρτάνοντας, [2] ὡς τὸ ἀνθρώπινον παραδεξάμενοι, μὴ συνομολογοῖεν τὸ θεῖον. ἡ μὲν γὰρ ἐκ γυναικὸς γέννησις τὸ ἀνθρώπινον ἔχει. ἡ δὲ παρθενία ὑπηρετήσασα τῷ τόκῳ τὸ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἔδειξεν, ὥστε τὸ μὲν γεννηθὲν ἄνθρωπος, ἡ δὲ πρὸς τὴν γέννησιν δύναμις οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλὰ διὰ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς τοῦ ὑψίστου δυνάμεως. οὐκοῦν κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον, καὶ ἄνθρωπός ἐστι, καὶ Θεὸς, τῷ ὁρωμένῳ ἄνθρωπος, τῷ νοουμένῳ Θεός. ὁ δὲ οὐ τοῦτό φησιν ἐν τῷ συμπεράσματι, τῷ φαινομένῳ τὸ θεῖον, οὐ τῷ νοητῷ ὁριζόμενος.

XXXVIII. Ἀλ-

minem hunc oblitum eſſe Mariç, cui annunciat Gabriel, ſuper quam veniſſe Spiritum ſanctum creditur, cui obumbrat virtus Altiſſimi, quæ Jeſum parit, qui principatum habet ſuper humeros ſuos, hoc eſt, qui in ſe ipſo principatum gerit. Principium autem cunctarum rerum Deus Verbum eſt, qui & in principio erat, & principium erat, quemadmodum alicubi ait Scriptura, nempe, *Ego* *ſum principium*. Vel itaq; oſtendat in terrâ Virginem non extitiſſe, vel hominem cæleſtem fingere deſinat; nec de rudioribus ſolicitus ſit, quaſi in divinitatem peccaturi ſint, ut qui humanitatem admittentes, ſimul etiam divinitatem in Chriſto non ſint confeſſuri. Nam ex muliere naſci humanæ conditionis eſt; virginitas verò partui inſerviens, quod eſt ſupra humanam conditionem oſtendit; ita ut qui natus eſt ex ipsâ, homo quidem ſit; generandi verò facultas nõ ex hominibus, ſed ex Spiritu ſãcto, & Altiſſimi virtute profluxerit: Secundùm veram itaque rationem, & homo, & Deus eſt, eo quidem, quod cernitur, homo; eo autem, quod mente percipitur, Deus. Iſte autem hoc in ſui argumenti concluſione non dicit, divinitatem eo, quod cernitur, non eo, quod mente contemplatur, definiens.

Apoc. 1. 8.

XXXVIII. Sed

1 Ita Corrector, antea enim erat, ὁ ἐν ἀρχῇ (ita) ὢν καθὼς, &c.
2 Corrector, εἰ τὸ ἀνθρώπινον. Porrò in ſequentibus legendum cenſeo, μὴ συνομολογοῖεν, licèt contrarium ſenſum præ ſe ferat cod. Vatic. qui negativâ particulâ caret.

XXXVIII. Sed ad argumentum, quod ſequitur, noſtra progrediatur oratio. *Si cum Deo, ait, qui mens eſt, humana quoque mens erat in Chriſto.* Hæc prima propoſitio. Nos autem huic aſſertioni hæc viciſſim opponimus. Quiſnam Sanctorum mentem eſſe divinitatem ſtatuit? Quænam Scripturę unum idemque eſſe Deum ac mentem nos docuere, ut ei aſſentiamur, dum ait, Hominem quidē, qui Chriſtus erat, mente caruiſſe, Deum verò eidē mēte deſtituto mentē factū fuiſſe. Oporteret ſanè contumelioſum hoc argumentū integrè deſcribere; ſed vereor ne Lectoribus irriſores eſſe videamur, ac ſi Scriptoris noſtri deformitatem omnium cachinnis exponeremus. Verùm ne imperfecta remaneat propoſitio illa, concluſionem tantummodo in medium proferendam cēſeo, quiſquiliis, quas auctor interjecit, omiſſis. *Si cum Deo, ait, mentis vicem ſupplente, humana quoque mens erat in Chriſto, non ergo in ipſo conficitur incarnationis opus. Si autem non conficitur incarnationis opus in mente, quæ ſua ſponte movetur, & à nemine cogitur, certè in carne, quæ per alium movetur, & à divinâ mente agitur, idem incarnationis opus conficitur, quod eſt abolitio peccati; hujus autem abolitionis noſtra mens particeps fit, quatenus adjungi-*

tur

XXXVIII. Ἀλλὰ πρὸς τὸ ἐφεξῆς ἐπιχείρημα τῷ λόγῳ μετέλθωμεν. Εἰ μετὰ τοῦ Θεοῦ, [1] φησὶ, νοῦ ὄντος, ,,
καὶ ἀνθρώπινος νοῦς ἦν ἐν Χριστῷ. ,,
τοῦτο ἡ πρότασις· ἡμεῖς δὲ τῷ εἰρημένῳ ἀντιπροτείνομεν. τίς τῶν ἁγίων νοῦν τὸ θεῖον ὡρίσατο? παρὰ ποίαις γραφαῖς ταυτὸν εἶναι τῷ νῷ τὸν Θεὸν ἐδιδάχθημεν, [2] ὥστε παραδέξασθαι τὸ λεγόμενον, ὅτι ὁ μὲν κατὰ Χριστὸν ἄνθρωπος, ἄνους, ὁ Θεὸς δὲ νοῦς τῷ ἀνοήτῳ γίνεται. ἄρα χρὴ καὶ ὅλον τοῦ ἐπιχειρήματος τούτου καταγράψαι τὸ ὄνειδον· ἀλλὰ δέδοικα μὴ χλευασταί τινες τοῖς ἐντυγχάνουσι δόξωμεν. ὡς ἐπὶ γέλωτι τὴν ἀσχημοσύνην τοῦ λογογράφου δημοσιεύοντες. πλὴν ὡς ἂν μὴ ἀτελὴς μένοι ἡ πρότασις, τὸ συμπέρασμα μόνον ἐπαγαγεῖν δέον, [3] τὸν διὰ μέσου συρφετὸν ὑπερβήσομαι.
Εἰ μετὰ τοῦ Θεοῦ, φησὶ, νοῦ ὄντος, [4] καὶ ,,
ἀνθρώπινος ἦν ἐν Χριστῷ νοῦς, οὐκ ,,
ἄρα ἐπιτελεῖται ἐν αὐτῷ τὸ τῆς σαρ- ,,
κώσεως ἔργον· εἰ δὲ μὴ ἐπιτελεῖται τὸ ,,
τῆς σαρκώσεως ἔργον ἐν τῷ αὐτοκινή- ,,
τῳ καὶ μὴ ἀναγκαστῷ νοῒ, ἐν τῇ ἑτε- ,,
ροκινήτῳ, καὶ ὑπὸ τοῦ θείου νοῦ ἐνερ- ,,
γουμένῃ σαρκὶ τελεῖται τὸ ἔργον, ὅ ,,
ἐστι λύσις ἁμαρτίας· μεταλαμβάνει ,,
δὲ τῆς λύσεως ὁ ἐν ἡμῖν αὐτοκίνη- ,,

τος

1 Verbum φησὶ, Corrector addidit.

2 Ita Corrector, malè antea, ὥστε τὸ λεγόμενον, & mox, ὁ Θεὸς νοῦς.

3 Corrector, τὸν δὲ διὰ.

4 Ita Corrector, malè antea, καὶ ἄνθρωπος.

» τος νοῦς, καθ' ὅσον οἰκειοῖ ἑαυτὸν
» Χριστῷ. Ὁρᾷς πῶς οἰκεῖα τῇ προτά-
σει τὰ συμπεράσματα; τάχα δέ
τινος ἐπαοιδοῦ [1] καὶ γαλιοῦ προσ-
δεόμενα πρὸς τὸ διακρῖναι ἡμῖν τὰ
τῶν ἐνυπνίων αἰνίγματα, ὥστε εἰπεῖν
τί σημαίνει ἡ τῶν ῥημάτων τούτων [2] και-
νωφωνία, ὁ αὐτοκίνητος νοῦς, καὶ
ἑτεροκίνητος, σὰρξ [3] ἡ ἐπιτελοῦσα
τὸ ἔργον τῆς λύσεως. ἀλλ' ἀφείσθω
καὶ ταῦτα τῇ ἀγερωχίᾳ τῶν νέων κα-
ταχλευάζεσθαι. ἡμεῖς δὲ πρὸς τὰ
» ἐφεξῆς τοῦ λόγου προΐωμεν. Εἴ τι
» [4] πλέον φησὶν ἕτερος ἑτέρου κομίζεται,
» τοῦτο δι' ἄσκησιν γίνεται· οὐδεμία δὲ
» ἄσκησις ἐν Χριστῷ· οὐκ ἄρα νοῦς ἐστὶν
» ἀνθρώπινος. Πῶς μέμνηται τῆς
θεοπνεύστου γραφῆς; ποία τοῦ Βεσε-
λεὴλ ἄσκησις τῶν τεχνῶν καθηγήσα-
το; πόθεν δὲ τῷ Σολομῶντι τῶν τοσού-
των ἡ γνῶσις; ὁ δὲ τὰ συκάμινα κνί-
ζων Ἀμὼς, πῶς ἐξ αἰπόλων τοσαύ-
την ἔσχεν ἐν προφητείᾳ τὴν δύναμιν;
καὶ ὅμως οὐδεὶς τῶν εἰρημένων ἐξ οὐρα-
νοῦ καταβέβηκεν, οὔτε ἐν ἀρχῇ ἦν,
οὔτε ἴσα Θεῷ ἦν

XXXIX. Ἀλλὰ σιγάσθω καὶ
τοῦτο τὸ ἐπιχείρημα, μάλιστα διὰ τὸ
προσφυὲς τοῦ προτεθέντος αὐτῷ συμ-
περάσματος, οὕτως καὶ τὴν λέξιν ἔχον-
τος,

tur Chriſto. Vides quàm affi-
nes primæ propoſitioni conclu-
ſiones ſint. Fortaſſe autem in-
cantatore, vel [1] gazaro aliquo o-
pus erit ad explicanda nobis
hujuſmodi ſomniorum ænigma-
ta, & ut nobis ediſſerat, quid
horum verborum novitas ſigni-
ficet, *Mens, que per ſe movetur*;
Mens, quæ pulſu alieno agitur;
*Caro, quæ abolitionis peccati ne-
gotium perficit*. Sed & hæc ju-
venum petulantiæ deridenda
relinquantur; nos verò ad ea,
quæ in ipſius tractatu ſequun-
tur, diſcutienda procedamus.
Si quid, ait, *alius plùs alio ac-
quirit, id exercitatione fit*; *nulla
autem exercitatio in Chriſto*; *ergo
mens humana non eſt in Chriſto*.
Siccine divinitus inſpiratę Scri-
pturæ ſermonum reminiſcitur?
Quænam exercitatio Beſeleel *Exod.* 31. 1.
artes edocuit? Unde nam Salo-
moni tot tantarumque rerum
cognitio? Qui verò ſycomoros
carpebat Amos, quo pacto ar-
mentarius cùm eſſet, tantam *Amos* 7. 55.
fuit prophetādi facultatem ade-
ptus? Et tamen nec eorum
quiſquam ex cælo deſcendit,
nec in principio fuit, nec Deo æqualis.

XXXIX. Sed & hoc argumentum ſilentio prætereamus, eâ po-
tiſſimùm ratione, quòd affine ſit ei, quæ ipſum præcedit, conclu-
ſioni,

1 Corrector, ἢ γαζαρῦ, quam lectionem in verſione noſtrâ ſecuti ſumus, quāvis quid vox ita ſignificet ignoremus.
2 Corrector, καινοφωνία.
3 Ita Corrector, antea enim erat, ἡ ἀπτάδυσα.
4 Verbum φησί, Corrector ſcite addidit.

ſioni, cujus verba ita ſe habent, *Ergo non ſalvatur humanum genus, per mentis & totius hominis aſſumptionem; ſed per carnis ſuſceptionem*. Hæc quidem eſt argumenti concluſio; differentiam verò inter aſſumptionem, & ſuſceptionem illi exponant, qui ſedulam grammaticis frigiditatibus operam navant, ut pueris ſecundùm artem ediſſerant hujuſcemodi partiū ſermonis, quæ propoſitiones vocantur, in modico poſitam diſcrepantiam; nos enim promiſcuè, & ſuſceptū aſſumi, & aſſumptum itidem ſuſcipi nō dubitamus, cùm Scriptura talem iſtarum vocum uſum nos
Pſal. 72.24. doceat. *Cum gloriâ ſuſceperūt me*, inquit David; & rurſus alio in loco, *Elegit David ſervum ſuum,*
Pſal. 77.70. *& aſſumpſit eū de gregibus patris ſui.* Igitur qui cum gloriâ ſuſceptus eſt, is etiam aſſumptus eſt, & qui de gregibus aſsūptus eſt, is etiam ſuſceptus eſt: ad unam enim eandemque rem ſignificandam duo illa verba uſurpat; ita ut quid ſibi velit, qui Unigenitum ait non aſſumptione, ſed ſuſceptione incarnationis myſterium diſpenſaſſe, nec ipſe, qui iis vocibus uſus eſt, fortaſſe explicaverit. Ego autem in ejus abſurdorum verborum cœno ſermonem refugiens immergere, potiorem

τος, οὐκ ἄρα σώζεται τὸ ἀνθρώπινον „
γένος διὰ ἀναλήψεως νοῦ, καὶ ὅλου ἀν- „
θρώπου· ἀλλὰ διὰ προσλήψεως „
σαρκός. Τὸ μὲν συμπέρασμα τοῦτο. τὴν δὲ τῆς ἀναλήψεως, [1] (καὶ προσλήψεως) διαφορὰν ἑρμηνευόντων οἱ ταῖς γραμματικαῖς ψυχρολογίαις ἐμμελετήσαντες, ὥστε τῶν τοιούτων τοῦ λόγου μορίων, ἃ προθέσεις κατονομάζονται, τεχνολογεῖν ἐν μειρακίοις τὴν ἐν ὀλίγῳ διαφωνίαν. ἡμεῖς γὰρ καὶ τὸν προσειλημμένον ἀνειλῆφθαι νομίζομεν, καὶ τὸν ἀνειλημμένον προσειλῆφθαι οὐκ ἀμφιβάλλομεν, παρὰ τῆς γραφῆς τὴν τοιαύτην χρῆσιν τοῦ λόγου μεμαθηκότες. μετὰ δόξης προσέλαβόν με φησιν ὁ Δαβίδ. καὶ πάλιν ἑτέρωθι, ἐξελέξατο Δαβὶδ τὸν δοῦλον αὐτοῦ, καὶ ἀνέλαβεν αὐτὸν ἐκ τῶν ποιμνίων [2] τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. οὐκοῦν καὶ ὁ μετὰ δόξης προσληφθεὶς ἀνελήφθη, καὶ ἐκ τῶν ποιμνίων ἀναληφθεὶς, προσελήφθη. περὶ γὰρ τοῦ αὐτοῦ [3] τὰ δύο λέγει, ὥστε τί βούλεται ὁ λέγων, οὐκ ἀναλήψει, ἀλλὰ προσλήψει τὸν μονογενῆ τὸ κατὰ τὸν ἄνθρωπον οἰκονομεῖσθαι μυστήριον, οὐδ᾽ ἂν αὐτὸς εἴποι τάχα. ἐγὼ δὲ φεύγων τῇ ἰλύϊ τῶν ἀσυναρτήτων αὐτοῦ ῥημάτων συνδιαβαπτίζειν τὸν λόγον, τὰ πολλὰ τῆς φλυαρίας ἀφίημι,

1 Quę ſemicirculis includuntur, Correctoris manu ſunt addita.

2 Super verba illa, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, Corrector ſcripſit, προβάτων, ut cum lxx. Interpretum editione concordet, quæ habet, ἐκ τῶν ποιμνίων τῶν προβάτων.

3 Corrector articulum addidit.

μι, ἱκανὸν ἔλεγχον εἶναι τῆς ἀτοπίας τῶν λεγομένων οἰόμενος αὐτὴν ἐπὶ λέξεως αὐτοῦ τὴν τῶν γεγραμμένων ἀνάγνωσιν, ὡς καὶ τὸν σφοδρῶς καταδραμεῖν τῆς αἱρέσεως ἐθέλοντα, μὴ ἂν τοσοῦτον ἐκ τῶν οἰκείων λογισμῶν διελέγξαι τὴν ἀτοπίαν, ὡς αὐτὸς ὁ λόγος· δι' ὧν γὰρ κατασκευάζει τὸ ψεῦδος, ἐν τῇ ἀτονίᾳ τῆς συνηγορίας ἀπογυμνοῖ τὴν ἀσέβειαν. καὶ γὰρ εἰ ἀνθρώπῳ τελείῳ, φησὶ, συνήφθη Θεὸς τέλειος, δύο ἂν ἦσαν. Τὸ δὲ ἀτελὲς ἄρα τῷ τελείῳ συντεθειμένον, [1] οὐκ ἐν δυάδι παρ' αὐτοῦ θεωρεῖται. οὐκ εἶδεν ὁ γεννάδας, οὐδὲ παιδία ποτὲ τοὺς ἐπὶ τῆς παλάμης δακτύλους ἐξαριθμούμενα, ὁ τὸν μικρὸν τῷ μείζονι συναριθμῶν, ἕνα μὲν ὀνομάζει τὸν ἐλαττούμενον, καὶ ἕνα τὸν ὑπερέχοντα· δύο δὲ ὅμως εἶναί φησιν, εἰ μετ' ἀλλήλων ἀμφοτέρους [2] λογίζοιτο. πᾶς γὰρ [3] ἀριθμὸς μονάδων ἐστὶ σύνθεσις, τὸ ἀθροιζόμενον ἐκ τούτων ἐν κεφαλαίῳ σημαίνων. εἰ δὲ τὸ ἀριθμητὸν, ὅ, τι περ ἂν ᾖ, τῷ συναριθμουμένῳ παρατιθέμενον, [4] κατὰ τὴν πηλικότητα πλεονάζει τῷ ὄγκῳ παρὰ [5] τὸ ἔλαττον, ἓν καὶ τὸ ἐλαττούμενον ἔσται, κἂν

tiorem ejus nugarum partem lubens omitto, ratus vel ex ipſâ libri lectione ejus dictorum ineptiam ſatìs ſuperque redargui; ita ut qui acriter adverſùs hanc hæreſim invehi velit, non tam excogitatis à ſe argumentis, quàm ex ipſiſmet adverſarii verbis, ejuſdem fatuitatem coarguere poſſit; quibus enim rationibus mendacium adſtruere conatur, iiſdem ipſis præ infirmâ & imbecilli defenſione impietatem dogmatis ſui palàm facit. *Etenim ſi homini, inquit, perfecto unitus eſt perfectus Deus, duo utique, non unum eſſent*. Imperfectum itaque cum perfecto conjunctum pro duobus ab ipſo non habentur. Vidit ne unquam eximius iſte vir pueros manûs digitos enumerantes? Qui parvum unà cum magno numerant, unum quidem minorem, majorem alterum nominat; ſed duo tamen eſſe dicit, ſi utrumq; ſimul numeret. Omnis enim numerus unitatum eſt aggregatio, ſummatim, quod ex iis congeritur, denotans. Etſi autem quod numerari poteſt, qualecunque fuerit, alteri, quod unà cum ipſo numeratur, adjunctum, quantitate ſuperet id, quod minus eſt; nihilominus unum quoque per ſe erit, quod minus eſt, quamvis magnitudine ſuperetur ab altero. Quando igitur duo æqua-

1 Particulæ, οὐκ ἐν, à Correctore, ſenſu ita poſcente, ſunt additæ.
2 Ita Corrector, antea, νομίζοιτο.
3 In margine, ἀριθμὸς, manu æquè veteri notatur.
4 Ita Corrector, antea, παρὰ τὴν.
5 In margine Corr. addit, οὐδὲν ἧττον, quæ voces addendæ ſunt fortè poſt ἔλαττον ἔ.

æqualis magnitudinis ſupputamus, duo perfecta dicimus; quando verò quod minus eſt unà cum majori numeramus, duo equidem tunc etiam dicimus; ſed illud quidem imperfectum, hoc verò perfectum vocamus. At iſte in arithmeticâ excellens facultate, ſi utrũque ſuâ naturâ perfectum eſt, duo dici ait; ſi verò unum quidem imperfectum, alterum verò perfectum ſit, ex utroque unum fieri putat, neſcio quo pacto imperfectum cum præſtantiori confundens, & his quæ ſimul ſtare non poſſunt, vel ex eo, quod inter ſe contraria ſint, unionem affingens: nam perfectum cum perfecto, & imperfectum cum imperfecto potiùs ob ſimilitudinem copulantur; qua ratione autem contrarium cum contrario, hoc eſt, imperfectum cum perfecto junctum, unum fiat, novæ hujus arithmeticæ regularum conditor dicat.

XL. [4] Sed haud decere putat, humanam mentem in unigenito Deo agnoſcere, cujus rei rationem reddit, quòd ſcilicet mens hominis eſt mutabilis. Atqui eâdem ratione neque carnem Deo concedet: nam & carnem mutabilem eſſe nec iſte Scriptor negabit, cùm ea, veſtimentorum in-

κἂν ἐλλείπῃ τὸ μέγεθος· ὅτ᾽ ἂν μὲν οὖν ἰσομεγέθη δύο τῶν ἀριθμῶν διαλάβωμεν, δύο τέλεια λέγομεν· ὅτ᾽ ἂν δὲ τῷ τελείῳ τὸ λειπὸν συναριθμήσωμεν, δύο μὲν καὶ [1] οὕτω φαμὲν· ἀλλὰ τὸ μὲν ἐλλειπὲς, τὸ δὲ τέλειον. ὁ δὲ πολὺς οὗτος κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἐπιστήμην, εἰ μὲν τελείως ἑκάτερον κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν ἔχει, δύο φησὶ λέγεσθαι τὰ οὕτω λεγόμενα· εἰ δὲ τὸ μὲν ἐλλείποι, τὸ δὲ ἕτερον τέλειον εἴη, ἓν ἀμφότερα [2] γενέσθαι, οὐκ οἶδα ὅπως τὸ ἀτελὲς συναλείφων τῷ περιττεύοντι, καὶ διὰ τῶν ἐναντίων ἐπινοῶν τοῖς ἀσυμβάτοις [3] τὴν ἕνωσιν. τέλειον γὰρ τελείῳ, καὶ ἀτελὲς ἀτελεῖ μᾶλλον ἁρμόζεται τῇ ὁμοιότητι· τῆς δὲ τοῦ ἐναντίου πρὸς τὸ ἐναντίον ἑνώσεως, τοῦ ἀτελοῦς φημὶ πρὸς τὸ τέλειον, λεγέτω τὸν τρόπον ὁ τῆς καινῆς ταύτης ἀριθμητικῆς νομοθέτης.

XL. [4] Ἀλλ᾽ οὐχ᾽ ἡγεῖται πρέπειν ἀνθρώπινον νοῦν περὶ τὸν μονογενῆ Θεὸν ἐννοεῖν, καὶ τὴν αἰτίαν λέγει, ὅτι τρεπτὸς ὁ νοῦς ὁ ἀνθρώπινος. οὐκοῦν ὁ αὐτὸς λόγος μηδὲ τὴν σάρκα τῷ Θεῷ συγχωρείτω· τὸ γὰρ τρεπτὴν αὐτὴν εἶναι, οὐδὲ ὁ λογογράφος ἀντείποι, ἀπὸ νεότητος μέχρι τε-

1 Corrector, οὕτως.
2. Corrector, γίνεσθαι.
3 Verba illa, τὴν ἕνωσιν, Corrector addidit.

4 Laudat hunc locum uſque ad illa verba, εἰς τροπὴν ἠλλοιώθη, quibuſdam tamen omiſſis, Euthymius Zigabenus paginâ 527. Verſiculo, *Haud decet*.

τελειώσεως, ὥσπερ ἐνδύματα, μετενδυομένην τὰς ἡλικίας. ἢ πῶς οὐκ ἦν τρεπτὸς, ὁ [1] πρότερον ἐπ' ὠλένης ὑπὸ τῆς μητρὸς κομιζόμενος, εἶτα ἐν παιδίοις, εἶτα ἐν μειρακίοις [2] γινόμενος, καὶ οὕτω κατ' ὀλίγον προελθὼν εἰς τὸ τέλειον, [3] ὥστε εἰς τὸ μέτρον τῆς ἀνθρωπίνης ἡλικίας ἐλθεῖν. εἰ οὖν ὁ νοῦς διὰ τὸ τρεπτὸν [4] ἀναβάλλεται, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, μηδὲ ἡ σὰρξ ὑπ' αὐτοῦ συγχωρείσθω, καὶ οὕτω ψευδὲς κατ' αὐτὸν [5] δειχθήσεται τὸ Εὐαγγέλιον ἅπαν, καὶ κενὸν τὸ κήρυγμα, καὶ ματαία ἡ πίστις. εἰ δὲ οὐκ ἀπιστεῖται τὸ ἐν σαρκὶ πεφανερῶσθαι, καὶ ταύτῃ τρεπτῇ, [6] οὐδὲ τὸ νοῦν πάντως διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν [7] ἀπόβλητον ἔχει· ἀλλ' ὥσπερ ἐν σαρκὶ γενόμενος οὐκ ἐμολύνθη, οὕτως οὐδὲ τὸν νοῦν παραδεξάμενος, εἰς τροπὴν ἠλλοιώθη. πάλιν δὲ τὸν αὐτὸν [8] ὑπολήψομαι λόγον, ἐκθέμενος τὴν ῥῆσιν αὐτοῦ ἐπὶ λέξεως.
„ Οὐκ ἄρα, φησὶ, σώζεται τὸ ἀνθρώ-
„ πινον γένος δι' ἀναλήψεως νοῦ, καὶ
„ ὅλου ἀνθρώπου· ἀλλὰ διὰ προσλή-
„ ψεως σαρκὸς, ᾗ φυσικὸν μὲν τὸ ἡγε-
„ μονεύεσθαι· ἐδεῖτο δὲ ἀτρέπτου νοῦ, μὴ
„ ὑποπίπτοντος αὐτῇ διὰ ἐπιστημοσύ-
„ νης ἀσθένειαν, ἀλλὰ συναρμόζοντος
αὐ-

inſtar, ab adoleſcentiâ uſque ad perfectum hominis incremẽtum, varias ætates induat. Vel quomodo mutationi non erat obnoxius, qui priùs in ulnis à matre geſtabatur, & deinde infans, mox adoleſcens evaſit, atque ita paulatim eò uſque maturitatis provectus fuit, ut ad virilis ætatis ſtatum pervenerit. Itaque ſi ob mutabilitatem mens rejicitur, eâdem quoque de causâ nec caro ab ipſo admitti debet in Chriſto; eoque pacto falſum ex ejus ſententiâ eſſe monſtrabitur omne Evangelium, inanem quoque predicationem, & vanam fidem. Itaque ſi credit Chriſtum in carne; eâque mutabili manifeſtatum fuiſſe, pari quoque ratione mentem in eodem omninò debet agnoſcere; ſed quemadmodum carnem aſſumẽs pollutus non eſt; ita & mentem ſuſcipiens, non eſt in alium converſus. Rurſus autem hac de re ſermonem inſtituam, ſed antea ejus orationẽ eiſdem verbis referam. *Humanum itaque genus*, ait, *per aſſumptionem mentis, atq;*

totius hominis non ſalvatur, ſed per ſuſceptionem carnis, cui à naturâ ita comparatum eſt, ut ab alio regatur; opus autem carni erat immutabili mente, quæ ipſi præ ſcientiæ defectu non obſequeretur, ſed eandem

ſine

1 Corrector, πρότερον μέν.
2 Corrector, γενόμενος.
3 Corrector, ἕως εἰς, & mox, ἦλθε:
4 Corrector, ἀποβάλλεται.
5 Corrector, ἀποδειχθήσεται.
6 Corrector, οὐδὲ νοῦς.
7 Corrector, τὸ ἀπόβλητον ἔχει;
8 Corrector, ἐπαναλήψομαι.

ſine ullâ coactione ſibi ipſi aptaret. Quis ignorat, id quod alterius ope indigeat, diverſum prorſus naturâ eſſe ab eo, quod nullâ re opus habet; & cujus natura ita comparata eſt, ut ab altero regatur, eum quoque ab illo prorſus differe, quod ad regendum natum ſit. Simili modo pro eſſentiæ diverſitate inſtitutum eſt, ut animalium ratione carentium natura humanæ ſubjecta eſſet, & homo non adventitium, ſed ſuæ innatum naturæ in bruta háberet imperium. [2] Si igitur ea carnis natura eſt, ut ab alio regatur, quẽadmodum ait Apollinaris; cunctis verò præeſſe naturâ convenit Deo; quonam pacto, qui hęc concedit, duo illa unum quid naturâ ab initio eſſe decernit, cùm manifeſtum ſit omnibus, aliam ſubjecti, & aliam ejus, qui præeſt, eſſe rationem, aliud cui naturâ ineſt, ut ducatur, & aliud è converſo, quod natum eſt ad ducendum? Si igitur contrariæ inter ſe proprietates in horum alterutro, carne, inquam, & divinitate conſpiciuntur, quomodo duæ iſtæ naturæ ſunt una? Quomodo etiam divinam quandam, & cæleſtem carnem Verbo affingit? Imò potiùs, ipſum

αὐτὴν ἀβιάστως ἑαυτῷ. Τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι τὸ δεόμενον τοῦ ἀνενδεοῦς ἕτερον τῇ φύσει πάντως ἐστί· καὶ τὸ πεφυκὸς ἡγεμονεύεσθαι, τοῦ ἐν τῇ φύσει τὸ ἄρχειν ἔχοντος. ὁμοίως κατὰ τὸν λόγον τῆς οὐσίας παρήλλακται, ὡς ἡ τῶν ἀλόγων φύσις ὑποχειρίως ἔχειν τῇ τῶν ἀνθρώπων κατεσκευάσθη, καὶ [1] ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἐπίκτητον τὴν κατὰ τῶν ἀλόγων ἀρχὴν, ἀλλ' οἰκείαν ἔχει. [2] εἰ οὖν φυσικὸν τῇ σαρκὶ τὸ ἡγεμονεύεσθαι, καθώς φησιν ὁ Ἀπολινάριος, ἡγεμονικὸν δὲ τῇ φύσει τὸ θεῖον· πῶς ὁ ταῦτα διδοὺς, ἓν ἐξ ἀρχῆς εἶναι τὰ ἀμφότερα τῇ φύσει διορίζεται, πᾶσιν ὄντος προδήλου, ὅτι ἕτερος τοῦ ὑποχειρίου, καὶ ἄλλος τοῦ ἐπιστατοῦντος ὁ λόγος, καὶ ἄλλο τὸ πεφυκὸς ὁδηγεῖσθαι, καὶ ἕτερον πάλιν, ᾧ φύσις τὸ ἡγεμονεύειν ἐστίν; εἰ οὖν ἐν τοῖς ἐναντίοις ἰδιώμασιν ἡ θατέρου τούτων θεωρεῖται φύσις, τῆς σαρκὸς λέγω, καὶ τῆς θεότητος, πῶς μία αἱ δύο φύσεις εἰσί; πῶς δὲ θεάν τινα καὶ οὐρανίαν σάρκα περιπλάσσει τῷ λόγῳ, μᾶλλον δὲ αὐτὸν

προ-

Ver-

1 Artic. additur manu diverſâ veteri.

2 Leontius Byzantinus lib. 1. contra Eutychem, & Dioſcorum apud Caniſium tomo quarto Antiquarum Lectionum, paginâ 28. inter alia teſtimonia Patrum, de duabus in Chriſto naturis, hunc Nyſſeni locum refert uſque ad illa verba, ὅτι τὸ ἐπιδεῖν τοῦ ἀρκοῦντος. Idem quoque, ut videtur Auctor in altero longè fuſiori opere adversùs eoſdem Monophyſitas adhuc inedito, de quo inter teſtimonia veterum huic Nyſſeni operi pręfixa egimus, breve argumentum ex hoc ipſo Nyſſeni loco repetit, ab illis, nempe, verbis. Εἰ οὖν ἐν τοῖς ἐναντίοις, &c. uſque ad illa, πῶς μία αἱ δύο φύσεις εἰσί.

προαποσαρκοῖ τὸν λόγον, οὐκ οἰκονομικῶς ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν τὴν ἡμετέραν ὑπελθόντα μορφὴν· ἀλλ' ἀεὶ τοῦτο ὄντα, καὶ ἀεὶ ἐν τῷ αὐτῷ διαμένοντα. ὁ γὰρ ἐπιδεᾶ λέγων εἶναι τοῦ ἀτρέπτου τὴν σάρκα, [1] καὶ τοῦ καθηγουμένου προσδέεσθαι, τὴν ἡμετέραν ἄντικρυς λέγει σάρκα, τὴν διὰ τὸ τρεπτὸν τῆς φύσεως εἰς ἁμαρτίαν πεσοῦσαν. εἰ δὲ ὑπερουράνιόν τι καὶ θεῖον σῶμα, καθώς φησι, θεωρεῖται περὶ τὸν λόγον, οὐδὲ τὸ τρεπτὸν αὐτῷ πάντως κατὰ τὸ ἀκόλουθον δίδωσιν, οὔτε τὸ ἐπιδεὲς τοῦ εὐθύνοντος· καὶ οὗτος οὐχ ἡμέτερος, ἀλλὰ τῆς θείας φωνῆς ἐστὶν [2] ὁ λόγος, ὁ εἰπὼν, μὴ δεῖσθαι τοὺς ὑγιαίνοντας ἰατροῦ, ἀλλὰ τοὺς κακῶς ἔχοντας. ἐν γὰρ τῷ οὐρανῷ ἡ ἐξ ἁμαρτίας νόσος οὐκ ἔστιν· ἀλλ' [3] ἡμεῖς μὲν οἱ τὴν ἁμαρτίαν νοσήσαντες, οἱ διὰ τῆς τοῦ κακοῦ παραδοχῆς ἀσθενήσαντες· ἡμεῖς διὰ τὸ τραπῆναι πρὸς τὸ κακὸν τοῦ ἀτρέπτου προσεδεήθημεν, οἱ τῆς σωζούσης ἀποπλανηθέντες ὁδοῦ, τοῦ καθηγουμένου πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐν χρείᾳ γεγόναμεν. ὥστε εἰ ἀληθῆ ταῦτα τῇ περὶ τὸν Κύριον σαρκὶ προσμαρτυρεῖ ὁ λο-

Verbum, antequam re verâ incarnatum fuerit, carnem factum fuiſſe dicit, ac ſi in noviſſimis diebus per diſpenſationem indutum non fuerit formam noſtram, ſed ſemper id extiterit, ſemperque in eodem illo ſtatu permanſerit. Qui enim immutabilitate, atque etiam ductore opus habere carnem ait, noſtrã procul dubio carnem denotat, quæ propter naturæ mutabilitatem in peccatum labitur. Si verò cæleſte & divinum corpus, ſicut idem ait, in Verbo conſpicitur, mutabilitatem, rectoriſque indigentiam ei omnino, ut conſequens eſt, non adſcribit. Hic autem non noſter, ſed divini oris ſermo eſt, qui non opus eſſe dicit valentibus me- *Mat. 7. 12.*
dicum, ſed malè habentibus. In cælo enim ortus ex peccato morbus non reperitur; ſed nos quidem illi ſumus, qui peccatorum morbo laboramus, qui ex malitiæ admiſſione ægrotamus; nos eò quòd in malum mutati ſumus, immutabilitate indiguimus, qui poſtquam à viâ ſalutari aberravimus, ductore, qui ad bonitatem iter oſtenderet, opus habuimus; ita ut ſi re verâ hæc dominicæ carni ſuo teſtimonio Scriptor iſte tribuit, ipſam, nempe, & ſuâ naturâ ſic comparatam eſſe ut regatur, & duce muta-

1 In Vaticano codice eſt, τῷ δὲ; ſed ſupra articulum, literis à Correctoris, & totius etiam codicis charactere diverſis, ſed antiquis, & atramento pictis ſcribitur, καὶ τοῦ, quam lectionem ſecuti ſumus.

2 Verbum, ὁ λόγος, additum eſt eâdem manu diverſâ veteri, ut in præcedenti emendatione.

3 Et hic eâdem manu corrigitur, ἡμεῖς ἐσμὲν.

mutationibus nequaquam obnoxio egere, nil aliud quàm terrenam noſtram maſſam ſuo ſermone deſignat. Sin verò carne divinitatem circumſcribit, divinitas autem, quouſque id ſit, quod eſſe dicitur, alio, qui eam ducat, ac regat, non indiget, cùm converſionem & mutationem in pejus non admittat; ergo incaſſum Scriptor iſte, quæ modò de carne dicta ſunt, conſarcinavit: [4]nam ſi divina hæc aliqua caro fuit, ea utique & immutabilis; ſin verò mutabilis, divina omnino non fuit.

XLI. Quis unquam enarrare poterit confuſam hanc, minimeque ſibi conſtantem dogmatum fabulam, quæ undique nutat; & ad inſtar imaginum, quę in ſomnis conſpiciuntur, nunc hôc, nunc illo modo apparet. Siquidem nunc carnem Verbi divinam, & ipſi coæternam eſſe aſſerit, nunc adſcititiam & aliunde aſſumptam, nunc veluti diverſam à naturâ noſtrâ, quæ paſſionibus ſubjacet, fluxaque & fragilis eſt; nunc rectore indigentem, nunc mutationis & variationis vitio obnoxiam, ac propterea ipſam mente deſtitutam fingit, ut per divinitatem huic malo medeatur,

λογογράφος, ὅτι καὶ πέφυκεν ἡγεμονεύεσθαι, καὶ ἀτρέπτου τοῦ καθηγουμένου χρῄζει, οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὸ ἡμέτερον σύγκριμα διερμηνεύει τῷ λόγῳ. εἰ δὲ ἐν τῇ σαρκὶ ὁρίζεται τὴν θεότητα· [1] τὸ δὲ Θεῖον, ἕως ἂν ᾖ τοῦτο, ὃ λέγεται, ἄλλου τοῦ ὁδηγοῦντος οὐκ ἐπιδέεται· οὐδὲ γὰρ ἐπιδέχεται τὴν πρὸς τὸ χεῖρον τροπὴν καὶ ἀλλοίωσιν. μάτην [2] οὖν αὐτῷ τὰ περὶ τῆς σαρκὸς νῦν εἰρημένα [3] διερραψῴδηται. [4] εἰ γὰρ θεία τις αὕτη, δῆλον ὅτι καὶ ἄτρεπτος, εἰ δὲ τρεπτὴ, πάντως οὐ θεία.

XLI. [5] Τίς ἂν οὖν διεξέλθοι τὸν συγκεχυμένον τοῦτον, καὶ ἀσύστατον τῶν δογμάτων μῦθον, μηδέποτε ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βαίνοντα, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἐνυπνίους φαντασίας, ἄλλο τε ἄλλα φαινόμενον. νῦν μὲν φησι θείαν εἶναι τὴν σάρκα τοῦ λόγου καὶ συναΐδιον, πάλιν, ἐπίκτητον καὶ προσειλημμένην, εἶτα ἀλλοτρίως ὡς πρὸς τὴν ἡμετέραν ἔχουσαν φύσιν, τὴν [6] παθητὴν καὶ ἐπίκηρον, πάλιν, ἐπιδεᾶ τοῦ εὐθύνοντος, καὶ τῷ κατὰ τροπήν τε καὶ ἀλλοίωσιν πάθει ἐνεχομένην, ἃ διὰ τοῦτο αὐτὴν ἄνουν ποιεῖ, ἵνα

1 Hæc lectio à Correctore eſt; nam antea erat, τὸ δὲ Θεῖον ἕως ἂν ᾖ.

2 Adverbium οὖν, delendum eſſe Corrector advertit.

3 In codice Vaticano ſcribitur, διερραψῴδηται, nullo, quod ſciam, ſenſu, nihilque monente veteri Correctore, nos emendandum cenſuimus, διερραψῴδηται:

4 Iſtum Nyſſeni locum uſque ad illa verba, πάθει ἐνεχομένην, laudat Euthymius in Panopliâ paginâ 526. Verſiculo. *Si qua fuit.*

5 Ita Corrector, malè antea, τίς ἂν οὖ.

6 Corrector, παθητικήν.

ἵνα ἰαζευθῇ τῇ θεότητι, [1] ὥσπερ ἐμπόδιον ἡγούμενος τὸν νοῦν τῆς θείας ἐπ᾽ ἀνθρώπων κηδεμονίας, καὶ προσφιλέστερον τῷ Θεῷ τὸ ἀνόητον· οὐκοῦν μακαριστότερον οἴεται τὸ νοῦν μὴ ἔχειν, εἴπερ προσλαμβάνεται, καθώς φησιν οὗτος, παρὰ Θεοῦ τὸ ἀνόητον. τί οὖν διορθοῦται τὸν Σολομῶντα, ὅς φησιν, ὁ δὲ νοήμων κυβέρνησιν κτήσεται; οὐδὲ γὰρ ἄλλην οἶμαι τὴν κυβέρνησιν ἐνταῦθα παρὰ τοῦ παροιμιακοῦ αἰνίγματος λέγεσθαι, εἰ μὴ τὴν ἡμετέραν φύσιν, τὴν ἐν κακίᾳ χειμασθεῖσαν, καὶ ναυαγήσασαν, τῇ ἐπιστασίᾳ τοῦ ἀληθινοῦ κυβερνήτου πρὸς τὸν λιμένα τοῦ θείου θελήματος εὐθυνομένην. εἰ οὖν ἐν τῇ ἀνοίᾳ ὁ ἄνθρωπος σώζεται, πῶς ὁ νοήμων κυβέρνησιν κτήσεται; τίνι δ᾽ ἂν οἰκειότερον [2] ἐν φύσει εἴη τὸ θεῖον; πρὸς τί μᾶλλον καταλλήλως ἔχειν τὴν θείαν φύσιν ὁ λογισμὸς ὑποτίθεται; παχεῖά τις καὶ ἀντιτυπής ἐστιν ἡ σάρξ, καὶ πρὸς τὴν γεώδη φύσιν συγγενῶς ἔχει· νοερὸν δέ τι καὶ [3] ἀφανὲς καὶ ἀσχημάτιστον ἡ διάνοια. [4] τί ἂν μᾶλλον οἰκειότερον εὑρεθείη ἐκ τούτων πρὸς τὸ συναρμοσθῆναι Θεῷ, τὸ παχὺ καὶ γεῶδες, ἢ τὸ ἀναφές τε

deatur, [1] ratus humanam mentem impedimentum quodammodo fore divinę erga homines providentiæ, & gratius id Deo eſſe, quod mente careat. Ergo beatius eſſe putat mente deſtitui, ſi à Deo, quemadmodum iſte ait, quod ſine mente eſt, aſſumitur. Quid ni igitur Salomonem redarguit ajentem, *Intelligens gubernacula poſſidebit?* *Prov. 1.* Neque enim alia arbitror gubernacula hìc proverbiali ęnigmate ſignificari, præter quam naturam noſtram peccati tempeſtate jactatam, naufragiumque paſſam, quæ veri gubernatoris inſpectione atque curâ ad voluntatis divinæ portum dirigitur. Si igitur per mentis carentiam homo ſalvatur, quomodo intelligens gubernacula poſſidebit? Cuinam aptiùs divinitas naturâ conveniet? Cuinam magìs rei divinam naturam congruere ratio ſuggerit? Craſſa quædam res atque ſolida eſt caro, & cum terrenâ naturâ cognationem habet; at verò mens res eſt materiæ expers, nec tactum, figuramque ullam admittit: [4] harum utra ad conjunctionem cum Deo habendam aptior invenietur craſſa ne terrenaque

1 Et hæc idem Euthymius paulò aliter recitat uſque ad illa verba τὸ νοῦν μὴ ἔχειν. pag. 528. Verſiculo, *Si divinæ*.

2 Corrector in margine ſcribit ἐμφὺν ἂ, nullo quod ſciam ſenſu.

3 In textu Vaticani Codicis eſt ἀφανὶς, Corrector ἀναφανὶς, emendavit; ſed legendum videtur ἀναφὲς, ut paulò poſt habet.

4 Breve hoc Nyſſeni dictum uſque ad illa verba ἀναφές τε καὶ ἀσχημάτιστον, laudatur ab eodem Euthymio pag. 528. Verſiculo, *Utra magis*.

nietur caro, an mens, quæ nec tactum, nec figuram admittit? Quomodo etiam ſine ulla ſui, ut inquit, coactione caro Deo aptatur, quæ puræ virtutis particeps efficitur? Quis enim ignorat virtutem rectum eſſe eligentis voluntatis factũ: caro autem eſt eligentis voluntatis inſtrumentum, motioni mentis inhærens, & iis omnibus, ad quæ movens agit, obſecundans. Liberè autem eligens voluntas nil aliud, quàm mens quædam eſt, & ad aliquid agendum affectio. Si igitur hominem, in quo mens non eſt, puræ virtutis participem fieri dicet, quidnam erit, quod virtutem liberè admittit? Niſi fortè quod vi cogitur, pro eo, quod nullam vim patitur, Scriptor intelligit. Quando enim corpus citra ullam mentis ad meliora propenſionem atque aſſenſum honeſtis in actibus verſatur, non ex liberâ voluntate, ſed ex neceſſitate, rectè facta provenient; qui verò bonum exacto rationis judicio eligit, quacunque vi atque neceſſitate ſuperior eſt, utpote qui ex ſemetipſo ad meliora propenſionem habeat. Quonam igitur pacto Scriptor noſter eum, qui ſine electione ac propoſito operatur, libertate pollere teſtatur, quem nulla propriæ mentis actio ad benefaciendum induxit. Quòd enim quis non liberâ

ναφές τε καὶ ἀσχημάτιστον; πῶς δὲ συναρμόζεται τῷ Θεῷ σὰρξ, ὥς φησιν, ἀβιάστως, ἡ μεταλαμβάνουσα τῆς καθαρᾶς ἀρετῆς; τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι ἀρετὴ προαιρέσεώς ἐστι κατόρθωμα. ἡ δὲ σὰρξ ὄργανόν ἐστι τῆς προαιρέσεως, τῇ ὁρμῇ τῆς διανοίας [1] ἐγκείμενον, πρὸς ὅπερ ἂν ὁ κινῶν ἄγῃ, πρὸς τοῦτο μετατιθέμενον· ἡ δὲ προαίρεσις οὐδὲν ἕτερον εἰ μὴ νοῦς τίς ἐστι, καὶ πρός τι διάθεσις. εἰ οὖν μεταλαμβάνειν [2] φησὶ τὸν ἄνθρωπον καθαρᾶς ἀρετῆς, ἐν ᾧ νοῦς οὐκ ἔστι, τὸ τὴν ἀρετὴν ἑκουσίως ὑποδεχόμενον τί ἂν εἴη; εἰ μὴ ἄρα τὸ βεβιασμένον ἀβίαστον ὁ λογογράφος νοεῖ. ὅτ' ἂν γὰρ μὴ τοῦ νοῦ συντιθεμένου τῇ προτιμοτέρᾳ ῥοπῇ, ἔξω τῶν κατὰ κακίαν ἐνεργημάτων τὸ σῶμα γένηται, ἀνάγκης ἔργον, οὐ προαιρέσεως ἔσται τὸ κατορθούμενον· ὁ δὲ διὰ τῆς τῶν λογισμῶν [3] ἐπικρίσεως τὸ ἀγαθὸν προαιρούμενος, κρείττων πάσης ἀνάγκης καὶ βίας ἐστὶν, οἴκοθεν ἔχων τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον ῥοπήν. πῶς οὖν τῷ ἀπροαιρέτῳ ὁ λογογράφος [4] μαρτύρεται τὸ ἀβίαστον, οὗ μηδεὶς λογισμὸς ἴδιος πρὸς τὸ καλὸν καθηγήσατο; τὸ γὰρ μὴ ἐκ προαιρέσεως ἀναμάρτητον, οὐδὲ ἐπαινετόν ἐστι πάντως,

1 Fortè legendum ἐγκείμενον.
2 Corrector, φῄς.
3 Corrector, ἐπικρίσεως.
4 Corrector, μαρτυρεῖται;

πάντως, ἢ οὕτως καὶ τοὺς ὑπὸ δεσμῶν πρὸς κακουργίαν κωλυομένους ἐπαινεσόμεθα, οὓς ἀφίστησι τῆς τῶν κακῶν ἐνεργείας ὁ δεσμὸς, οὐχ ἡ γνώμη.
» Ἀλλ᾽ ἀβιάστως, φησὶ, τὴν σάρκα ἡ
» θεότης προσάγεται· τὸ ἀβίαστον, δηλαδὴ, τὸ ἑκούσιον λέγει. πῶς οὖν ἄν τις ἐθελοντὴς τῇ ἀρετῇ προσαχθείη, θέλημα οἰκεῖον μὴ κεκτημένος; τὸ γὰρ προαιρεῖσθαι, καὶ βούλεσθαι, καὶ ἡ τοῦ συμφέροντος ἐκλογὴ, καὶ ἡ τοῦ βλάπτοντος [1] μεταβολὴ, ταῦτα πάντα διανοίας ἐστί· τὸ δὲ διανοεῖσθαι τῶν ἀνοήτων οὐκ ἔστιν. εἰ οὖν ἀβιάστως τῷ Θεῷ προσοικειοῦται ἡ σάρξ, μαρτυρεῖται παρὰ τούτων διὰ τοῦ λογογράφου μὴ [2] ἀπροαιρέτως εἶναι ἡ σάρξ, μηδὲ ἀκρίτως τε καὶ ἀνεπισκέπτως τοῦ λυσιτελοῦντος [3] σχεῖν· τὸ δὲ τοιοῦτον οὐκ ἄν τις ἀλογίαν εἴποι. πῶς γὰρ ἂν γένοιτο ἐν τῷ ἀλόγῳ ὁ λόγος; ὥστε οὐ μόνον εἶναι τὸν νοῦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, δι᾽ ὧν λέγει συντίθεται, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους εἶναι. ἡ γὰρ ἑκούσιός τε καὶ ἀβίαστος πρὸς τὸ ἀγαθὸν ὁρμὴ, μαρτυρία τῆς τοῦ νοῦ τελειότητος γίνεται, καὶ ὅτι διανοίας ἐστὶν ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον οἰκείωσις, διὰ τῶν ἐφεξῆς εἰρημένων μάλιστα δείκνυται, οὑτωσὶ κατὰ τὴν λέξιν ἐχόντων, Μεταδιδόντος γάρ, φησι,

non liberâ mentis electione peccati ſit expers, nullam prorſus laudem meretur; alioquin eos etiam, qui vinculis, ne malè agant, impediuntur, laudabimus, quos utique à malis actibus non voluntas arcet, ſed vincula. *Atqui carnem*, ait, *ſine ullâ ejuſdem coactione divinitas ſibi aſciſcit*; nempe non coactum, quod voluntarium eſt, vocat. Quonam itaque pacto qui propriâ voluntate caret, virtutem ſuâ ſponte capeſſet? Nam deliberare, & velle, utilia eligere, & noxia vitare, hęc omnia cogitationis actiones ſunt; cogitare autem, qui carent mente, non poſſunt. Si itaque caro ſine ullâ ſui coactione aptatur Deo, hac utique aſſertione Scriptor teſtatur, carnem eligendi poteſtate non deſtitui, nec temerè & inconſideratè, quod ſibi commodum eſt, appetere; quod autem tale eſt, ratione carere nemo affirmaverit: quomodo enim in eo, qui ratione caret, deliberatio aliqua fieret? Quare non mentem modò ineſſe homini, ſed & præ cæteris ineſſe, dictis ſuis Scriptor affirmat; nam voluntariè aliquem, & non coactè ad bonum moveri, perfectam in eo mentem eſſe teſtatur; & quod bonum ſibi comparare ſit cogitantis facultatis actio, in ſequentibus apertè demonſtratur, quæ ad verbum ita

1 Corrector, ἀποβολή.
2 Corrector, ἀπροαίρετος.
3 Corrector, ἔχειν.

ita ſe habent, *Largientis enim*, inquit, *puram virtutem omni ſubjectæ menti*. Si igitur in mente virtutis puritatem eſſe fatetur, quomodo mentem ab illâ carne excludit, in qua puritatem agnoſcit? Neceſſe enim eſt alterum de duobus falſum eſſe, aut nempe mentem virtutis participem eſſe poſſe, aut mente carere carnem, quæ liberè ſibi virtutem comparat.

XLII. Porrò quæ præcedentibus nec cohærenter, nec conſentaneè ſubjungit, ſuperfluum eſſe arbitror diligenter excutere, quæ in hunc modum ſe habent. *Et omnibus*, inquit, *qui ſecundùm mentem efficiuntur ſimiles Chriſto, & ſecundùm carnem eidem non ſunt diſſimiles*. Quid enim ſibi velit nauſea iſta verborum, admiratores erroris hujus edoceant; nos enim ad ea, quæ ſubinde ſequuntur excutienda progredimur. *Et ſi homini*, inquit, *copulatus eſt Deus, perfectus nempe perfecto, utique duo eſſent; alter quidem naturâ filius Dei, alter verò adoptione*. Lubenter hæc ſcire cuperem ab his, qui talia callent: ſi mente præditum, perfectumque hominem filium adoptivum vocant, hominem ἀνόητον, ita enim mente prorſus deſtitutum nuncupant,

φησι, τῆς καθαρᾶς ἀρετῆς παντὶ τῷ ὑποχειρίῳ νῷ. εἰ οὖν ἐν τῷ νῷ θεωρεῖ τὴν τῆς ἀρετῆς καθαρότητα, πῶς ἐξοικίζει τῆς σαρκὸς [1] ἐκείνης τὸν νοῦν ἐν ᾗ τὴν καθαρότητα βλέπει; ἀνάγκη γὰρ ἓν ἐξ ἀμφοτέρων διημαρτῆσθαι τῷ λόγῳ, ἢ τὸ μεθεκτὴν εἶναι τῷ νῷ τὴν ἀρετὴν, ἢ τὸ ἄνουν εἶναι τὴν σάρκα, τὴν ἀβιάστως [2] τῇ ἀρετῇ προσαχθεῖσαν.

XLII. Ὅσα δὲ προσέθηκε καὶ τὸ [3] ἀπρόσκολλόν τε καὶ ἀνακόλουθον, περιττὸν οἶμαι διεξετάζειν, τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον, Καὶ πᾶσι, φησὶ, τοῖς νοερῶς ὁμοιουμένοις Χριστῷ, καὶ μὴ σαρκικῶς ἀνομοιουμένοις. Τί γὰρ βούλεται ἡ τῶν εἰρημένων ναυτία, διδασκέτωσαν ταῦτα οἱ θαυμασταὶ τῆς ἀπάτης· ἡμεῖς δὲ πρὸς τὰ ἐφεξῆς τοῦ λόγου προέλθωμεν, Καὶ εἰ ἀνθρώπῳ, φησὶ, συνήφθη ὁ Θεὸς, τέλειος τελείῳ, δύο ἂν ἦσαν, εἷς μὲν φύσει υἱὸς Θεοῦ, εἷς δὲ θετός. Ἡδέως ἂν μάθοιμι παρὰ τῶν τὰ τοιαῦτα πεπαιδευμένων, [4] εἰ τὸν ἔννουν καὶ τέλειον ἄνθρωπον, υἱὸν θετὸν λέγουσι, τὸν ἀνόητον ἄνθρωπον, οὕτω γὰρ πάντως τὸν μὴ ἔχοντα νοῦν ὀνομάζουσι, τί προσεροῦσιν; ὁ γὰρ μονογενὴς Θεὸς αὐτὸς

1 In codice Vaticano eſt σκείνης, nos emendavimus ἐκείνης. Vide tamen an legendum ſit σκάνης.

2 Ita Corrector, prius erat τῇ ἀρχῇ.

3 Et hæc Correctoris emendatio eſt; nam antea ſcriptum fuerat ἀπρόσκολόν τι.

4 Correctoris hæc quoque emendatio eſt, nam in textu Vaticani codicis ſcribitur οἱ τὸν ἴσον.

αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἀνελλιπὴς καὶ τέλειος ὤν, τὴν τοῦ ἀληθινοῦ υἱοῦ προσηγορίαν ἔχει, ἐπαληθευούσης [1] τὴν κλῆσιν τῆς φύσεως· ἡ δὲ προσθήκη τοῦ ἡμιτελοῦς ἀνθρώπου ποῖον ὄνομα ἔχει; εἰ γὰρ ὁ τέλειος ἄνθρωπος θετὸς υἱὸς κατὰ τὸν Ἀπολινάριον λέγεται, καὶ ὁ ἡμιτελὴς ἄνθρωπος, καθ' ὃ ἄνθρωπος, ἡμίθετος δηλονότι υἱὸς καὶ οὗτος ὀνομασθήσεται, ἡμισεύων ἐφ' ἑαυτοῦ τὴν τῆς θετοῦ κλῆσιν· ὥστε κυριώτερον εἰπεῖν, ἐκεῖνον μὲν τέλειον τὸν θετὸν εἶναι, τοῦτον δὲ ἥμισυ [2] τῷ τριτημορίῳ λείποντα, κατὰ τὸ βούλημα τῶν ταῖς τοιαύταις [3] τομαῖς μιστυλλόντων τὸν ἄνθρωπον. ἀλλ' εἰ ἀνάρμοστόν ἐστι τῷ Θεῷ τὸ θετὸν ἔχειν υἱόν, ὁμοίως πάντως καὶ ἐπὶ τοῦ τελείου, καὶ ἐπὶ τοῦ ἀτελοῦς ἐστὶ τὸ ἀνάρμοστον· μᾶλλον δὲ καὶ πλέον ἐν τῷ ἠκρωτηριασμένῳ τὸ ἄτοπον. [4] εἰ γὰρ ἀμυδρόν τι, καὶ ἔξω τῆς θεοπρεποῦς ὑπολήψεως τὸ ἄρτιον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐνομίσθη, περὶ τὸ θεῖον βλεπόμενον· πολλῷ μᾶλλον αἰσχρὸν ἂν εἴη τὸ λελωβημένην περὶ αὐτὸν καθορᾶσθαι τὴν φύσιν. οὐ γὰρ ἐπειδὴ νοῦς οὐκ ἔστι, διὰ τοῦτο ἡ σὰρξ πρὸς τὴν τοῦ Πατρὸς φύσιν οἰκείως ἔχει· ἀλλὰ τῆς μὲν τοῦ Πατρὸς

nuncupant, quomodo appellabunt? Unigenitus enim Deus, cum ex ſemetipſo perfectus ſit, nullâque re deficiat, veri quidem filii appellationem obtinet, naturâ ipſâ verum illud nomen eſſe demonſtrante; additamentũ verò imperfecti hominis quale nomen habet? Si enim perfectus homo adoptivus filius juxta Apollinarem dicitur, imperfectus quoque homo, quatenus homo eſt, ſemiadoptivus utique filius vocabitur, cùm dimidiâ tantùm ex parte adoptivi appellationẽ obtineat; ita ut, ſi aptiùs loqui volumus, ille quidem perfectus homo adoptivus ſit; hic verò ſemiadoptivus, utpote qui tertiâ ſui parte ex eorũ ſententiâ deficiat, qui tam multis ſectionibus hominem in minutas dividunt partes. Atqui ſi Deo non convenit adoptivum habere filium, pari prorſus ratione tam de perfecto, quàm de imperfecto idem dicetur. Quin & id magìs in mutilato abſurdum eſſe deprehenditur: nam ſi integra atque perfecta hominis natura, quum circa divinitatem conſideratur, vile quid, & ab opinione, quam de Deo habere nos decet, alienum cenſetur, multò magìs turpe erit mancam mutilamque in eodem intueri naturam. Neque enim caro, quòd mente careat, idcirco peculiarem aliquam cum Patris naturâ neceſſitudinem habet

1 Ita Corrector, antea erat τῇ κλήσει.
2 Corrector, ἤτοι τῷ.
3 Ita Corrector, antea τόλμαις.
4 Corrector, εἰ γὰρ αἰσχρόν τι ἦ.

nem habet; ſed à Patris quidem ſubſtantiâ tā totus homo, quàm ejus pars, ratione naturæ, æquè diſcernitur, & neutrum eorum, quæ nobis inſunt, hoc eſt, neque mens, neque corpus illi naturæ, quæ omnes dignitate ſuperat, ſubſtantiæ ratione conveniet. Et quamvis cæleſte quoddam carnis genus divinitati hæc fabula affingat, non ideo conſubſtantialem Deo carnem illam eſſe ullus rerum æquus æſtimator fatebitur. Porrò ſi caro aliena eſt à Patris ſubſtantiâ, quomodo filius erit, quod à Patre alienum eſt? Neceſſe enim prorſus eſt, cum, [2] qui verè ex aliquo eſt, non aliud planè ſecundùm eſſentiam eſſe; quàm quod eſt ille, qui genuit. Atqui Pater caro non eſt; igitur neque ille prorſus, qui ex ipſo eſt, erit caro; quod enim natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus utique, non caro eſſe dicitur. Si itaque non eſt ex Patre caro, neque Filius profectò erit ex Patre. Quid igitur caro illa vocabitur? Nam qualecunque nomen cæleſtis illius carnis, quam fabuloſè fingit Scriptor, excogitaverint, idipſum nos carni ex hominibus aſſumptæ, congruenter imponemus, & quocunque nomine noſtram vocabunt, eodem prorſus & illa vocabitur. Non eſt filius, quod terrenum eſt; itaque nec illud cæleſte omnino filius erit. Adoptivus eſt filius, quod

τρὸς οὐσίας, ὁμοίως [1] ἄνθρωπος, καὶ ὅλος, καὶ τὸ μέρος κεχώρισται, κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον, καὶ οὐδέτερον τῶν ἐν ἡμῖν, οὔτε ὁ νοῦς, οὔτε τὸ σῶμα πρὸς τὴν ὑπερκειμένην φύσιν τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας οἰκειωθήσεται· κἂν οὐράνιόν τι σαρκὸς εἶδος ἀναπλάσῃ περὶ τὸ θεῖον ὁ μῦθος, οὐδὲ μᾶλλον διὰ τοῦτο ὁμοούσιον εἶναι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὴν σάρκα ἐκείνην ὁ λελογισμένος συνθήσεται. εἰ δὲ ἠλλοτρίωται τῆς πατρικῆς οὐσίας ἡ σὰρξ, πῶς ἂν εἴη υἱὸς τὸ ἀλλότριον; ἀνάγκη γὰρ πᾶσα [2] τὸ ἀληθῶς ἐκ τινὸς ὄν, ἐκεῖνο κατὰ τὴν οὐσίαν εἶναι, ὅπερ ὁ γεννήσας ἐστί. ἀλλὰ μὴν ὁ Πατὴρ σὰρξ οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἂν ὁ ἐξ ἐκείνου πάντως σὰρξ εἴη· τὸ γὰρ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμα, καὶ οὐχὶ σὰρξ εἶναι λέγεται. εἰ οὖν μή ἐστιν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἡ σὰρξ, υἱὸς οὐκ ἔστι, τί οὖν ὀνομασθήσεται; ὅπερ γὰρ ἂν τῇ οὐρανίᾳ ἐκείνῃ τῇ μυθοποιηθείσῃ παρὰ τοῦ λογογράφου ἐπινοήσωσιν ὄνομα, τοῦτο ἡμεῖς τῇ ἐξ ἀνθρώπων ἀναληφθείσῃ σαρκὶ κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἐπιθήσομεν, καὶ ὅπερ ἂν τὸ ἡμέτερον ὀνομάσωσι, τῷ αὐτῷ ὀνόματι κἀκεῖνο κληθήσεται. οὐκ ἔστιν υἱὸς τὸ γήϊνον, οὐδὲ ἐκεῖνο πάντως. θετὸς υἱὸς τὸ γήϊνον, οὐκοῦν

1 Corrector, ἄνθρωπος.

2 Locum hunc uſque ad illa verba σὰρξ εἶναι λέγεται, in Panopliam adverſus hæreſes cum aliis hujus antirrhetici excerptis retulit Euthymius Zigabenus pag. 526. Verſiculo *Qui verè*.

γήϊνον, οὐκ οὖν κἀκεῖνο. υἱὸν δυὰς ἐνταῦθα, κἀκεῖ πάντως. εἷς υἱὸς ἐν ἐκείνῳ ἡ σὰρξ, καὶ ἡ θεότης, τοῦτο καὶ ὧδε. ἐπειδὴ γὰρ ὁμοίως ἀφέστηκε τῆς θείας οὐσίας ἡ κτίσις πᾶσα, τὸ μὲν ἔξω εἶναι τῆς τοῦ Πατρὸς φύσεως, [1] τό γε γήϊνον, καὶ οὐράνιον ἐπίσης συνωμολόγηται. λείπεται δὲ, ὅπερ ἂν τῷ σκοπῷ τῆς φιλανθρωπίας συμβαίνῃ, τοῦτο εὐλογώτερον περὶ τὸν Θεὸν οἴεσθαι. [2] ὄνομα δὲ αὐτῷ ἴδιον, [3] ἐφευρίσκειν μηδὲν, ἀλλὰ τῷ πλεονάζοντι καὶ [4] ἐπικρατοῦντι συνονομάζεσθαι. [5] καθάπερ ἐπὶ τοῦ πελάγους γίνεται· εἰ γάρ τις σταγόνα ὄξους ἐπιβάλῃ θαλάττῃ, καὶ ἡ σταγὼν θάλασσα γίνεται, συμμεταποιηθεῖσα τῇ θαλασσίᾳ ποιότητι· οὕτως ὁ ἀληθινὸς υἱὸς, καὶ μονογενὴς Θεὸς, τὸ ἀπρόσιτον φῶς, καὶ ἡ αὐτοζωὴ σοφία τε, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ δύναμις, καὶ πᾶν ὑψηλὸν ὄνομά τε, καὶ νόημα, ταῦτα ὁ διὰ σαρκὸς φανερωθεὶς τοῖς ἀνθρώποις ἐστί· τῆς δὲ [6] σαρκός ἐστι, τῇ ἰδίᾳ φύσει σαρκὸς οὔσης,

lius, quod terrenum eſt; itaque & illud cæleſte talis erit. Duo hìc filii; & illic quoque duo prorſus erunt. Unus in illo cæleſti filius, caro & divinitas; iſtud & in terreno locum habet. Nam cùm creatæ res univerſæ, à divinâ ſubſtantiâ æqualiter diſtent, ideo à Patris naturâ tam alienum eſſe, terrenum quod eſt, quàm quod cæleſte, fatemur. Supereſt autem, ut quidquid propoſito, conſilioque beneficiis homines afficiendi congruit, id omne potiore jure de Deo opinemur: reſtat quoque, ut cùm [2] nomen, quod ei propriè conveniat, non reperiatur, ex eo, quod in ipſo eminet, abundatque, appelletur. Et quemadmodum in mari accidit; ut ſi quis aceti guttam in illud injiciat, gutta quidem illa mare fiat, in aquæ marinæ qualitatem tranſmutata; ita qui in carne hominibus apparuit, verus quidem eſt Filius, & unigenitus Deus, itemque lumen inacceſſibile, & per ſe ipſam vivens ſapientia, & ſanctificatio, & virtus, & quiquid ſublime dici, aut cogitari poteſt; at verò hæc ipſa ad carnem quoque pertinent,

1 Corrector, τί, τι.

2 Eadem ferè habet Nyſſenus in Orat. de Deitate Filii & Spiritùs S. & de Abraham, prope finem.

3 Corrector, ἐφευρίσκον.

4 Corrector, ἐπικρατοῦντί τι.

5 Hanc ſimilitudinem aceti guttæ mari immiſſæ, in ſimili ſenſu adhibet Nyſſenus lib. 4. contra Eunomium Tom. 2. ejus operum pag. 162. & in libro contra Apollinarem ad Theophilum Ibid. pag. 697. Vide Petavium in Theologicorum Dogmatum tom. 4. qui eſt de Incarnatione, lib. 1. cap. 15. num. 8. & præſertim lib. 10. cap. 1. num. 6. & ſeqq. ubi Nyſſenum hoc exemplo Eutychianorum erroribus non præiviſſe, eruditè demonſtrat; id quod multis ante Petavium ſeculis Anaſtaſius Synaita in Hodegi cap. 13. eruditè præſtitit.

6 Corrector, σαρκὸς τῇ.

tinent, quæ propriâ quidem naturâ caro eſt, ſed in immortalitatis pelagum tranſmutata
2. Cor. 5. 4. fuit, quemadmodum ait Apoſtolus, abſorptum fuiſſe, quod mortale eſt, à vitâ. Quin & cuncta, quæ ſecundùm carnem tunc apparuerunt, in divinam & immortalem naturam commutata ſunt; non pondus, non forma, non color, non renitentia, non mollities, non corporeæ quantitatis circumſcriptio, non aliud quidpiam eorum, quę tunc in ipſo conſpiciebantur, permanſit; commixtione ſcilicet, quæ cum divinitate facta fuit, carneæ naturæ humilitatem in proprietatum divinarum conſortium aſſumente. [2] Itaque nullum nobis periculum eſt, ne in quaternarium numerum Trinitatis myſterium extendatur, ut Apollinaris ait, neque Angelos in hominis ſervitutem redigimus, ut in ſuâ adverſus nos fabulâ aſſerit. Non enim homini ſerviunt, qui Domino ſeipſos inclinant; neque eum adorare erubeſcunt, qui carne ſuſceptâ in hoc mundo verſatus eſt. ([4] Nam *cùm introducit primo-*
Hebr. 1. 6. *genitum*, inquit, *in orbem terræ*, *dicit*; *Et adorent eum omnes Angeli ejus*) Porrò præter partum nulla prorſus eſt in hanc vitam

ingredien-

οὔσης, μεταποιηθείσης δὲ πρὸς τὸ [1] τῆς ἀφθαρσίας πέλαγος, καθώς φησιν ὁ Απόστολος, ὅτι κατεπόθη τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς, συμμετεβλήθη καὶ πάντα, τὰ κατὰ τὴν σάρκα τότε φαινόμενα, πρὸς τὴν θείαν τε, καὶ ἀκήρατον φύσιν· οὐ βάρος, οὐκ εἶδος, οὐ χρῶμα, οὐκ ἀντιτυπία, οὐ μαλακότης, οὐχ᾽ ἡ κατὰ τὸ ποσὸν περιγραφὴ, οὐκ ἄλλο τι τῶν τότε καθορωμένων, οὐδὲν παραμένει, τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἀνακράσεως, εἰς τὰ θεϊκὰ ἰδιώματα τὸ ταπεινὸν τῆς σαρκώδους φύσεως ἀναλαβούσης, [2] ὥστε κίνδυνος ἐστιν οὐδεὶς εἰς τετράδα ἡμῖν τὸν τῆς Τριάδος λόγον πλατύνεσθαι, καθὼς ὁ Απολινάριος λέγει· οὐδὲ τοὺς Αγγέλους τῷ ἀνθρώπῳ δουλαγωγοῦμεν, ὡς ὁ ἐκείνου μῦθος καθ᾽ ἡμῶν λέγει· οὐ γὰρ ἀνθρώπῳ δουλεύουσιν οἱ τῷ δεσπότῃ [3] ἑαυτοὺς ὑποκύπτοντες, οὐδὲ ἐπαισχύνονται προσκυνοῦντες τῷ διὰ σαρκὸς τῇ οἰκουμένῃ ἐπιδημήσαντι [4] (ὅτε γὰρ εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον, φησιν, εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες [5] Ἄγγελοι αὐτοῦ) μία δὲ εἴσοδος [6] ἐπὶ τὴν οἰκουμένην, ἡ διὰ τοῦ τόκου ἐστὶ, καὶ οὐκ ἔστιν ἑτέ-

ρος

1 Corrector, τῆς ἀθανασίας.

2 Locus iſte uſque ad finem hujus capitis, editus eſt in tomo 1. operum Nyſſeni pag. 879. tanquam fragmentum libri cujuſdam adversùs Apollinarem.

3 Edita ἑαυτῶν.

4 Hæc uſque ad alium ſemicirculum deſunt in editis.

5 Corrector, οἱ Ἄγγελοι.

6 Corrector, εἰς τὴν.

ερος [1] ἐντὸς τοῦ βίου τῶν ἀνθρώπων γενέσθαι, μὴ ταύτῃ τῇ εἰσόδῳ χρησάμενον. οὐκοῦν τὴν διὰ σαρκὸς αὐτοῦ γένεσιν, εἴσοδον εἰς τὴν οἰκουμένην ὀνομάζει ὁ λόγος. εἰ οὖν [2] εἰσελθέντι αὐτῷ εἰς τὴν οἰκουμένην, πάντες προσκυνοῦσιν οἱ Ἄγγελοι· ἡ δὲ εἴσοδος [3] διὰ σαρκός ἐστι γένεσις· οὐχ ἡμεῖς δουλαγωγοῦμεν τῷ δεσπότῃ τὸ ἴδιον κτῆμα· ἀλλ᾽ αὐτὴ τῶν Ἀγγέλων ἡ φύσις οὐκ ἀγνοεῖ τὴν [4] ὑπερκειμένην ἑαυτῆς δεσποτείαν· ὥστε σιγάτω [5] προστιθεὶς ἐκεῖνα τῷ λόγῳ τὰ μάταια, τὰ ἄνω ποιοῦμεν κάτω, θεοφόρους Ἀγγέλους θεοφόρῳ ἀνθρώπῳ καταδουλοῦντες.

XLIII. Ἔτι πρὸς τούτοις φησίν.
„ Εἰ ὁ Θεὸν δεξάμενος, Θεός ἐστιν ἀλη-
„ θινός, πολλοὶ ἂν εἶεν Θεοί, ἐπειδὴ
„ πολλοὶ δέχονται τὸν Θεόν. Τί οὖν καὶ πρὸς τοῦτο ἡμεῖς; ὅτι μὲν ὁ Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον ἑαυτῷ καταλλάσσων, ἱκανὸς εἰς μαρτυρίαν ὁ μέγας Παῦλος· εἰ δὲ διὰ τοῦτο οἴεται ὁ λογογράφος πλῆθος Θεῶν παρ᾽ ἡμῶν ἐπεισάγεσθαι τῷ κηρύγματι, ὅτι ὁμολογοῦμεν ἐν Χριστῷ τὸν Θεὸν [6] ἑαυτῷ καταλλάσσειν τὸν κόσμον, ὡς καὶ ἐν ἀνθρώποις τοῦ Θεοῦ γινομένου, ταῦτα [7] ἀπολογούμεθα. εἰ πολλαὶ μητέρες παρθέ-

ingrediendi ratio, nec poteſt quiſpiam in hominũ vitâ commorari, niſi hac viâ fuerit ingreſſus. Et hinc eſt quòd ejus in carne nativitatem, ingreſſum in mundum Scriptura nuncupat. Si igitur ipſum, in orbem terrarum ingreſſum, Angeli omnes adorant, ac ejus ingreſſus ipſa eſt in carne nativitas, non ea; quæ Domini jam juris ſunt, nos Domino ſubjicimus; ſed ipſa Angelorum natura ſuam Domino ſubjectionem non ignorat. Itaque ſileat ille, qui temerè ac inaniter aſſerit, nos ea, quæ ſurſum ſunt, deorſum vertere, dum deiferos Angelos homini deifero mancipamus.

XLIII. His etiam Scriptor addit, *Si ille, qui Deum ſuſcipit, Deus verus eſt, multi utique Dei eſſent, quoniam multi Deum ſuſcipiunt.* Nos verò quid ad hæc? Quòd quidem *Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi*, teſtis idoneus, ac locuples eſt Magnus Paulus. Si verò Scriptor autumat, Deorum multitudinem propterea à nobis induci, quòd profitemur Deum ſibi in Chriſto mundum reconciliare, quaſi multis cum hominibus ſe Deus conjungeret; defenſionem noſtram ita inſtituimus. Si multæ matres ſimul ac virgines fuere; ſi multis mulie- 2. Cor. 5. 19.

ribus

1 Edita ἐντὸς τοῦ βίου γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον, μὴ.
2 Edita εἰσελθόντος αὐτοῦ.
3 Edita ἡ διὰ σαρκὸς.
4 Edita ὑπερκειμένην αὐτῇ δεσποτείαν.
5 Edita προστιθείς.
6 Ita Corrector, malè antea αὐτῷ.
7 Corrector, ἀποκρινόμεθα.

ribus divinæ incarnationis myſterium Gabriel annuntiavit, earumque ſingulis Spiritus ſanctus ſupervenit, & præſto fuit Altiſſimi virtus. Præterea ſi in multos homines tantam à Deo gratiam collatam fuiſſe Prophetæ prædicant, ut in plurali numero dicant, Parvuli nati ſunt
Eſa. 9. 6. nobis, ([2] & filii dati ſunt nobis;)
Ibid. 7. 14. & Virgines in utero concipient; & omnibus, quos pepererint, nomen erit Emanuel; ſi omnes pedibus ſuper undas incedunt, & ineffabili poteſtate tot tantaque hominum millia in deſerto nutriunt, edentium ſatietate panem augentes, in diſcipulorum manibus, veluti agricultura quadam multiplicatum; ſi omnes quatriduanos mortuos è tumulis excitant; ſi omnes Dei agni fiunt, & pro nobis paſcha immolant, & affigunt cruci peccatum, & mortis potentiam deſtruunt, & diſcipulis ſpectantibus cælos repetunt, & ad Patris dexteram ſedent; ſi omnes venturi ſunt judicare orbem terrarū in juſtitiâ, & in omnium nomine cæleſtium, terreſtrium, & infernorum lingua confitetur; tunc utique dabimus multos eſſe Deos, ſi multos hujuſmodi eſſe modò allatis indiciis dignoſceretur. At verò ſi unus eſt Dominus Jeſus, per quem omnia, &

παρθένοι, καὶ πρὸς πολλὰς ἡ μυσταγωγία τοῦ Γαβριὴλ, καὶ πρὸς ἑκάστην ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπέλευσις, καὶ ἡ τῆς τοῦ ὑψίστου δυνάμεως παρουσία. καὶ εἰ [1] περὶ πολλῶν οἱ Προφῆται τὴν χάριν κηρύσσουσιν, ὥστε πληθυντικῶς λέγειν, παιδία ἐγεννήθησαν ἡμῖν ([2] καὶ υἱοὶ ἐδόθησαν ἡμῖν) καὶ αἱ παρθένοι ἐν γαστρὶ λήψονται, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν τεχθέντων πάντων Ἐμμανουήλ ἐστιν· εἰ πάντες πεζῇ τῶν κυμάτων ἐπιβατεύουσι, καὶ τῇ ἀφράστῳ δυνάμει τὰς τοσαύτας χιλιάδας ἐπ' ἐρημίας τρέφουσιν, αὔξοντες τῷ κόρῳ τὸν ἄρτον, τὸν ἐν ταῖς χερσὶ τῶν μαθητῶν γεωργούμενον· εἰ πάντες νεκροὺς τετραημέρους ἐκ τῶν χωμάτων ἐγείρουσιν· εἰ πάντες ἀμνοὶ τοῦ Θεοῦ γίνονται, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν πάσχα θύονται, καὶ τῷ σταυρῷ προσηλοῦσι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ καταλύουσι τοῦ θανάτου τὸ κράτος, καὶ [3] εἰς ὀφθαλμοὺς τῶν μαθητῶν εἰς οὐρανοὺς ἀνατρέχουσι, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς καθέζονται· εἰ πάντες ἐλεύσονται κρῖναι τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ἐν ὀνόματι πάντων ἡ τῶν ἐπουρανίων τε, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων γλῶσσα ἐξομολογεῖται, δώσομεν τὸ πολλοὺς εἶναι Θεοὺς, εἴπερ ἐν τούτοις εἶεν οἱ πολλοὶ τοῖς γνωρίσμασιν. εἰ δὲ εἷς κύριος Ἰησοῦς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐξ

1 Præpoſitionem περὶ Corrector addidit.
2 Quæ ſemicirculis comprehenduntur, Corrector addidit, qui etiam ante verbum παρθένοι articulum delet.
3 Corrector, ἐν ὀφθαλμοῖς.

ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι᾽ αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, καὶ περὶ μόνον αὐτὸν ἡ τοιαύτη τῶν θεοπρεπῶν νοημάτων ἀπαρίθμησις, τίς κίνδυνος πολλοὺς ἀναπλάττειν Θεοὺς, ὅτ᾽ ἂν λέγωμεν, Θεὸν διὰ σαρκὸς ἔμψυχον πεφανερῶσθαι; ὅτι γὰρ ἄνθρωπος τὸ φαινόμενον ἦν, τίς οὕτως τῶν εὐαγγελικῶν διδαγμάτων ἀνήκοος, ὡς ἀγνοεῖν τὸ παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος πρὸς τοὺς Ἰουδαίους λεγόμενον, νυνὶ δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; [1] ὁρᾷς ἐν τοῖς λεγομένοις, τί τὸ ἀποκτεινόμενον [2] ὅλως ὑπέδειξεν, εἰπὼν, ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, οὐ τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον, δι᾽ οὗ ἐφθέγγετο ἡ ἀλήθεια; οὐ γὰρ [3] ἄνθρωπος ἦν ὁ λαλῶν τὴν ἀλήθειαν· ἀλλὰ δηλονότι, ὁ μὲν λαλῶν, Θεὸς ἦν, ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐμεσίτευε πρὸς τοὺς ἀνθρώπους τῇ ἰδίᾳ φωνῇ τὸ λεγόμενον. δι᾽ ὃ καὶ μεσίτης [4] γέγονε Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων, ὡς οὐ δυναμένης τῆς [5] ἀνθρωπίνης φύσεως ἀκράτῳ προσμίξαι τῇ τοῦ Θεοῦ συνουσίᾳ, καὶ διὰ τοῦτο δεομένης τῆς συγγενοῦς αὐτῇ καὶ κατὰ φύσιν φωνῆς, δι᾽ ἧς εἰκὸς χωρεῖσθαι τὴν ἄνωθεν δύναμιν. καταλειπτέον καὶ τοῦτο, πρὸς δὲ τὸ ἐφεξῆς τρεπτέον τὸν λόγον. Οὐδέν, φησιν,

οὕτως

nia, & ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, & in ipſo tantùm hujuſmodi indicia atque inſignia divinitatis enumerare licet, ęcquid periculi eſt, ne plures Deos comminiſcamur, cùm dicimus Deum humanâ præditum animâ, per carnem manifeſtatum fuiſſe? Quòd enim id, quod conſpiciebatur, homo eſſet, quis Evangelicæ doctrinæ uſque adeo ignarus eſt, ut neſciat, dictum hoc ipſius Salvatoris noſtri ad Judæos: *Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus ſum.* Viden in his Chriſti verbis quidnam occiſum fuerit, manifeſtè ſignificari, dum ait, Quæritis me occidere, non veritatem; ſed hominem per quem veritas loquebatur? Neque enim homo,ſed Deus profectò erat, qui loquebatur veritatem; homo verò propriâ ipſius voce hujus ſermonis apud homines interpretem atq; internuntium agebat: quapropter mediator ſeu interpres Dei, hominumque factus eſt, quippe humanæ naturæ ad pura cum Deo colloquia fas non erat accedere, ac proinde affini ac ejuſdem generis voce indigebat, cujus ope ſupernæ Virtutis ſenſa poſſet percipere. Sed & his prætermiſſis, ad ea, quæ ſequuntur, convertendus eſt

Rom. 11. 36.

Jo. 8. 40.

1 Ita Corrector, antea ὁρᾶν.
2 Hæc lectio noſtra eſt, nam in codice ſcribitur. ὅλος.
3 Corrector, ἄνθρωπος ὁ λαλῶν.
4 Corrector, λέγεται.
5 Corrector, ἀνθρωπείας.

dus eſt ſermo; *Nihil*, ait, *æquè conjunctum eſt Deo, atque caro illa, quam aſſumpſit*. O cordatam hominis ſententiam! Nil ita arctè conjunctũ eſt Deo, atque caro, non bonitas, non æternitas, non incorruptio, non omnipotentia, non alia quæpiam earum notionum, quę Deo maximè conveniunt; ſed hæc omnia inferiora ſunt carne, quippe quæ cum Deo commixta, & una cum ipſo effecta fuerit, ob conjunctionem illam, quę inter divinitatem, & carnem eidem adſcititiam intervenit. Hoc autem ipſum Scriptor fatetur; nam qui carnem aſſumptam fuiſſe dicit, eandem utique adventitiam eſſe declarat.

XLIV. Sed & his pretermiſſis, ea etiam, quæ ſequuntur, ſilentio obvolvimus, utpote quę minimè Lectoribus nocere queant, & in ſe habeant, unde fabulæ, nullâ ex parte ſibi conſtantis, fictio redarguatur. Nam cùm primùm ſtatuiſſet nullam aliam earum rerum, quæ de

οὕτως ἥνωται πρὸς Θεὸν, [1] ὡς ἡ σάρξ ἡ ,,
προσληφθεῖσα. ὢ τῆς περιεσκεμμένης αὐτοῦ ἀποφάσεως! οὐδὲν οὕτως ἥνωται πρὸς Θεὸν, ὡς ἡ σάρξ, οὐδὲ ἡ ἀγαθότης, οὐδὲ ἡ [2] ἀϊδιότης, οὐδὲ ἡ ἀφθαρσία, οὐδὲ τὸ ἐπὶ πάντων κράτος, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν θεοπρεπῶν νοημάτων· ἀλλὰ πάντα ταῦτα, τῆς σαρκός ἐστι δεύτερα, συγκείσει τῇ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ τῇ πρὸς ταύτην τῆς τοῦ Θεοῦ ἑνώσεως, καὶ σαρκὸς τῆς [3] ἐπικτηθείσης. ὁμολογεῖ αὐτὸ τοῦτο ὁ λογογράφος· ὁ γὰρ προσειλῆφθαι αὐτὴν εἰπὼν, τὸ ἐπιγεννηματικὸν αὐτῆς ἐνεδείξατο.

XLIV. [4] Καὶ παραδεδραμήμεθα τὰ ἐφεξῆς, ὡς αὐτόθεν ἔχοντα τὸν ἔλεγχον τῆς ἀσυστάτου μυθοποιΐας, καὶ ἀβλαβῆ ὄντα τοῖς ἐντυγχάνουσι σιωπήσαντες· προθεὶς γὰρ τὸ, μηδὲν ἄλλο τῶν [5] ἐπὶ Θεοῦ λεγομένων οὕτως ἡνῶσθαι τῷ Κυρίῳ, ὡς ἥνωται πρὸς αὐτὸν ἡ προσληφθεῖσα σάρξ, ἐπήγαγεν ἐν τῷ συμπεράσματι, ὅτι τὰ μὴ οὕτως ἡνωμένα, οὐδ' οὕτως προσκυνητά, ἑτέραν ἐπιτίθησι κορωνίδα· οὐδὲν δὲ οὕτως προσκυνητὸν, ,,
ὡς ἡ σάρξ τοῦ Χριστοῦ. ταῦτα ὡς καὶ ,,
παι-

Deo affirmantur, æquè Domino conjunctam eſſe atq; carnem illã, quam aſſumpſit; mox in concluſione ſubjungit, ea quæ hoc pacto conjuncta non ſunt, nec eodem pacto adoranda eſſe, quin & hanc aliam coronidem addit, *Nihil autem ita adorandum eſt, quemadmodum caro Chriſti*. Hæc verò, utpote quæ vel pueris

ipſis

1 Tam hic, quàm infra Corrector addidit particulam ὡς.

2 Ita Corrector, malè antea παιδιότης.

3 Corrector, ἐπικτηθείσης, ὡς ὁμολογεῖ.

4 Corrector, καὶ τοῦτο παραδεδραμήμεθα, & interpungit ante τὰ ἐφεξῆς.

5 Corrector, περὶ.

παιδίοις γνώριμον ἔχοντα τὴν ἀτοπίαν [1] μετὰ τῆς ἐννοίας σιωπησώμεθα. εἴποι γὰρ ἂν καὶ ταῖς ἀγοραῖς ἐγκαθήμενα παιδία, καὶ παίζοντα, ὅτι εἰ μηδὲν οὕτως ἐστὶ προσκυνητὸν, ὥσπερ ἡ σὰρξ· ἄρα σεβασμιωτέρα ἐστὶν ἡ τοῦ Χριστοῦ σὰρξ, καὶ αὐτῆς τῆς τοῦ Πατρὸς μεγαλειότητος καὶ τῆς παντοδυνάμου ἐξουσίας, καὶ τῆς πάντων ἀρχῆς, καὶ εἴ τι ἄλλο χωρεῖ ἡ φύσις ἡμῶν περὶ τῆς θείας δυνάμεως φθέγγεσθαι, ὥστε καταλιπόντας τὸ προσκυνεῖν τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μόνην σέβεσθαι, καὶ προσκυνεῖν τὴν παρὰ τούτου προτετιμημένην σάρκα, [2] καὶ ἐκείνῃ τὸ κατὰ πάντων τίθεσθαι κράτος. ὅμοιον δὲ τοῖς προαποδεδομένοις καὶ τὸ ἐφεξῆς ἐπιχείρημα,
» [3] Ἡ σὰρξ τοῦ Κυρίου, φησὶ, προσκυ-
» νεῖται, καθὸ ἕν ἐστι πρόσωπον, καὶ
» ἓν ζῶον [4] μετ' αὐτοῦ. Δύο μνημονεύσας [5] πραγμάτων, Κυρίου, καὶ σαρκὸς Κυρίου, ἓν ζῶον τὰ δύο ἐποίησε. νῦν ἀποκαλύπτει σαφῶς τὸ ἐν τῇ ἐπιγραφῇ τοῦ λόγου δηλούμενον, ἐν ᾗ διδάσκειν κατεπαγγέλλεται περὶ τῆς θείας σαρκώσεως, τῆς καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου· ἐπειδὴ γὰρ ψυχῆς σώματι συνδραμούσης, ἐκ τῆς τῶν ἑτερογενῶν τούτων μίξεώς τε καὶ κοι-

νω-

ipſis abſurda ſtatim videantur, conſultò ſilebimus; ipſi enim qui ſedent in foro, luduntque pueri, ita ratiocinarentur. Si tam adorandum nihil eſt, ſicut caro, ergo magìs veneranda eſt Chriſti caro, quàm ipſa Patris majeſtas, & omnipotentia, & ſummum in res omnes imperiũ, & ſi quid aliud natura noſtra de divinâ potentiâ eloqui valet, ita ut prætermiſſa Patris, Filii, & Spiritûs ſancti adoratione, ſolam venerari, atque adorare antelatam cæteris omnibus ab iſto carnem, eidemque omnipotentiã adſcribere debeamus. Porrò antecedẽtibus ſimilis eſt, quæ ſequitur, ratiocinatio; [3] *Caro*, inquit, *Domini adoratur, quatenus eſt una perſona, & unum animal* [4] *cum ipſo*. Duarum rerum mentionem faciens, Domini, videlicet, & carnis Domini, ex his duobus unum animal efficit. Nunc jam patet quid in tractatûs inſcriptione ſignificet, dum de divinâ incarnatione, ad ſimilitudinem hominum factâ, ſe nos docturum eſſe promittit. Quia namque

ani-

1 Corrector, μετὰ τῆς ἀνοίας σιωπησώμεθα, & mox, καὶ τὰ ταῖς.

2 Corrector, καὶ ἐν ἐκείνῃ.

3 Hoc Apollinaris argumentum, cum Nyſſeni reſponſione, ex hoc opere deſumptâ, refert Euthymius Zigabenus pag. 529. Verſiculo, *Caro, inquit*. Sed argumentum Apollinaris iiſdem verbis expreſſum ibi legimus; non verò Nyſſeni reſponſionem, cujus tantummodo ſenſum, non itidem verba Euthymius retulit.

4 Vide, an interpungendum ſit ante illa verba, μετ' αὐτοῦ, ut ſenſus ſit, carnem Domini adorari cum ipſo, quatenus eſt una perſona, & unum animal; nam proximè ſequens Apollinaris argumentum huic interpretationi favere videtur.

5 Ita Corrector, antea, σημάτων;

animâ ad corpus accedente, ex copulatione iſtarum diverſi generis rerum, atque mixtione, hominum vita conſtat, nec aliter nos conſtitui, quàm per animæ, & corporis conjunctionem jure meritò quiſpiam affirmaverit; propterea hoc ipſum in divinâ etiam naturâ fieri, ineptè animo ſuo fingens Scriptor, ſtatim & in ipsâ tractatûs hujus inſcriptione demonſtraturum ſe pollicetur, divinitatis conjunctionem cum carne ad ſimilitudinē hominis ſpectandam eſſe, & nūc in hac ejuſdem tractatûs parte manifeſtè adſtruere nititur, carnem, & Dominum unam perſonam, atque unum animal eſſe, quaſi diceret, in Paulo ob corporis & animæ conjunctionem idem eſſe, quod latet, atque illud, quod omnium oculis cernitur. Quid ergo ea, quæ modò commemoravimus, accuratâ diſquiſitione refellere convenit? Quis etiam meritò nos inſipientiæ non accuſaverit, quod hiſce perperam excogitatis argumentationibus refutādis immoremur? Ergo quod ſequitur, expendamus. *Si nulla*, inquit, *res creata æquè adoranda unâ cum Domino eſt, ac ejus caro.* Ecquis certamini præerit, præmiaque ponet Apollinari, atque Eunomio, inter ſe de impietatis primatu certantibus? Uter eorum ob exantlatos adversùs veritatem labo-

νωνίας συνίσταται ἡ ἀνθρωπίνη ζωὴ, [1] καὶ οὐκ ἄν τις ἄλλο τι τὴν σύστασιν ἡμῶν ὁρίσαιτο, πλὴν σώματος καὶ ψυχῆς κοινωνίαν· τοῦτο αὐτὸ καὶ περὶ τὴν θείαν φύσιν φαντασθεὶς ὁ λογογράφος, εὐθὺς ἔν τε τῇ ἐπιγραφῇ τοῦ λόγου διδάσκειν κατεπαγγέλλεται, ὅτι καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου, καὶ τὸ θεῖον ἐν σαρκὶ θεωρεῖται, καὶ νῦν ἐν τῷ μέρει τούτω [2] τοῦ λόγου σαφῶς κατασκευάζει, ὅτι ἓν ἐστι πρόσωπον, καὶ ζῶον ἓν, ἥτε σάρξ, καὶ ὁ Κύριος, ὡσανεὶ λέγοι, Παῦλον τὸν αὐτὸν εἶναι τῷ κρυπτῷ [3] τὸν φαινόμενον, διὰ τὴν τοῦ σώματος πρὸς τὴν ψυχὴν συμφυΐαν. τί οὖν ἄρα ἐπεξιέναι προσήκει τοῖς εἰρημένοις, καὶ ἀντιμάχεσθαι; καὶ πῶς οὐκ ἄν τις ἡμᾶς ἀφραίνειν κατῃτιάσατο, τοῖς παρεξεσυρημένοις τῶν νοημάτων ἐνισταμένους; οὐκοῦν τὸ μετὰ τοῦτο κατανοήσωμεν. Εἰ μηδέν, φησι, ποίημα προσκυνητὸν μετὰ τοῦ Κυρίου, ὡς ἡ σάρξ αὐτοῦ. Τίς ἀγωνοθετήσει περὶ τῶν ἐν ἀσεβείᾳ πρωτείων, ἀγωνιζομένῳ τῷ Ἀπολιναρίῳ πρὸς τὸν Εὐνόμιον; τίς ἄρα τῶν ἀριστείων ἐν τοῖς κατὰ τῆς ἀληθείας ἱδρῶσιν ἀξιωθήσεται; τάχα ἄκριτος ἐπ' ἀμφοτέρων ἡ νίκη τῷ [4] ἀμφηρίστῳ καὶ ἰσοπαλεῖ

τῆς

1 Ita Corrector, antea ἢ οὐκ ἄλλο τι.
2 Ita Corrector, antea τῷ λογογράφῳ.
3 Ita Corrector, antea τὸ φαινόμενον.
4 Ita Corrector, antea ἀμφηρίστῳ.

τῆς ἀσεβείας καταλειφθήσεται. ὁ μὲν γὰρ ποίημα τὸν μονογενῆ [1] Θεὸν λέγων, νοερόν τε αὐτὸν, καὶ ἔξω τῆς ἀντιτύπου φύσεως εἶναι οὐκ ἀπομάχεται· [2] αὐτὸς δὲ σύνθετον ἐξ ἀρχῆς αὐτὸν ἐξ ἑτεροφυῶν ἀναπλάσας, ἐκ σαρκός τε καὶ θεότητος συγκεκροτημένον ἓν εἶναι ζῶον κατασκευάζει, [3] καθ' ὁμοίωσιν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. ἡ μὲν γὰρ τοῦ ποιήματος προσκύνησις ἐπ' ἀμφοῖν ἴση· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν τὴν νοεράν τε καὶ ἀσώματον φύσιν πεποιῆσθαι φησίν· οὗτος δὲ προστίθησι καὶ τὸ, σαρκώδη φύσιν εἶναι περὶ τὸ ποίημα, καὶ ταύτην προσκυνεῖσθαι πλέον τῶν λοιπῶν ποιημάτων, ὡς καὶ ἄλλοις ποιήμασι προσαγομένης τῆς προσκυνήσεως, ὃ καὶ τοῖς τὰ Εὐνομίου πρεσβεύουσιν ἀσεβὲς εἶναι ὁμολογεῖται. οὐκοῦν ἐχέτω κατὰ τοῦ Εὐνομίου τὰ νικητήρια, καὶ [4] ἐπαγαλλιάσθω τοῖς τῆς ἀσεβείας στεφάνοις καλλωπιζόμενος· ὅσῳ γὰρ ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα καταδεέστερον, τοσοῦτον ἐν τοῖς τὰ ποιήματα προσκυνοῦσιν, ὁ τὴν σάρκα προσκυνεῖν νομοθετῶν, τῶν τὸ νοερὸν ποίημα σεβομένων ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἀσεβείας ἐστὶν ἀτοπώτερος, καὶ μάλιστα εἰ καὶ ἄλλα προσκυνεῖσθαι ποιήματα λέγοι, ὧν τὸ πλέον

labores, palmâ dignus eſſe cenſebitur? Fortaſſe ob parem in aſſerendâ impietate certantium ardorem, anceps erit, ac neutram in partem inclinata victoria. Nam ille unigenitum Deum factum eſſe affirmans, eundem mente præditum, & à corporeâ naturâ alienum eſſe non negat; hic verò illum ipſum unigenitum Deum ex diverſæ naturæ rebus ab initio compoſitũ fuiſſe fingens, eundem unum eſſe ex carne, ac divinitate, humanæ naturæ inſtar, conflatum animal eſſe ſtatuit. Uterque enim creaturam æquè adorat; ſed Eunomius quidem eam, etſi factã, nihilominus incorpoream, & intelligentiâ præditam eſſe dicit; hic verò non factam tantummódo, ſed & carneam eſſe affirmat, eamque præ cæteris creaturis adorari oportere, quaſi adoratio aliis quoque creatis rebus impertiretur, quod & illi, qui Eunomii dogmata ſuſpiciunt, impium eſſe non diffitentur. Victoriæ itaque adverſùs Eunomium præmia ferat, coroniſque impietatis ornatus exultet; nam quantò in humanâ naturâ corpus infra animam eſt, tantò inter creaturarum cultores, qui carnem adorandam eſſe ſtatuit, illis, quantũ ad impietatem, longè ineptior eſt, qui non niſi intelligentiâ prędicam creaturam colunt; præſertim

ſi non

1 Hæc lectio à Correctore eſt, nam antea erat Θεοῦ.

2 Corrector, οὗτος δὲ.

3 Verba καθ' ὁμοίωσιν, à Correctore ſunt addita.

4 Corrector, ἐπαγαλλιέσθω.

ſi non unâ ipſe, ſed plures creaturas adorandas eſſe dicat, quibus comparata caro majorem præ illis adorationem conſequi mereatur; nulla enim, inquit, creata res æquè adoranda eſt, atque caro Domini. Nam omnia, quæ in rerum creatarum numero habentur, ſive corporea ſint, ſive incorporea, æquè infra poteſtatem divinam ſunt; at nihilominus res creatæ, ſi inter ſe comparentur, aliæ aliis plus minuſve dignitatis habent, cùm incorporea natura eam, quæ corpore, ſenſibuſque prædita eſt, longè antecellat. Quamobrem Eunomius, atque Apollinaris, quatenus quidem res creatas cultu divino dignas cēſent, in impietatis certamine ac pugnâ pares ſunt; at verò qui carnem intellectivæ naturæ præfert, impietate alterum ſuperat. Audiant erroris hujus diſcipuli cum quo, & quibus de rebus magiſtro eorum, contentio ſit.

XLV. Videamus modò compedes illas, ut cum Apollinaris magiſtro loquar, indiſſolubilibus ſyllogiſmorum catenis inſtructas, quibus Lectores conſtringere nititur. *Si hominem*, inquit, *magìs quàm cæteros homines, atque Angelos, cum Deo conjungi quis putat*. Operæpretium itaque eſſet, horum quoque verborum ſenſum expendere; ſed in allatis modò verbis ſenſum aliquem, ſi non

πλέον ἡ σὰρξ διὰ συγκρίσεως κατὰ τὴν προσκύνησιν ἔχει· οὐδὲν γάρ, φησι, ποίημα προσκυνητὸν, ὡς ἡ σὰρξ τοῦ Κυρίου. πάντα μὲν γὰρ ἐπίσης [1] κάτω τῆς θείας ἐστὶ δυνάμεως, ὅσαπερ ἐν τῇ κτίσει καταλαμβάνεται, κἂν ἀσώματον ᾖ, κἂν μετὰ σώματος. ἀλλ' ἔχει πρὸς ἑαυτὴν ἡ κτίσις διὰ συγκρίσεως ὑπερβολὴν, καὶ ἐλάττωσιν, τῆς τῶν ἀσωμάτων φύσεως [2] προτερευούσης παρὰ τὴν αἰσθητήν τε καὶ σωματώδη κατάστασιν· ὥστε καθὸ μὲν τῷ ποιήματι λατρεύειν οἴονται δεῖν Εὐνόμιός τε, καὶ Ἀπολινάριος, ἰσοπαλεῖς ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἀσεβείας εἰσὶ, καὶ ἀμφήριστοι· ὁ δὲ τῇ σαρκὶ παρὰ τὴν νοερὰν φύσιν τὰ πρωτεῖα νέμων, τὸ πλέον εἰς ἀσέβειαν ἔχει. ἀκουσάτωσαν οἱ μαθηταὶ τῆς ἀπάτης πρὸς τινὰ τῷ διδασκάλῳ αὐτῶν, καὶ περὶ τινῶν ἡ ἅμιλλα.

XLV. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὴν ἐφεξῆς ἀλυκτοπέδην, κατ' αὐτὸν εἰπεῖν τὸν Ἀπολιναρίου διδάσκαλον, ἣν ταῖς ἀλύτοις [3] σειραῖς τῶν συλλογισμῶν [4] διασφίγξας προτείνεται. Εἰ ἄνθρωπόν, φησιν, οἴεταί τις ἑνοῦσθαι Θεῷ παρὰ πάντας ἀνθρώπους, καὶ Ἀγγέλους. Ἄρα χρὴ καὶ τὴν ἐν τούτοις διεξετάζειν διάνοιαν· ἀλλ'-

1 Ita Corrector, prius erat κατὰ τὸ τῆς.
2 Ita Corrector, antea προτορευούσης.
3 Ita emendandum cenſeo Vaticanum codicem, in quo legitur, σμραῖς, nullo ſenſu.
4 Ita Corrector, antea διασφήγξας, manifeſto librarii errore.

λ᾽ ὅμοιον ἂν εἴη ψυχὴν ἐν λίθῳ ζητεῖν, καὶ ἐν ξύλῳ φρόνησιν, καὶ ἐν τοῖς ἐκτεθεῖσι ῥήμασιν ἔμφασίν τινος ἐνθυμήσεως, οὐ λέγω τῆς κρείττονος, ἀλλὰ τῆς γοῦν εἰς τὸ ἀσεβὲς συντελούσης. [1] μᾶλλον δὲ ἐκ τῆς συμφράσεως μαρτυρηθείη τὸ τῶν λε-
» γομένων ἀξυνόητον. Ποιήσει μὴ
» [2] αὐτεξουσίους τοὺς Ἀγγέλους, καὶ τοὺς
» ἀνθρώπους, ὡς οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτεξού-
» σιος· φθορὰ δὲ τοῦ αὐτεξουσίου ζώου,
» τὸ μὴ εἶναι αὐτεξούσιον· οὐ φθείρεται
» δὲ ἡ φύσις ὑπὸ τοῦ ποιήσαντος αὐ-
» τήν· οὐκ ἄρα ἑνοῦται ὁ ἄνθρωπος
Θεῷ. Βαβαὶ τῆς ἀνάγκης! ὡς ἄλυτοι τῶν συλλογισμῶν αἱ πλεκτάναι! ἀφαιρεῖται τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν Ἀγγέλων τὸ αὐτεξούσιον ἡ πρὸς τὸ θεῖον ἕνωσις, καὶ φθορὰ τοῦ αὐτεξουσίου ζώου τὸ μὴ εἶναι αὐτεξούσιον γίνεται, καὶ εἰ ταῦτα τιθείη, ἀποδείκνυται τὸ μὴ ἑνοῦσθαι ἄνθρωπον Θεῷ. τί τοιοῦτον οἱ ἐγγαστρίμυθοι; τί δὲ οἱ ἐκ γῆς φωνοῦντες, καὶ ἐγκαρδίους μαντείας πεπαιδευμένοι παραπλήσιον τούτοις ἀποφοιβάζουσιν; ἀφαιρεῖται τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν Ἀγγέλων ἡ αὐτεξουσιότης, ἐὰν [3] ἡνώθη τῷ Θεῷ τὸ ἀνθρώπινον. μὴ οὐκ ἦν ἄνθρωπος ὁ εἰπών, νυνὶ δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄν-
θρω-

ſi non bonum & exquiſitum, at certè ad impii ſui dogmatis cõfirmationem nonnihil ſaltem conducentem inveſtigare, perinde omnino eſſet, ac in lapidibus animam, aut in ligno intelligentiam quærere. Quin & ex his, quæ uno tenore, eodemque conſilio ſubjungit, quàm incompræhẽſibilia ſint ejus verba, poterit confirmari. *Angelos*, inquit, *ac homines arbitrii libertate ſpoliabit, quemadmodum & caro libertate deſtituitur. Corruptio autem eſt animalis libero arbitrio præditi, non eſſe ſui juris, ſuæque poteſtatis: natura autem ab ejus conditore non corrumpitur. Homo ergo nequaquam Deo conjungitur*. Papæ, quæ argumentorum vis! Quàm indiſſolubiles ſyllogiſmorum laquei! Liberum homini, Angeliſque arbitrium tollit, quæ cum divinitate fit unitio, & ejuſmodi libertate carere, corruptio eſt animalis libero arbitrio præditi; & ſi pro veris hæc ut habeantur, effecerit, hominem Deo conjungi non poſſe ex hoc ipſo demonſtratur. Quid tale unquam ventriloqui effutiunt? Quid etiam his unquam ſimile hariolantur, qui è terrâ voces edunt, & ex imo pectore vaticinia fundere didicerunt? Homines, & Angeli arbitrii libertate ſpoliantur, ſi Deo humana natura conjungitur. Nunquid homo non erat, qui dixit,

Nunc

1 Corrector, μᾶλλον δ᾽ ἄν.
2 In textu Vaticani codicis tam hìc, αὐτεξουσίως, quàm infrà, σὰρξ αὐτεξουσίως, ſcribitur, ſed utrobique Correctoris emendatio neceſſaria nobis viſa eſt.
3 Corrector, ἑνωθῇ.

Joan. 8. 40. *Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus ſum?* Nonnè divinâ fuit cum naturâ commixtus, qui omnem ſibi ineſſe divinam virtutem oſtendit, dum quidquid lubet, propriâ efficit poteſtate? Atqui ſi non ita res erat, explodatur Evangelii teſtimonium, mendacii omnino convincentur tum Paulus, tum Prophetæ, tum etiam ii omnes, qui mirabilia de Domino prænuntiarũt, & qui patrata deinceps ab ipſo miracula enarrarunt. Sin verò ita omnino res fuit, ut Deus in carne manifeſtatus ſit, & caro divinæ naturæ commixta, unum quid cum ipſâ effecta fuerit: ergo quoniam ita ſeſe res habuit, periit juxta poeticam fabulam, in humanâ naturâ libertas arbitrii, & ſervi facti ſunt Angeli, liberi arbitrii eâdem de causâ jacturam paſſi. O abſurdam vocum novitatem! Qualis etiam illatio eſt, dicere, corruptio autem animalis arbitrii libertate prædíti eſt, eâdem libertate privatum eſſe. Nunquid ſervos ex animalium albo tollit, quoniam hi ſub dominorum poteſtate poſiti, per vitæ curriculum ab alterius arbitrio pendent? nam illum, qui liberi arbitrii compos eſt, animal eſſe Scriptor decernit;

θρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; μὴ οὐκ ἀνεκράθη τῇ θείᾳ [1] φύσει ὁ πᾶσαν τὴν θεϊκὴν δύναμιν ἐν ἑαυτῷ δεικνὺς, κατ' ἐξουσίαν ἐνεργῶν ὅπερ ἐβούλετο; εἰ μὲν οὖν οὐκ ἐγένετο τοῦτο ἐν ἐκείνῳ, [2] παραγραφέσθω τὴν εὐαγγελικὴν μαρτυρίαν, ψεύδους πάντως καὶ ὁ Παῦλος ἁλώσεται, καὶ οἱ Προφῆται, καὶ πάντες οἱ τὰ θαύματα περὶ τοῦ Κυρίου προκαταγγέλλοντες, καὶ οἱ τὰ μετὰ ταῦτα γεγονότα διηγησάμενοι. εἰ δὲ ἀληθῶς γέγονε τοῦτο, καὶ Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, καὶ ἡ σὰρξ ἡ ἀνακραθεῖσα τῇ θείᾳ φύσει ἓν πρὸς ἐκείνην ἐγένετο, ἆρα κατὰ τὸν ποιητικὸν μῦθον, ἀπόλωλε τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τὸ αὐτεξούσιον, καὶ κατεδουλώθησαν Ἄγγελοι, ἐπειδὴ τοῦτο ἐγένετο, [3] ζημιωθέντες τοῦ αὐτεξουσίου τὴν χάριν. ὢ τῆς παραλόγου [4] καινοφωνίας! οἵα δὴ καὶ ἡ ἐπαγωγὴ, τὸ λέγειν, [5] φθορὰ δὲ τοῦ αὐτεξουσίου ζώου ἐστὶ τὸ μὴ εἶναι αὐτεξούσιον. ἆρα οὐκ ἀριθμεῖ τὸ οἰκετικὸν ἐν τοῖς ζώοις, ὅτι μὴ αὐτεξουσίως οἰκονομεῖται παρὰ τὸν βίον, τῇ ἐπικρατούσῃ δυναστείᾳ δεδουλωμένον; ἐν γὰρ τῷ αὐτεξουσίῳ τὸ ζῶον εἶναι, [1] τί-

1 Ita Corrector, antea φύσει ἅπασαν.

2 Corrector ſcripſit in margine ſine ullâ notâ, καὶ ἐν τούτῳ ἐκεῖνο; quare incertum eſt, an hæc verba ſubjungenda ſtatim ſint poſt, ἐν ἐκείνῳ, an potiùs adnotatione illâ nos monere voluerit, ut legamus, οὐκ ἐγένετο ἐν τούτῳ ἐκεῖνο.

3 Corrector, μειωθέντες,

4 Corrector, κενοφωνίας! οἷα δὴ.

5 Secuti hic ſumus Correctoris emendationem, nam in textu Vaticani cod. legitur, τὸ λέγειν, φθορὰ δὲ τοῦ αὐτεξουσίου ἐγένετο. ἆρα.

¹ τίνα ὁ λογογράφος ὁρίζεται. ᾧ δὲ μὴ πάρεστιν ἡ αὐτοκρατὴς τοῦ θελήματος κίνησις, μηδὲ ζῶον οἴεσθαι τοῦτον εἶναι νομοθετεῖ. οὐκοῦν νεκρὸς ἦν ἐκεῖνος ὁ Χαναὰν, ὅτε τοῖς ἀδελφοῖς διὰ τὴν ἀταξίαν κατεδουλώθη, νεκρὸς ὁ οἰκέτης τοῦ Ἀβραὰμ, νεκρὸς Γιεζὶ τὸ τοῦ Ἐλισσαίου παιδάριον, καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις νεκρὸς ὁ Ὀνήσιμος, νεκροὶ πάντες οἱ Ἑκατοντάρχαι δουλεύοντες· καὶ τί ταῦτα λέγω, τεθνᾶσι πάντες οἱ ὑπεζευγμένοι ταῖς τῶν κρατούντων ἀρχαῖς, ἐν οἷς κωλύεται τὸ αὐτεξούσιον θέλημα. ἀλλὰ καὶ οἷς ὁ Παῦλος νομοθετεῖ ταῖς ὑπερεχούσαις ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι, νεκροὶ πάντως εἰσὶ, κἂν ψυχαὶ ὦσι, τῇ ἀπουσίᾳ τοῦ αὐτεξουσίου φθαρέντες, καὶ μηκέτι ζῶα εἶναι δυνάμενοι· τοῦτο γὰρ κελεύει ὁ Ἀπολιναρίου μῦθος, ἵνα τὴν ἄψυχον ἐκείνην σάρκα συζεύξῃ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ, εἴτ' οὖν ἄψυχον, εἴτ' οὖν ἀνόητον, πρὸς ἀμφότερα γὰρ ἐπίσης ὁ μῦθος βλέπει· ἀλλὰ τὸ μὲν ἄψυχον νεκρός ἐστι· τὸ δὲ δίχα διανοίας ἔμψυχον κτηνός ἐστιν, ὅπερ οὐδὲ αὐτὸς οὗτος ἀποφεύγει ὡς ἄτοπον, ἀφαιρούμενος τῆς σαρκὸς ἐκείνης τὸ αὐτεξούσιον. τῶν γὰρ ἀλόγων ἴδιον, τὸ μὴ ἐφ' ἑαυτῶν εἶναι, ἀλλ' ὑποτετάχθαι τῇ τοῦ ἀνθρώπου ἀρχῇ.

XLVI. Ἀλ-

cernit; at verò qui libero voluntatis motu deſtituitur, hunc neque animal cenſendum eſſe ſtatuit. Igitur mortuus erat Chanaan ille, quando ob petulantiam ſervus effectus eſt fratrum, mortuus etiam erat Abrahami famulus, mortuus & Giezi puer Eliſæi, & in poſterioribus temporibus mortuus erat Oneſimus, mortui etiam Centuriones omnes ſub alterius poteſtate conſtituti. Verùm quid hæc ajo, mortui ſunt omnes, qui Principibus rerum dominis ſubduntur; quorum voluntatis libertas impeditur. Sed & illi, quos Paulus mandat ſūmis poteſtatibus ſubdi, mortui omnino ſunt, tametſi animâ præditi, quòd libertate arbitrii carentes perierint, neque ampliùs inter animantia locum habere poſſint; hoc enim conficta ab Apollinari fabula jubet, ut carnem illam animâ deſtitutam, Deo, qui cuncta ſupereminet, jungat, ſive animâ, ſive mente orbata ſit caro illa, utrunque enim æquè reſpicit fabula. Atqui cadaver quidem eſt, quod animâ caret; quod verò animam ſine mente habet jumentum utique eſt; id quod nec Scriptor iſte tanquam abſurdum refugit, ab illâ carne tollens libertatem arbitrii; irrationalium quippe animalium proprium eſt, hominis imperio ſubjici, non verò ſuæ poteſtatis eſſe. *Gen. 9. 25.*

XLVI. Sed

1 Dictio, τίνα, ſuperVacanea videtur eſſe.

XLVI. Sed & his omiſſis, ad alia pergamus; meis autem verbis adverſarii ſententiam referam, brevitatis causâ. Ex tribus rebus conſtare hominem dicit, ſpiritu, animâ, & corpore, quaſi hoc Apoſtolus in epiſtolâ ad Theſſalonicenſes
I. Theſſal. 5.23. definiat, ſubditque hanc trium puerorum cantici partem, nempe, *Benedicite ſpiritus, & animæ juſtorum*. Deinde, & illud,
Rom. 1.9. *In ſpiritu*, inquit, *ſervire Domino*. Et illa Evangelii verba inſuper addit, quibus docemur, eos, qui adorant Deum, in ſpiritu adorare oportere. Hæc ubi pluribus diſſeruit, aliud quid prætereа ſubdit exiſtere, carnem videlicet, repugnantem ſpiritui; hanc autem non inanimem eſſe dicit, ut eo pacto oſtendat tertium quid præter animam & corpus eſſe ſpiritum. Si igitur ex tribus homo conſtat; Dominus autem homo eſt; ergo ex tribus prorſus conſtat & Dominus, ſpiritu, nempe, animâ, & corpore. Ut autem manifeſtum fiat, quibus in rebus non rectè divinarum literarum ſenſum aſſequatur, breviter de ſingulis, quos allegat, Scripturæ locis tractabimus. Et primùm quidem in illud Pauli Apoſtoli inquiramus; neque enim in tres illas, in quas nos diſtribuimus partes, hominem dividit Paulus, dum

XLVI. Ἀλλ' ἐάσθω καὶ ταῦτα. πρὸς δὲ τὰ ἐφεξῆς τοῦ λόγου μετέλθωμεν. λέξω δὲ τῇ ἐμαυτοῦ φωνῇ τὴν τοῦ ἐναντίου διάνοιαν συντομίας χάριν. ἐκ τριῶν εἶναι τὸν ἄνθρωπόν φησι, πνεύματος, καὶ ψυχῆς, καὶ σώματος, ὡς καὶ τοῦ Ἀποστόλου τοῦτο διὰ τῆς πρὸς Θεσσαλονικεῖς ἐπιστολῆς δογματίζοντος, καὶ ἐπάγει τῆς [1] ὑμνῳδίας τῶν τριῶν παίδων τοῦτο τὸ μέρος, τὸ, εὐλογεῖτε πνεύματα, καὶ ψυχαὶ δικαίων, εἶτα καὶ τὸ, ἐν πνεύματί, φησι, λατρεύειν τῷ Κυρίῳ, καὶ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου φωνὴν παρατίθεται, δι' ἧς διδασκόμεθα, τοὺς προσκυνοῦντας [2] Θεῷ, ἐν πνεύματι δεῖν προσκυνεῖν. ταῦτα διεξελθὼν, [3] προστίθησι εἶναί τι παρὰ τοῦτο, τὴν σάρκα, τὴν ἀντιστρατευομένην τῷ πνεύματι· ταύτην δὲ οὐκ ἄψυχον λέγει, ὡς [4] διὰ τοῦτο δείκνυσθαι τρίτον εἶναι τὸ πνεῦμα παρὰ τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ σῶμα. εἰ οὖν ἐκ τριῶν, φησὶν, ὁ ἄνθρωπος· ἄνθρωπος δὲ καὶ ὁ Κύριος· ἐκ τριῶν πάντως ἐστὶ καὶ ὁ Κύριος, πνεύματος, καὶ ψυχῆς, καὶ σώματος. ἵνα τοίνυν τὸ διημαρτημένον αὐτοῦ τῆς περὶ τῶν θείων γραφῶν ὑπολήψεως γένηται δῆλον, ἐν ὀλίγῳ τὰ καθ' ἕκαστον τῶν εἰρημένων διαληψόμεθα, καὶ πρῶτόν γε τὸ ἀποστολικὸν ἐξετάσωμεν. οὐ γὰρ τὸν ἄνθρωπον τρισὶ τμήμασι κα-

1 Corrector, συνῳδίας.
2 Corrector, Θεὸν.
3 Corrector, προστίθησιν τὸ ἕτερον εἶναι:
4 Corrector, διὰ τούτου.

καταμερίζων ὁ Παῦλος κατά γε τὸν ἡμέτερον λόγον, τοῖς Θεσσαλονικεῦσιν ἐκεῖνα γράφει, ὁλοτελῶς αὐτοὺς ἁγιασθῆναι εὐχόμενος τῷ Κυρίῳ, ἐν σώματι, καὶ ψυχῇ, καὶ πνεύματι. ἀλλά τίς ἐστι φιλοσοφία περὶ τοῦ κατὰ τοῦτον τὸν βίον προαιρέσεως διαφόρως ὑψηλοτέρα, οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν οἷς πρὸς τοὺς Κορινθίους ποιεῖται τὸν λόγον. οἶδε γὰρ ἐκεῖ τινὰ σάρκινον ἄνθρωπον, καὶ πνευματικὸν πάλιν ἕτερον, καὶ διὰ μέσου τῶν δύο τὸν ψυχικὸν, τὸν μὲν ἐμπαθῆ καὶ ὑλώδη, σάρκινον προσαγορεύων· τὸν δὲ μὴ βαρούμενον τῷ ἐφολκίῳ τοῦ σώματος, ἀλλ' ἐν τοῖς ὑψηλοῖς τὴν διάνοιαν ἔχοντα, πνευματικὸν ὀνομάζων· τὸν δὲ μηθέτερον [1] ἀκριβῶς ὄντα, καὶ πρὸς ἑκάτερον ἔχοντα τὴν κοινωνίαν, ψυχικὸν ἀποκαλῶν. ταῦτα δὲ λέγων, οὔτε τὸν σάρκινον τοῦ κατὰ τὸν νοῦν, ἢ τὴν ψυχὴν ἐνεργείας ἐστερῆσθαι λέγει· οὔτε τὸν πνευματικὸν τῆς πρὸς τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν συμπλοκῆς ἀλλότριον δείκνυσιν· οὐδὲ τὸν ψυχικὸν, ἢ ἄνουν, ἢ ἄσαρκον ὑποτίθεται· ἀλλ' ἐκ τοῦ πλεονάζοντος τὰς ἐπωνυμίας ταῖς προαιρέσεσι τίθεται. ὅτε γὰρ ἀνακρίνων τὰ πάντα καὶ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρινόμενος, καὶ ἔνσαρκός ἐστι, καὶ ἔμψυχος, καὶ πνευματικὸς ὀνομάζεται· καὶ ὁ κατὰ τῆς εὐνῆς τῆς πατρῴας τῷ τῆς σαρκὸς πάθει λυσσήσας, οὔτε

dum ad Theſſalonicenſes ſcri-
bens, Dominum orat, ut ipſi I.Theſ.5.23.
per omnia in corpore, animâ,
& ſpiritu ſanctificentur;ſed quę-
dam longè ſublimior de noſtræ
vitę inſtituto philoſophandi ra-
tio eſt non ſolùm hoc in loco,
ſed & ubi ad Corinthios verba
facit. Novit enim ibi carnalem
quendam hominem, & rurſus I. Cor.2.13.
ſpiritualem alium, & medium & 3.1. &
inter hos duos animalem homi- 15.43.
nem; cum quidem, qui pertur-
bationibus obnoxius eſt, terre-
niſque rebus inhæret, carnalem
vocans; cum verò, quem cor-
poris ſarcina non aggravat, ſed
in excelſis mentem habet poſi-
tam, ſpiritualem nominans; il-
lum tandem, qui neutrum eo-
rum prorſus eſt, & tamen cum
utroque communionem habet,
animalem appellans. Hæc au-
tem aſſerens, nec carnalem ho-
minem mentis,vel animæ actio-
nibus deſtitutum eſſe dicit, nec
ſpiritualem à conjunctione cum
animâ & corpore alienum eſſe
oſtendit, neque animalem ho-
minem vel mente, vel carne ca-
rere ſtatuit; ſed ſingulis vitæ in-
ſtitutis ex eo, quod in unoquo-
que eorum magis eminet, no-
men imponit. Qui enim judicat
omnia, & à nemine judicatur, & ſi carnem,atque animam habeat, I.Cor.2.13.
ſpiritualis nihilominus nũcupatur;& qui libidinis furore abreptus, Ibid.5.1.
cubi-

1 Corrector, ἀκριβώσαντα καὶ πρὸς ;

cubile paternum invaſerat, nec animâ, nec mente orbatus erat: ſimiliter etiam, qui inter probam, atque improbam vitæ rationem medium tenet, neutrâ caret, quippe qui & mente preditus eſt, & carne circumveſtitur; ſed quemadmodum diximus, ex eo, quod in unoquoque vitæ genere magìs apparet, nomen aptè deſumens Apoſtolus, eos quidem, qui voluptatibus, ac intemperantię ſerviũt, & ad rixoſas contentiones proclives ſunt, carnales vocat; illos verò, qui omnes quidem dijudicant, nullam verò judicii de ſe ferendi anſam aliis præbent, ob vitæ ſublimitatem, ſpirituales nominat: denique animalem nuncupat, qui in horum medio poſitus, tantò ſpirituali inferior eſt, quantò ſuperior carnali. Quoniam igitur eum, qui virtute profecit, non ſolùm vult vitę ſublimitatis teſtimonio cõprobari; ſed & inſuper ad Deum reſpicere, cùm vel corporis neceſſitatibus ſervire cogitur, ac præterea, ſi quid aliud agat, quod tam ad animæ, quàm ad corporis facultates pertineat, nec tunc quidem Dei vult oblivi-
Cor. 10. 31. ſci; *Sive enim*, inquit, *manducatis, ſive bibitis, ſive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite*; ita ut corporis etiam neceſſitatibus

οὔτε ἄψυχος ἦν, οὔτε διανοίας κεχώριστο· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ μέσως ἔχων τοῦ τε ἐπαινετοῦ, καὶ τοῦ κατεγνωσμένου, ἐν ἑκατέροις ἐστὶ, καὶ νοῦν ἔχων ἐν ἑαυτῷ, καὶ τὴν φύσιν τῆς σαρκὸς περικείμενος· ἀλλὰ, καθὼς εἴρηται, πρὸς τὰ φαινόμενα τοῦ βίου γνωρίσματα τῆς προσηγορίας κυρίως ἐφαρμοζούσης, οἱ μὲν ἀπολαυστικοί τε, καὶ φιλήδονοι, καὶ πρὸς τὰς ἐριστικὰς φιλονεικίας ἐνθύμως ἔχοντες, σάρκινοι λέγονται· οἱ δὲ τὰ πάντα μὲν ἀνακρίνοντες, αὐτοὶ μηδεμίαν παρέχοντες τοῖς βουλομένοις, ἀνακρίσεως λαβὴν, διὰ τὸ ὑψηλὸν τῆς πολιτείας πνευματικοὶ ὀνομάζονται· ψυχικὸν δὲ [1] τὸν μεταξὺ τούτων ἑστῶτά φησι, ὃς τοσοῦτον [2] ὑποβέβηκε τούτου, ὅσον ἐκείνου ὑπεραναίστηκεν. ἐπειδὴ τοίνυν βούλεται τὸν διʼ ἀρετῆς τελειούμενον, μὴ μόνον ἐν τῷ ὑψηλῷ μαρτυρεῖσθαι βίῳ· ἀλλὰ κἄν τι τῶν σωματικῶν ἐνεργῇ, πρὸς Θεὸν βλέπειν, κἄν τι τῶν μέσων, μηδὲ οὕτως τοῦ Θεοῦ ἀπολείπεσθαι. εἴ τε γὰρ ἐσθίετέ, φησιν, εἴ τε πίνετε, [3] εἴ τε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε. ὡς [4] καὶ διὰ τῶν σωματικῶν ἀσχολημάτων τοῦ σκοποῦ τῆς θείας

vacan-

1 Ita Corrector, antea τὸ.
2 Corrector, ὑποβέβηκε τοῦ τὸν ἴσον.
3 Ita Corrector, & ſacer textus, malè Vaticani codicis ſcriptor omiſerat, τι.
4 Ita Vaticanus codex; ſed cùm inter particulam καὶ, & articulum τῶν, veſtigium lituræ paucarum quarundam literarum appareat, nos propoſitionem διὰ, hic expunctam à Correctore fuiſſe conjecimus.

θείας δόξης μὴ ἀποπίπτειν· διὰ τοῦτο τοῖς Θεσσαλονικεῦσιν, ἤδη διὰ πάντων πρὸς τὸ κρεῖττον ὑπειλημμένοις, ὁλοτελῆ τὸν ἁγιασμὸν διὰ τῆς εὐλογίας χαρίζεται, εἰπὼν, ὁ δὲ Θεὸς ἁγιάσει ὑμᾶς ὁλοτελεῖς, καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ σῶμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ πνεῦμα, τουτέστι, πᾶν τὸ σωματικὸν, καὶ ψυχικὸν, καὶ πνευματικὸν ἐπιτήδευμα πρὸς ἁγιασμὸν βλέποι. οὗτος ὁ ἡμέτερος λόγος. εἰ δέ φησιν ὁ Ἀπολινάριος, διὰ τούτου ἰδίως τὸν νοῦν εὐλογεῖσθαι, καὶ τὸ σῶμα πάλιν, καὶ τὴν ψυχὴν ἰδιαζόντως, [1] διαςεῖλαι τὸ ἐφ' ἑκάστου τούτων εὐλογίας τὴν δύναμιν, πῶς ὁλόκληρον τὸ σῶμα φυλάσσεται, τὸ πάντη, καὶ πάντως ἐν τῷ θανάτῳ διαπεσούμενον; πῶς ὁλόκληρον τὸ δι' ἐγκρατείας ὑποπιεζόμενόν τε καὶ ῥικνούμενον, καὶ διὰ τῆς σκληροτέρας δουλαγωγίας σαθροποιούμενον; πῶς ἄντις εἴποι τὸν πτωχὸν ἐκεῖνον Λάζαρον μὴ διημαρτηκέναι τῆς εὐλογίας, τοῖς τοιούτοις ἕλκεσι βρύοντα καὶ διὰ τῶν ἰχώρων ἐκδαπανώμενον; ἀλλὰ, κἂν παράδοξον εἰπεῖν, ἐν ἐκείνῳ τῷ σώματι τῷ διεῤῥυηκότι τοῖς ἕλκεσιν, ἐντελὴς ἦν ἡ εὐλογία τοῦ Παύλου· ὁλόκληρον γὰρ αὐτοῦ τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ διὰ τῆς πνευματικῆς πολιτείας [2] διεσώθη; ὅτι οὐ κατεσπάσθη ταῖς

vacantes, glorificando Deo ſemper incumberent: idcirco Theſſalonicenſibus, qui jam per omnia ad perfectiora niti credebantur, integram ſanctificationem ſuâ benedictione largitur, inquiens; *Deus autem ſanctificet vos per omnia, & integrum corpus veſtrum, & anima, & ſpiritus*; hoc eſt, corporis, animæ, & ſpiritûs cura atque ſtudium omne ad ſanctitatem reſpiciat. Hęc noſtra de hoc Apoſtoli loco sẽtentia eſt. Quod ſi Apollinaris dicat, propterea mentem ſeorſim à cæteris, atque itidem corpus, & animam privatim benedici, ut in unoquoque eorum propriæ benedictionis vim effectumque diſcernat; quomodo corpus integrũ permanet, quod in morte uſquequaque concidit? Quomodo integrum erit, quod abſtinentiâ extenuatum redditur, atque rugoſum, & præ duriori captivitate contabeſcit? Quomodo aliquis dixerit, pauperem illum Lazarum benedictione hac non fruſtratum fuiſſe, qui tot plagis affectus erat, & ſanie conſumebatur? ſed, licèt mirum dictu videatur, in illo tamen corpore, quod ulceribus diffluebat, Pauli benedictio plenum ſortiebatur effectum; nam ejus corpus ab animâ per ſpiritualis vitę diſciplinam inte-

1 Corrector, διαςεῖλαι; ſed fortaſſe legendum, ἰδιαζόντως, ὡς διαςεῖλαι; facile enim fuit librario ob ſimilem vocis antecedentis terminationem, particulam illam omittere.

2 Corrector, συνεσώθη.

integrum ſervabatur, quoniam à ſublimiori ſpe ad inhoneſtum aliquid cogitandum violentiâ carnis non fuit adductus; nam caro animam ejus non diſtraxit, neque ejus mentem ullæ corporis perturbationes exagitarunt.

XLVII. Canticum quoque trium puerorum, in quo ſpiritus, & animæ juſtorum ad laudes ſimul Deo canendas advocantur, animas privatim, itemque ſpiritus ſeorſim ab animis Deum laudare nō jubet, quemadmodum cenſet Apollinaris. Ecqua enim laude anima ſola, ſine ullâ mentis actione, Deum proſequi poterit? nam anima, mente carens, quemadmodum jam ſæpe diximus, jumentum eſt, ratiocinandi, & cogitandi facultate deſtitutum. Quoniam igitur juxta Scriptoris noſtri ſẽtentiam ab animâ noſtrâ mentem Scriptura ſejungit; concedatur ergo fieri poſſe, ut à ſpiritibus Deo laudatio reddatur, cùm ipſe ſpirituum nomine mẽtem intelligat. Si autem animam aliud quidpiam à mente diverſum eſſe putat, quomodo laudabit Deum mentis expers? Quomodo hymnus Deo placebit, quem mentis carentia concinnaverit? Preterea quid mente opus erit animæ, ſi Deo laudibus celebrando ſibi ſola ſufficiat, per ſe ſolam hymnum canens, & mentis ad id peragendum auxilio nihil indi-

ταῖς τῆς σαρκὸς ἀνάγκαις ἀπὸ τῆς ὑψηλοτέρας ἐλπίδος εἰς τι τῶν ἀπρεπῶν νοημάτων· οὐ γὰρ παρεῖχεν ἡ σὰρξ τῇ ψυχῇ περισπασμὸν, οὐδὲ ἐπεθορυβεῖτο πάθεσι τοῖς σωματικοῖς ἡ διάνοια.

XLVII. Ἥτε τῶν τριῶν ὑμνῳδία παίδων, πνεύματα, καὶ ψυχὰς δικαίων πρὸς κοινωνίαν τῆς δοξολογίας παραλαμβάνουσα, οὐκ ἰδίᾳ τὰς ψυχὰς αἰνεῖν διακελεύεται, καὶ ἰδίᾳ τῶν ψυχῶν τὰ πνεύματα, καθὼς ὁ Ἀπολινάριος οἴεται. τίς γὰρ ἂν γένοιτο τῆς ψυχῆς ἰδιάζων αἶνος, [1] μὴ διὰ τῆς διανοίας πληρούμενος; ψυχὴ γὰρ διανοίας κεχωρισμένη, καθὼς ἤδη πολλάκις εἴρηται, κτηνός ἐστι τῆς λογικῆς τε, καὶ διανοητικῆς ἐνεργείας ἀμέτοχον. τί οὖν ἄρα τὸν νοῦν, καθὼς οὗτός φησιν, ἀποχωρίζει τῆς [2] ψυχῆς ἡμῶν, δεδόσθω δυνατὸν εἶναι παρὰ τῶν πνευμάτων πληροῦσθαι τὸν αἶνον τοῦ Θεοῦ, διότι νοῦν εἶναι λέγει τὰ πνεύματα: εἰ δὲ τὴν ψυχὴν ἄλλο τι παρὰ τὸν νοῦν οἴεται, πῶς αἰνέσει τὸν Θεὸν ὁ ἀνόητος; τίς δ' ἐξ ἀνοίας [3] ἀρέσει τῷ Θεῷ ὑμνῳδία; τίς δ' ἂν ἔτι χρεία γένοιτο τοῦ νοῦ τῇ ψυχῇ, εἴπερ ἐπὶ τῆς θείας δοξολογίας αὐτάρκης [4] εἴη, καθ' ἑαυτὴν ὑμνῳδοῦσα, καὶ μηδὲν

1 Corrector, μὴ τῆς διανοίας:
2 Supra, ψυχῆς ἡμῶν. Corrector ſcripſit, γρ. καὶ ὑμνῳδίᾳ, quod indicare videtur legi etiam poſſe, ψυχῆς ὑμνῳδία:
3 Ita Corrector, antea ἁρμόσει.
4 Ita Corrector, antea οὐ.

μηδὲν τῆς τοῦ νοῦ συνεργίας προσδεομένη; ἀλλ' οὐ ταῦτα παρὰ τῶν ἐξηγησαμένων ἡμῖν μεμαθήκαμεν· ἀλλ' ἐπειδὴ [1] ἰσάγγελοί εἰσιν αἱ ψυχαὶ, τῶν σωματικῶν λυθεῖσαι δεσμῶν, καθὼς ὁ Κύριος λέγει, διὰ τοῦτο τῇ μετὰ τῶν πνευμάτων συζυγίᾳ τὴν πρὸς τοὺς Ἀγγέλους τῶν ψυχῶν ὁμοτιμίαν ὁ λόγος ἐνδείκνυται· πνεύματα γὰρ οἱ Ἄγγελοι κατὰ τὸν εἰπόντα Προφήτην, ὁ ποιῶν τοὺς Ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, μεθ' ὧν ὑμνῳδεῖν οἱ τρεῖς παῖδες, καὶ τὰς τῶν δικαίων ἀξιοῦσι ψυχάς. ὁ δὲ Σωτὴρ λέγων ἐν πνεύματι δεῖν προσκυνεῖν τὸν Θεὸν, οὐ τὸν νοῦν δηλοῖ τῇ προσηγορίᾳ τοῦ πνεύματος· [2] ἀλλὰ τὸ μὴ δεῖν σωματικάς τινας περὶ τὸ θεῖον τὰς ὑπολήψεις ἔχειν. ἐπειδὴ γὰρ ἡ Σαμαρεῖτίς φησι πρὸς τὸν Κύριον ἐν τῷ ὄρει δεῖν προσκυνεῖν τὸν Θεὸν, ὡς [3] ἐμπεριγεγραμμένον τόπῳ, ὅπερ οὐκ ἔξω τῆς σωματικῆς ὑπονοίας ἐστὶ, διὰ τοῦτό φησι πρὸς τὴν πεπλανημένην ἐκ τῆς ἀληθείας ὁ λόγος, [4] ὅτι πνεῦμα ὁ Θεὸς, τουτέστιν, ἀσώματος, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, [5] μὴ σωματικῶς δύνασθαι προσεγγίζειν τῷ ἀσωμάτῳ· ἀλλ' ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ πληροῦν τὴν προσκύνησιν. ἀντι-

indigens? Atqui talia à ſacris interpretibus nunquam didicimus. Sed quoniam animæ corporeis ſolutæ vinculis, æquales ſunt Angelis, quemadmodum ait Dominus, propterea dum in illo trium puerorum cantico ſpiritibus animæ junguntur, animarum parem eſſe cum Angelis dignitatem Scripturæ ſermo demonſtrat: quippe Angeli ſpiritus ſunt, juxta Prophetam dicentem, *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus*; quibuſcum tres pueri juſtorum quoque animas hymnum Deo canere poſtulant. Denique Salvator dum ait, Deum adorari oportere in ſpiritu, mentem ſpiritûs appellatione non denotat; ſed nil corporeis rebus conveniens de divinitate opinari oportere ſignificat. Cum enim Samaritana mulier dixiſſet ad Dominum, in monte adorandum eſſe Deum, veluti is loco circumſcriberetur, quæ aſſertio illi opinioni conſona eſt, quam de corporeis rebus habemus; propterea ad aberrantem à veritate mulierem Chriſtus ait, Deum eſſe ſpiritum, hoc eſt, incorporeum, & eos, qui adorant eum, non poſſe corporaliter ad incorporeum accedere, ſed in ſpiritu, & veritate

Luc. 20. 36.

Pſal. 103.

Joan. 4. 20.

1 Corrector, ἰσάγγελοι τῶν δικαίων εἰσὶν αἱ ψυχαί, & mox ἐκλυθεῖσαι.

2 In textu Vaticani codicis legitur ἀλλὰ τὸ δεῖν πνευματικάς τινας; ſed nobis melior viſa eſt Correctoris emendatio.

3 Corrector, ἐμπεριγεγραμμένον τῷ τόπῳ.

4 Corrector, ὅτι εἰς τὸ πνεῦμα ὁ Θεός.

5 Neceſſariam particulam μὴ Corrector addidit.

ritate adorationem adimpleri debere. Admonitionem quippe ſuam, juxta duplicem mulieris ignorantiam Chriſtus diſtinguit, dum veritatem quidem à figurâ, ſpiritum verò ab opinionibus, ad res corporeas accomodatis, diſcernit. Quapropter Paulus quoque veritati Rom. 1. 9. aſſenſum præbens, dicit, ſe non in figurâ, nec in corpore, ſed in ſpiritu ſervire Domino. Quod autem idem Paulus ait, Carnem legi Dei non ſubjici, id ipſum ad eorundem dogmatis errorem redarguendum apprime facit; nam repugnare, & captivare, & non ſubjici, aliaque omnia his ſimilia, ad liberè eligentis facultatis actus pertinent. Quòd ſi mens non ſit, profectò nec etiam liberè eligendi facultas erit. Quam igitur carnem Apollinaris animâ, & liberè eligendi facultate præditam dicit, eam utique nec mente deſtitutam eſſe fatetur. Sed quamvis caro tantùm dicatur, nihilominus cuncta, quæ humanæ naturæ conveniunt, in ſe ipsâ continere dicendum eſt; ita ut homo dici non poſſit, ſi aliquâ ex illis rebus deficiat, quæ ad ejus naturam omnibus numeris abſolvendam requiruntur.

ἀντιδιαστέλλει γὰρ τὰς διορθωτικὰς φωνὰς ταῖς διπλαῖς ἀγνοίαις, τὴν μὲν ἀλήθειαν τῷ τύπῳ, τὸ δὲ πνεῦμα ἀντιδιαιρῶν ταῖς σωματικαῖς ὑπολήψεσι· τούτου χάριν καὶ ὁ Παῦλος, οὔτε ἐν τύπῳ, οὔτε ἐν σώματι, ἀλλ᾽ ἐν πνεύματι λατρεύειν φησὶ τῷ Κυρίῳ, τῇ ἀληθείᾳ ἑπόμενος. τὸ δὲ λέγειν, ὅτι ἡ σὰρξ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται, αὐτόθεν ἔχει τὸν τοῦ δόγματος αὐτῶν ἀπάτης τὸν ἔλεγχον· τὸ γὰρ ἀντιστρατεύεσθαι, καὶ αἰχμαλωτίζειν, καὶ μὴ ὑποτάσσεσθαι, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, προαιρέσεώς ἐστιν ἐνεργήματα· νοῦ δὲ μὴ ὄντος, οὐδ᾽ ἂν ἡ προαίρεσις εἴη. οὐκοῦν ἣν φησιν Ἀπολινάριος σάρκα [1] ἔμψυχον, καὶ ἐμπροαίρετον, ταύτην οὐδὲ τοῦ νοῦ κεχωρίσθαι ὁμολογεῖ· ἀλλὰ κἂν σὰρξ λέγηται μόνον, [2] τὸν τῆς ἀνθρωπότητος λόγον ἐν ἑαυτῇ περιέχει, ὡς μὴ δύνασθαί τινος τῶν συμπληρωτικῶν τῆς φύσεως λειπόμενον, [3] ἄνθρωπον λέγεσθαι.

XLVIII. Ἀλλ᾽ ἐκ τριῶν, φησὶν, ὁ ἄνθρωπος. δεδόσθω τοῦτο, κἂν μὴ κατ᾽ ἀνάγκην ἡμᾶς ὁ λόγος τῇ συγκαταθέσει προσάγηται. ἀλλὰ

καὶ

XLVIII. *Atqui ex tribus*, inquit, *rebus homo conſtat*. Concedatur hoc, quamvis ratio iſta neceſſariò nos ad aſſentiendum non

adducat,

1 Corrector, ἔμψυχόν τε καί.
2 Corrector, τὸν τελείας τῆς ἀνθρωπότητος.
3 Corrector, ἄνθρωπον ἐπὶ τὸ λειπόμενον λέγεσθαι.

„ καὶ ὁ Κύριος, ἄνθρωπός, φησι,
„ λεγόμενος, ἐκ τριῶν κἀκεῖνος, πνεύ-
„ ματος, καὶ ψυχῆς, καὶ σώματος·
Οὐδὲ τούτῳ τέως ἀντιμαχόμεθα· πάν-
τα γὰρ ὅσα τὴν ἡμετέραν συμπληροῖ
φύσιν, καὶ περὶ ἐκεῖνον τὸν ἄνθρω-
πον εἶναί τις λέγων, οὐχ ἁμαρτήσεται.
„ Ἀλλὰ καὶ ἐπουράνιος ἄνθρωπος,
„ περὶ τοῦ Κυρίου τοῦτο λέγει, καὶ πνεῦ-
„ μα ζωοποιοῦν. Καὶ ταῦτα δεχόμεθα.
ἡμετέρα γὰρ, εἰ πρὸς τὸ δέον ἐκλη-
φθείη [1] αὐτοῦ ἡ διάνοια. ὁ γὰρ ἀνα-
κραθεὶς τῷ ἐπουρανίῳ, καὶ μετα-
ποιήσας διὰ τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον ἐπι-
μιξίας τὸ γήϊνον, [2] οὐκ ἂν χοϊκὸς,
ἀλλ' ἐπουράνιος λέγοιτο. καὶ ὁ τῷ
ζωοποιῷ Πνεύματι. [4] ὁ δὲ ποιῶν ἐφ'
ἡμῖν τὴν ἐνέργειαν, καὶ πνεῦμά ἐστι
ζωοποιοῦν. ἀλλ' ἴδωμεν πρὸς τί
[3] κέχρηται τοῖς εἰρημένοις ὁ λογογράφος.
„ Εἰ ἐκ πάντων, φησὶ, τῶν ἴσων ἡμῖν
„ ἐστὶ τοῖς χοϊκοῖς ὁ ἐπουράνιος ἄνθρω-
„ πος, [5] (ὥστε καὶ τὸ πνεῦμα ἴσον ἔχειν
„ τοῖς χοϊκοῖς) οὐκ ἐπουράνιος, ἀλλ'
„ ἐπουρανίου Θεοῦ δοχεῖον. Πολὺ μὲν ἐν
τοῖς εἰρημένοις ἐστὶ τὸ ἀσαφὲς, καὶ
[6] δυσφώρατον, διὰ τὴν ἑρμηνευτι-
κὴν

adducat. *Sed & Dominus*, inquit, *cùm homo dicatur*, *ex tribus & ille rebus conſtat*, *ſpiritu*, *nempe*, *& animâ*, *& corpore*. Nec huic ſententiæ admodum repugnabimus. Nam omnia, quæ naturam noſtram completam reddunt, ſi quis in homine illo extitiſſe dicat, non aberrabit à vero. *Sed & cæleſtis homo eſt* (de Chriſto hæc dicit) *itemque ſpiritus vivificans*. Et iſta quoque probamus; nam & hæc noſtra ſententia eſt, ſi tamen ab ipſo in eum, in quem decet, ſenſum, accipiatur. Qui enim cum eo, quod cæleſte eſt, commiſcetur, & per hanc cum re præſtantiori commixtionem, quod terrenum eſt in melius tranſmutat, is jure merito non terreſtris, ſed cæleſtis dicetur. Idem de vivificante ſpiritu [4] dicendum; qui autem bonos actus in nobis operatur, & ipſe ſpiritus vivificans eſt. Sed videamus, ad quid probandum allatis modo rationibus Scriptor utatur. *Si ex illis omnibus*, inquit, *rebus*, *quę in nobis*, *qui terreni ſumus*, *pariter æqualiterque reperiuntur*, *cæleſtis homo conſtat*, [6] (*ita ut ſpiritum quoque*, *perinde ac terreni homines*, *habeat*.) *non cæleſtis erit*; *ſed tantùm cæleſtis Dei receptaculum*. Multa quidem in hiſce verbis obſcuritas,

1 Corrector, αὐτῶν.
2 Corrector, οὐκ ἔτι ἄν.
3 Corrector, κέχρηται.
4 Aut hic nonnulla deſunt, aut mendoſa eſt hujus loci lectio, cujus latinam verſionem ita concinnavimus, ut integer, vel nullâ in re depravatus eſſe videatur. Cæterum interpunctionem ante particulam ἢ, Corrector addidit.
5 Semicirculis incluſa Corrector addidit.
6 Ita Corrector, antea erat δυσφόρατον. Vide autem an legendum ſit δυσφόρητον, quod verbum apud Suidam reperitur.

ſcuritas, nec quid ſibi velit auctor, præ abſurdâ ejuſdem elocutione diſcernitur; ſed nihilominus facile erit ejus ſententiam palàm facere. Ait enim, hominem illum, ſi mente quidem careat, cæleſtem eſſe; ſi verò nullâ ſui parte deficiat, non ampliùs cæleſtem, ſed cæleſtis Dei receptaculum eſſe. In hocce Apollinaris effato, utrumnam quis magìs abhominetur? Perfectionem ne divinitati impedimento eſſe cenſere, quominus carni conjungatur, quaſi caro mente deſtituta, aptior, convenientiorque ad recipiendam divinitatem extiterit; an Deum quidem cæleſtem eſſe credere, eum verò, qui cæleſtem Deum in ſemetipſo recipiat, non ibi eſſe, ubi Deus manere creditur; ſed alio potiùs in loco, quàm in cælo exiſtere, & alio potiùs nomine, quàm cæleſtis hominis nuncupari: Nam ſi, juxta Apollinarem, cæleſtis Dei receptaculum homo eſt, Deus autem in cælo ſurſum, quemadmodum Eccleſiaſtes ait; ergo qui in ſemetipſo Deum recipit, uno eodemque in loco eſt, in quo ille manet, quem recipit, & pro terreſtri cæleſtis propriè vocatur. Quamobrem ſi cohærenter loqui velit Apollinaris, ſuiſmet dictis palàm adſtruit verum dogma, quod vel ipsâ adverſariorum ſapientiâ confirmatur.

Eccl. 5. 2.

XLIX. Sed

κλὼ ἀτονίαν· πλὼ ἀλλὰ ῥᾴδιον ἀνακαλύψαι τὸ βούλημα. φησὶ γὰρ, εἰ μὲν [1] ἐλλειπὴς εἴη τῷ νῷ ἐκεῖνος ὁ ἄνθρωπος, ἐπουράνιον αὐτὸν εἶναι· εἰ δὲ ἄρτιος εἴη, μηκέτι ἐπουράνιον, ἀλλὰ δοχεῖον [2] γενέσθαι τοῦ ἐπουρανίου Θεοῦ· ἐν τούτοις δὲ τί ἄν τις τῶν εἰρημένων περὶ τοῦ ἑτέρου βδελύξαιτο; τὸ ἐμποδίζεσθαι τῇ ἀρτιότητι τὸ θεῖον οἴεσθαι, ὡς οἰκειοτέρας παρὰ τὴν νῦν τῆς σαρκὸς οὔσης πρὸς τὴν τῆς θεότητος ἕνωσιν· ἢ τὸ τὸν Θεὸν μὲν ἐπουράνιον πιστεύειν εἶναι, τὸν δὲ δεξάμενον ἐν ἑαυτῷ τὸν Θεὸν τὸν οὐράνιον, μὴ ἐκεῖ εἶναι, ὅπου ὁ Θεὸς εἶναι πιστεύεται· ἀλλ᾽ ἑτέρωθι παρὰ τὸν [3] οὐρανὸν εἶναι, καὶ ἄλλο τι παρὰ τοῦτο κατονομάζεσθαι; εἰ γάρ, [4] φησιν ὁ Ἀπολινάριος, οὐρανίου Θεοῦ δοχεῖόν ἐστιν· ὁ δὲ Θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καθὼς ὁ Ἐκκλησιαστὴς λέγει· [5] ἄρα ὁ χωρήσας ἐν ἑαυτῷ τὸν Θεὸν, μετὰ τοῦ χωρηθέντος ἐστὶν, ἐπουράνιος ἀντὶ χοϊκοῦ κυρίως λεγόμενος, ὡς καὶ δι᾽ ὧν φησὶν ὁ λογογράφος, εἴπερ τὸ ἀκόλουθον τοῖς ἰδίοις λόγοις [6] ἐπίσατο, σαφῶς τὸ δόγμα τῆς ἀληθείας κατασκευάζεται, τῇ σοφίᾳ τῶν ἐχθρῶν κρατυνόμενον.

XLIX. Ἀλλὰ

1 Corrector, ἐλλιπὴς εἴη τῷ νοῒ ὁ ἄνθρωπος, οὐράνιον αὐτ.
2 Corrector, γίνεσθαι.
3 Corrector, οὐράνιον.
4 Corrector, καθώς φησιν.
5 Corrector, ἄρα καὶ ὁ.
6 Corrector, ἐπίσατο.

XLIX. Ἀλλὰ τὸ ἐφεξῆς ἐξετάσωμεν. „Εἰ δὲ ἡμεῖς μέν, φησιν, ἐκ „τριῶν· αὐτὸς δὲ ἐκ τεσσάρων· οὐκ „ἄνθρωπος, ἀλλὰ ἀνθρωπόθεος. Μὴ γελάτω πρὸς τὸ μωροφανὲς τοῦ ῥήματος καὶ ἀνόητον ὁ ἐντυγχάνων τῷ λόγῳ· στεναζέτω δὲ μᾶλλον πρὸς τὴν ἑκούσιον πήρωσιν τῶν τῇ ἀλογίᾳ ταύτῃ δεδουλωμένων. ἐὰν πᾶσα ἡ ἀνθρωπίνη φύσις τῇ ἐπισκηνώσει τῆς θείας δυνάμεως σώζηται, ἀνθρωπόθεος [1] ὁ Θεὸς λόγος ὀνομασθήσεται, καὶ καθάπερ οἱ μῦθοι, ἐκ διαφόρων συμπλέκοντες φύσεων, τερατεύονται ζῶον, καὶ σχήματα, καὶ ὀνόματα, ἱππελάφους, καὶ τραγελάφους, καὶ τὰ τοιαῦτα πλάσσοντές τε καὶ ὀνομάζοντες. οὕτως καὶ ὁ νέος μυθοποιὸς; κατὰ τοὺς διδασκάλους αὐτοῦ τῆς ποιήσεως; καταχλευάζει τὸ θεῖον μυστήριον, καὶ τοῦ Ἀποστόλου διαῤῥήδην βοῶντος, ὅτι [2] δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις ἐκ νεκρῶν, οὐχ ἡμίσεως ἀνθρώπου, οὐδὲ μικρόν τι ὑπὲρ τὸ ἥμισυ ἔχοντος, ἀλλὰ τῷ ἀπολύτῳ τῆς φωνῆς ἀμείωτον ἐνδειξαμένου τὴν φύσιν, τὴν σημαινομένην ἐν τῷ ὀνόματι· οὗτος μινώταυρον ἡμῖν διὰ τῆς αἰσχρᾶς ταύτης ὀνοματοποιΐας, [3] τερατεύεται τὸ μυστήριον, πολλὰς παρέχων τοῖς ἀλλοτρίοις τῆς πίστεως ἀφορμὰς, δι' ὧν εἴρηκεν,

XLIX. Sed quæ deinceps ſequuntur expendamus, *Si autem nos quidem*, inquit, *ex tribus conſtamus, ipſe verò ex quatuor, non homo erit, ſed homo-Deus*. Stultitiam atque dementiam, quam poſtremum hoc verbum redolet, lector ne rideat; ſed potiùs voluntariam eorum cæcitatem deploret, qui ineptiis hiſce mancipantur. Si humana natura, dum divina virtus in ipsâ inhabitat, integra permanſerit, Deus Verbum vocabitur homo-Deus; & quemadmodum fabulæ, diverſas ſimul jungentes naturas, animal aliquod monſtruoſum comminiſcuntur, figuras, & nomina, equicervos, & hircocervos, aliaque his ſimilia fingentes, atque nominantes; ita & novus iſte fabularum inventor, juxta magiſtros, qui eum talia figmenta docuerunt, divinum myſterium ſubſannat; & cum Apoſtolus altâ voce clamet, *Per hominem reſurrectio mortuorum*; 1.Cor.15.21. quibus verbis non dimidium hominem, nec paulò plus dimidio habentem intelligit, ſed abſolutè hominem dicendo, integram eſſe naturam, quæ illo nomine ſignificatur, oſtendit; hic minotaurum nobis per turpem hanc nominum fictionem incarnationis myſterium eſſe prodigiosè confingit, multas ſuis in verbis ad deri-

1 Articulum Corrector addidit.
2 Prepoſitionem Corrector hic etiam addidit.
3 Corrector, γρ. καὶ ποιεῖ τὸ μυστήριον indicans hoc etiam modo legi poſſe.

ad deridendam fidem noſtram, illis, qui ab eâdem diſſentiunt, anſas præbens. Nullo enim pacto fieri poteſt, ut qui noſtra dogmata deridenda cunctis præbere voluerit, abſurdam hanc vocis compoſitionem prætermittat, ſive Scriptoris ſententiam, ſive noſtram meliorem eſſe cenſuerit: utram enim ſententiam veram eſſe dixeris, nunquam efficies, ut duarum naturarum compoſitio nomine illo non exprimatur; nam qui è cælo carnem eſſe dicit, eam utique veram carnem eſſe adſtruit: caro autem, quæ ab animatâ quadam naturâ regitur, & vivendi in ſemetipsâ facultatem habet, quemadmodum etiam vult Apollinaris, appellationem hominis propriè obtinet: qui autem ipſam aſſumpſit, perque eam ſeipſum manifeſtavit, diverſum prorſus quid ab illâ carne naturâ eſt; nam & ipſum aſſumptionis nomen diverſitatem naturæ tam aſſumpti, quàm aſſumentis oſtendit. Quid igitur vetabit, etiam ſi hæc locum habeant, Deum, qui in carne apparuit, abſurdâ illâ nominis fictione traduci, ut qui ita conſtitutus eſt, juxta temerarium Apollinaris vocabulum Homo-Deus nuncupetur. Nam nec

Hircocervo,

εἴρηκεν, εἰς τὸ χλευάζειν τὸν λόγον τῆς πίστεως, οὐ γάρ ἐστι τὸν διασύρειν ἐπὶ γέλωτι τὰ δόγματα θέλοντα, τῆς ἀτόπου ταύτης συνθέσεως [1] τὸν λόγον ἀποσπασθῆναι, κἂν τὸ τοῦ λογογράφου, κἂν τὸ ἡμέτερον ἐπικρατέστερον εἶναι δόξῃ. ὅ, τι γὰρ ἂν ἐξ ἀμφοτέρων εἴπῃς, τὴν ἐκ τῶν δύο φύσεων σύνθεσιν οὐκ ἀφαιρήσεις τοῦ λόγου. οὐ γὰρ [2] ὁ ἄνωθεν φήσας εἶναι τὴν σάρκα, τὸ μηδὲ σάρκα αὐτὴν εἶναι κατασκευάζει· ἡ δὲ σάρξ [3] ἐμψύχῳ τινὶ φύσει διοικουμένη, καὶ ζωτικὴν ἐν ἑαυτῇ δύναμιν ἔχουσα, καθὼς καὶ ὁ Ἀπολινάριος βούλεται, τὴν τοῦ ἀνθρώπου προσηγορίαν κυρίως [4] ἔχει· ὁ δὲ προσλαβόμενος αὐτὴν, καὶ ἑαυτὸν δι' ἐκείνης φανερώσας, ἕτερος τῇ φύσει πάντως [5] παρ' ἐκείνην ἐστίν· αὐτὸ γὰρ τὸ τῆς προσλήψεως ὄνομα τὴν κατὰ φύσιν ἑτερότητα τοῦ προσλαβομένου παρὰ τὸ προσειλημμένον ἐνδείκνυται. [6] (τί οὖν τὸ κωλύον ἔσται,) κἂν ταῦτα κρατῇ, τὸν ἐν σαρκὶ φανερωθέντα Θεὸν διὰ τῆς ἀτόπου ἐκείνης ὀνοματοποιίας ὑβρίζεσθαι, ὥστε καὶ τὸν οὕτως συνεστηκότα κατὰ τὴν τολμηρὰν τοῦ Ἀπολιναρίου φωνὴν ἀνθρωπόθεον λέγεσθαι; οὐδὲ γὰρ [7] τὸν

τραγέλαφον,

1 Corrector, τῷ λόγῳ.
2 Corrector articulum addidit.
3 Corrector, ἐν ἀψύχῳ.
4 Ita Corrector, antea erat ἐχὼν.
5 Ita Corrector, antea παρ' ἐκείνου.
6 Corrector addidit quæ ſemicirculis includuntur.
7 Et hæc lectio à Correctore eſt, nam antea ſcriptum fuerat τῶν τραγελάφων.

τραγέλαφον, ἐπειδὴ ὅλῳ τῷ ἐλάφῳ ἐξ ἡμίσεως προσεφύη τὸ τράγειον, ἢ τὸ ἔμπαλιν περὶ τὴν τῶν ζώων ἐγένετο μίξιν, ὥστε ἀκεραίῳ τράγῳ προσφυῆναι τὸ ἐλάφιον μέρος, διὰ τοῦτο κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον ὁ μῦθος ὠνόμασεν. ἀλλὰ τὸ ὁπωσοῦν μεταχεῖν ἑκατέρας τῆς φύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων σύνθεσις διερμηνεύει. ὥστε κατὰ τὸν λογογράφον, εἰ ἔστιν ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος, καὶ Θεὸς, ὁπωσοῦν τὴν συνάφειαν ἔχων, εἴτε πάσης συνδραμούσης τῆς φύσεως, εἴτε καὶ [1] ἐλλειπῶς ἐχούσης, τὴν ἄτοπον ἐκείνην τοῦ ὀνόματος συνθήκην οὐ διαφεύξεται. καὶ εἰ ταῦτα παρ᾽ αὐτοῦ μαθόντες οἱ Ελληνες κωμῳδοῖεν ἡμῶν τὸ μυστήριον, πάντως ὁ τὴν ἀφορμὴν παρασχὼν τῆς βλασφημίας ἐν τῇ προφητικῇ κατάρᾳ γενήσεται, [2] ἥ φησιν, οὐαὶ δι᾽ οὗ τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

L. Οἷα δὲ τοῖς εἰρημένοις προστί-
„ θησι πάλιν, κατανοήσωμεν. Εἰ ἐκ
„ δύο, φησὶ, τελείων, οὔτε ἐν ᾧ Θε-
„ ός ἐστιν, ἐν τούτῳ ἄνθρωπός ἐστιν,
„ οὔτε ἐν ᾧ ἄνθρωπος, ἐν τούτῳ Θεός.
Εἰ δὲ ἐξ ἀπολείποντος, καὶ τελείου κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον, εἶναι [3] δοθείη τὸ σύγκριμα, ἆρ᾽ οὐχὶ τὸ ἴσον παρὰ τῶν τὰ τοιαῦτα τολμώντων ῥηθήσεται, ὅτι ἐν ᾧ Θεός ἐστιν, ἄνθρωπος οὐκ ἔστι, καὶ

Hircocervo, quoniam cervo integro mediâ ex parte ſpecies hircina adjuncta fuerit, vel è contrario in illorum animalium mixtione acciderit, ut integro hirco cervina pars acceſſerit, tale idcirco nomen ei fabula impoſuit; ſed illum utriuſque naturæ participem utcunque eſſe eâ nominis compoſitione denotatur. Quamobrem ſi, ut Scriptor exiſtimat, in uno eodemque homo, & Deus eſt, qualemcunque duo iſta inter ſe connexionem habeant, ſive tota utriuſque natura, ſive pars tantùm in ea mixtione concurrat, nunquam efficiet, ut illa nominis compoſitio non ſit abſurda. Quòd ſi Ethnici ab ipſo talia edocti, myſterium noſtrum deriſerint, qui blaſphemandi anſam præbuerit, is propheticis maledictionibus prorſus erit obnoxius, quæ inquiunt, *Væ illis, per quos nomen meum blaſphematur in gentibus*. *Eſa. 52. 5. Rom. 2. 24.*

L. Sed & ea, quę rurſus præcedentibus addit, perpendamus. *Si ex duobus*, ait, *perfectis conſtat; nec in quo Deus eſt, in eo homo eſt; neque in quo homo eſt, in eo Deus eſt*. Atqui ſi ex perfecto, & imperfecto juxta Apollinarem conjunctio illa fieri concedatur, nonnè ab his, qui talia effutire audent, ſimiliter diceretur, hominem in eo non eſſe,

1 Corrector, ἐλλιπῶς.
2 Corrector, ὥς φησι.
3 Ita Corrector, malè antea εἶναι δοθείσης τὸ σύγκραμα· ἆρ᾽ οὐχὶ.

eſſe, in quo Deus eſt, & Deum in eo non eſſe, in quo homo eſt? Sanè alia prorſus divinitatis, atque alia humanitatis eſt ratio, & nemo unquam divinam naturam humanæ naturę mutilatione definiri poſſe cenſuerit; neque enim divinitatis ratio in eo ſita eſt, quòd vel humana natura non ſit, vel imperfecta humana natura ſit, ſed utraque res, ſi ſeorſim mente comprehendatur, propriâ ſibi unaqueque notione intelligitur. Nam & qui Dei nomen audit, quotquot de Deo par eſt animo concipi, appellatione illâ dignoſcit, & qui hominis nomen audit, naturam ejus omnem animo percipit, nullamque confuſionem patitur dictionum illarum ſignificatio, ut in eorum alterutro alterum intelligatur; nam neque illo nomine iſtud, nec hôc nomine illud ſignificatur, ſed unumquodque nomen convenientem naturæ ſuæ ſenſum obtinet, & nullo pacto eorundem ſignificationes invicem commutari poſſunt. At imperfectum, & perfectum diverſas prorſus notiones in audientium animis imprimunt; perfectum enim dicimus, quod ſecundùm propriæ naturæ rationem completum abſolutumque eſt; imperfectum verò quod huic contrarium eſt; neutrum autem horum, ſi abſolutè proferatur, hominem, aut Deum ſignifi-

καὶ ἐν ᾧ ἄνθρωπός ἐστι, Θεὸς οὐκ ἔστιν; ἕτερος γὰρ παντὶ τρόπῳ ὅ, τε τῆς θεότητος, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος λόγος, καὶ οὐκ ἄν τις τὴν ἐλάττωσιν τῆς ἀνθρωπότητος, ὅρον εἶναι τῆς θείας ὑπονοήσειε φύσεως· οὐ γὰρ ἐν τῷ τοῦτο μὴ εἶναι, ἢ ἀτελῶς εἶναι [1] ἐκεῖνός ἐστιν· ἀλλ' ἑκάτερον ἐφ' ἑαυτοῦ νοούμενον, ἐν ἰδίοις θεωρεῖται νοήμασιν. ὅ, τε γὰρ Θεὸν ἀκούσας, ὅσα περὶ Θεοῦ πρέπει νοεῖν, διὰ τῆς προσηγορίας ταύτης συμπαρεδέξατο, καὶ ὁ τὴν τοῦ ἀνθρώπου προσηγορίαν παραδεξάμενος, πᾶσαν τὴν φύσιν διὰ τῆς φωνῆς ταύτης ἀνετυπώσατο, καὶ οὐδεμίαν σύγχυσιν ἡ διάνοια [2] τῶν λεγομένων πάσχει, ὥστε ἐν θατέρῳ τῶν ὀνομάτων ἐννοῆσαι τὸ ἕτερον. οὔτε γὰρ ἐν τούτῳ, ἐκεῖνο, οὔτε ἐν ἐκείνῳ τοῦτο σημαίνεται· ἀλλ' ἕκαστα τῶν ὀνομάτων τῇ κατὰ φύσιν παραμένει διανοίᾳ, [3] καὶ κατ' οὐδένα τρόπον αἱ ἐμφάσεις αὐτῶν πρὸς ἀλλήλας ὑπαλλαγήσονται. τὸ δὲ ἀτελὲς, καὶ [4] τὸ τέλειον, ἑτέρων νοημάτων ὑπόθεσις τῷ ἀκούοντι γίνεται· τέλειον μὲν γάρ φαμεν τὸ συμπεπληρωμένον τῷ ἰδίῳ λόγῳ τῆς φύσεως· ἀτελὲς δὲ τὸ ἐναντίον. οὐδέτερον δὲ τούτων ἐφ' ἑαυτοῦ λεγόμενον, οὔτε ἄνθρωπον,

1 Corrector, ἐκεῖνό ἐστιν.
2 Corrector, διὰ τῶν λεγομένων.
3 Particulam καὶ, Corrector addidit.
4 Et hic articulum Corrector addidit.

θρωπον, οὔτε Θεὸν ἑρμηνεύει· [1] ἀλλ' ὥσπερ ἂν συνονομασθῇ πράγματι, ἢ ὀνόματι, ἢ πλῆρες, ἢ [2] ἐλλιπὲς τὸ δηλούμενον ἐννοεῖν ὑποτίθεται. πῶς οὖν, εἰ ἀτελὴς εἴη ὁ ἄνθρωπος, Θεὸς εἶναι τὸ ἀτελὲς παρὰ τοῦ Ἀπολιναρίου κατασκευάζεται, ὡς συμβαινούσης τῷ λόγῳ τῆς θεότητος, τῆς κατὰ τὴν φύσιν ἡμῶν κολοβώσεως;

LI. Πάλιν δὲ πρὸς τὸ ἐφεξῆς
» προσάγων τὸν λόγον, φησίν, Οὐ δύνα-
» ται σώζειν τὸν κόσμον [3] ὁ ἄνθρωπος,
» μένων, καὶ τῇ κοινῇ τῶν ἀνθρώπων
« φθορᾷ ὑποκείμενος. Φημὶ τοῦτο κἀγώ. εἰ γὰρ αὐτάρκης ἦν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις πρὸς τὸ ἑαυτῇ τὸ ἀγαθὸν καταστήσασθαι, περιττὸν τὸ μυστήριον· ἐπειδὴ δὲ ἀμήχανον ἦν ἔξω θανάτου γενέσθαι, μὴ Θεοῦ τὴν σωτηρίαν πορίσαντος, διὰ τοῦτο τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ λάμπει διὰ σαρκὸς, ἵν' ἐξορίσῃ διὰ σαρκὸς τὴν ἐκ τοῦ σκότους ἀ-
» πώλειαν. Ἀλλ' οὐδὲ ὑπὸ Θεοῦ, φησὶ,
» μὴ ἐπιμιχθέντος ἡμῖν, σωζόμεθα. Σωφρονεῖν ἔοικεν ἐν τοῖς λεγομένοις ὁ λογογράφος, καὶ πρὸς τοὺς ἔμφρονας λογισμοὺς τὴν ψυχὴν ἐπανάγει. ὁ γὰρ μίξιν εἰπὼν τῶν κατὰ φύσιν διε-
» στώτων σημαίνει τὴν ἕνωσιν. Μίγνυ-
» ται δέ, φησι, σὰρξ γενόμενος, του-
» τέστιν ἄνθρωπος, καθὼς τὸ Εὐαγ-
» γέλιον λέγει, ὅτε σὰρξ ἐγένετο, τότε

gnificat; ſed cuicunque rei, vel nomini adjungatur, facit, ut quod vocibus illis exprimitur, perfectum, vel mancum eſſe intelligamus. Quomodo igitur ſi imperfectus eſſet homo, Deum in eo eſſe, quod imperfectum eſt, Apollinaris adſtruit, quaſi naturæ noſtræ mutilatio divinitati magis conveniret?

LI. Rurſus autem ad alia pergens, ſic ait, *Mundum ſalvare non poteſt, qui homo quidem eſt, & communi hominum corruptioni obnoxius eſt*. Hæc & mea aſſertio eſt; nam ſi humana natura ad bonum ſibi comparandum ſola ſufficeret, ſupervacaneum utique incarnationis myſterium fuiſſet. Quoniam verò mortem evadere non poterat, ſi Deus ſalutem ipſi impertitus non fuiſſet, propterea lux in tenebris per carnem lucet, ut per eandem carnem ex tenebris ortam perditionem eliminet. *Sed neque ſalvamur*, ait, *à Deo, ſi nobis commixtus non ſit*: Hiſce in verbis rectè ſentire, & ad ſapientiores cogitationes animum convertere Scriptor videtur: nam qui mixtionē dicit, rerum ſecundùm naturā diſcrepantium unitionem ſignificat. *Miſcetur autem nobiſcum*, inquit, *cùm caro, hoc eſt, homo factus fuit*, *quemadmodum in Euangelio dicitur*, *tunc carnem*

1 Corrector, ἀλλ' ὅπερ. Lego ἀλλ' ὥσπερ.
2 Corrector, ἐλλιπής.
3 Corrector, ὁ ἄνθρωπος, ἄνθρωπος μένων, καὶ, quo ſenſu vertendum eſſet, *Mundum ſalvare non poteſt homo, qui homo permanet, & communi &c.*

tunc carnem factum fuiſſe, cùm habitavit in nobis. Nec iſta à recto ſermone diſſona ſunt, niſi ſtatim ab ipſo aliqua deinceps ſuperſeminaretur zizania. Nam hic noſter, imò potiùs ipſius veritatis ſermo eſt, tunc nempe habitaſſe in nobis, quando caro factum eſt, & è contrario tunc carnem factum eſſe, cùm habitavit in nobis. [3]Si igitur ex illo tempore caro fuit, ex quo habitare cœpit in nobis; ergo Verbum nequaquam caro erat antequam Gabriel Virginē annuntiaſſet; & qui dicit humanitatem Verbi ad nos è cælo deſcendiſſe, [4](& ante creatam humanam naturam jam illud hominem extitiſſe,)per quod humanæ naturæ divinitas commixta fuit, mendax eſt. *Sed neque*, ait, *peccata hominum delet, niſi impeccabilis homo factus fuerit, neque mortis in omnes homines imperium deſtruit, niſi, ut homo, mortuus ſit, & reſurrexerit*. Utinam uſque ad finem recta ſaperet, quæ Eccleſiæ ſunt, loquens; ſed iterum ad ingenium redit, & Eccleſiæ doctri-

τότε αὐτὸν ἐν ἡμῖν ἐσκηνωκέναι. Οὐδὲ ταῦτα τοῦ ὑγιαίνοντος ἀπᾴδει λόγου, εἰ μή τι [1]παρασπαρεῖ αὐτῷ μετὰ ταῦτα τῆς ζιζανιώδους σπορᾶς· οὗτος γὰρ ἡμέτερος, μᾶλλον δὲ τῆς ἀληθείας ὁ λόγος, ὅτι [2]τότε ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, ὅτε σὰρξ ἐγένετο, καὶ τὸ ἔμπαλιν, τότε σὰρξ ἐγένετο, ὅτε ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. [3]εἰ οὖν ἐξ ἐκείνου ἡ σὰρξ, ἀφ' οὗ ἡ ἐν ἡμῖν κατασκήνωσις, ἄρα πρὶν εὐαγγελισθῆναι ὑπὸ τοῦ Γαβριὴλ τὴν παρθένον, σὰρξ οὐδέπω ὁ λόγος ἦν· καὶ ψευδὴς ὁ λέγων ἐκ τῶν ἄνωθεν καταβεβηκέναι πρὸς ἡμᾶς τὸ ἀνθρώπινον, [4](καὶ πρὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐκεῖνο εἶναι τὸν ἄνθρωπον,) δι' οὗ τὸ θεῖον τῇ ἀνθρωπίνῃ κατεμίχθη ζωῇ. Ἀλλ' οὐδὲ λύει, φησὶ, τὴν τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτίαν, [5]μὴ γενόμενος ἄνθρωπος ἀναμάρτητος, οὐδὲ τὴν κατὰ πάντων ἀνθρώπων τοῦ θανάτου βασιλείαν καταλύει, εἰ μὴ ὡς ἄνθρωπος ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη. Εἴθε μέχρι τέλους ἦν εὐγνώμων, τὰ ἐκ τῆς Ἐκκλησίας φθεγγόμενος· πάλιν δὲ πρὸς ἑαυτὸν ἐπανέρχεται, καί φησι, τὸν ἐκκλησιαστικὸν αἰτιώμενος λόγον, ὅτι περὶ τὸν ἄνθρωπον θεωροῦμεν τὸ πάθος· καὶ ἐπάγει τὸν ἴδιον λόγον, εἰς ἔλεγχον τῆς

ὑπο-

nam accuſans, nos propriam ſolius humanæ in Chriſto naturæ fuiſſe mortem, exiſtimare ait, & rationem quandam à ſe excogi-

tatam

1 Corrector, παρασπαρῇ.
2 Ita Corrector, malè antea τό.
3 Hunc locum uſque ad illa Apollinaris verba Ἀλλ' οὐδὲ λύει, refert Euthymius in Panopliæ parte ſecundâ tit. 13. pag. 526. Verſiculo, *Si tunc Verbum*.
4 Quæ ſemicirculis includuntur Corrector addidit, & apud Euthymium quoque habentur.
5 Fortè legendum εἰ μὴ, ut mox in alterâ hujus periodi parte habet Nyſſenus.

ὑπολήψεως ἡμῶν, ἔχοντα οὕτως. „ [1] Ἀνθρώπου δέ, φησι, θάνατος οὐ „ καταργεῖ τὸν θάνατον. Τί κατασκευάζων ταῦτά φησιν; ὅτι [2] αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς ἡ θεότης, αὐτὴ ἡ ἀλήθεια, αὐτὴ ἡ ζωὴ ἐν τῷ κατὰ τὸν σταυρὸν πάθει ἀπενεκρώθη, ὥστε κατὰ τὴν τριήμερον ἐκείνην τοῦ χρόνου περιγραφὴν μὴ ζωὴν εἶναι, μὴ δύναμιν, μὴ δικαιοσύνην, μὴ φῶς, μὴ ἀλήθειαν, μὴ αὐτὴν τὴν θεότητα· οὐ γὰρ μιᾶς ἀποθανούσης θεότητος, ἑτέραν ὑπολελεῖφθαι λέγει, διότι πολλαχοῦ δείκνυται Ἀρείῳ περὶ τούτου μαχόμενος, καὶ μίαν εἶναι κατασκευάζων τῆς Τριάδος θεότητα, ἧς ἐν τούτῳ νεκρωθείσης, καθὼς συγκατασκευάζει τῷ λόγῳ, πάντως ἑτέρα οὐκ ἦν. καὶ πῶς ἄν τις ὑπονοήσειεν αὐτὸν [3] μὴ θνητὴν ποιεῖν τὴν θεότητα, συνιδεῖν οὐκ ἔχω. οὐδὲ γὰρ ἕτερόν ἐστιν ἐπ' ἀνθρώπου θάνατος, εἰ μὴ τοῦ συνθέτου διάλυσις· οὐδὲ γὰρ ἐν ἡμῖν τοῦ σώματος εἰς τὰ, ἐξ ὧν σύγκειται, λυομένου, καὶ ἡ ψυχὴ συνδιαπίπτει τῇ διαλύσει τοῦ σώματος· ἀλλὰ τὸ μὲν σύνθετον διαλύεται, τὸ δὲ ἀσύνθετον ἀδιάλυτον μένει. εἰ οὖν ψυχῆς οὐχ ἅπτεται θάνατος, πῶς ἡ θεότης ἀπονεκροῦται, λεγέτωσαν οἱ μὴ εἰ-

δό-

tatam, ad ſententiam noſtram confutandam ſubjungit, quæ ita ſe habet. [1] *Mors autem hominis*, inquit, *mortem non deſtruit*. Quorſum auctor iſta profert? Nempe ut ipſius unigeniti divinitatem, ipſam veritatem, ipſam vitam, in crucis paſſione interiiſſe oſtendat, ita ut in triduani illius temporis periodo vita non extiterit, non virtus, non juſtitia, non lux, non veritas, non ipſa demum divinitas. Neque enim unâ divinitate interemptâ, alteram divinitatem ſuperſtitem fuiſſe ait, quandoquidem multis in locis ipſum hac de re adversùs Arium dimicare; unamque eſſe Trinitatis deitatem adſtruere apparet; quæ quidem divinitas, cùm in Chriſto occubuerit, alia, ut ipſe ſuo argumento confirmat, nequaquam ſuperfuit. Porrò non video quomodo quis dubitare poſſit, quin divinitatem [3] morti obnoxiam ille non faciat. Nam mors aliud in homine non eſt, quàm compoſiti diſſolutio; humano ſiquidem corpore in illas, ex quibus conſtat, partes diſſoluto, anima ſimul cum corpore non concidit; ſed quod compoſitum eſt, diſſolvitur, quod autem ab omni compoſitione alienum eſt, integrũ permanet. Si igitur anima morti obnoxia non eſt, quonam pacto divinitas interire queat, dicant

qui

1 Ab hoc loco uſque ad finem capituli hujus, quædam excerpſit Euthymius Zigabenus ubi ſuprà pag. 529. Verſiculo, *Mors inquit*.

2 Corrector, αὐτὴ.

3 Locum hunc ſine particulâ negativâ legendum eſſe, ex ſequentibus, ni fallor, clarè colligitur.

qui neſciunt quid loquantur.

LII. Cæterùm quę deinceps ad id probandum ſubjungit, lubens omittam; nam in ſequentibus ipſam Unigeniti divinitatem mortem objiſſe confirmans, ait, *Hominis mors mortem non deſtruit, neque reſurgit, qui mortuus non eſt*; *ex quibus*, inquit, *omnibus patet, ipſum Deum interiiſſe*, *quandoquidem*, inquit, *fieri non poterat, ut Chriſtus morti ſuccumberet*; quæ omnia, utpote manifeſtè abſona & abſurda, minimè hìc diſcutienda eſſe arbitror, cùm quiſquis mente non caret, per ſe valeat illius impietatem, atque dementiam perſpicere, qui Deum ipſum, mortem in propriâ naturâ perpeſſum, interiiſſe pronuntiat. Veruntamen illud tantummodo haud alienum erit advertere, nec omnia, quæ, tanquam à nobis dicta, Scriptor profert, mendacio pura atque immunia eſſe; quin imò in ipſis nonnulla reperiri, quæ ſycophantarum more ad noſtræ fidei contumeliam confinxit. Ait enim, nos dicere Chriſtum ab initio non fuiſſe, ita ut ſolummodo Verbum ſit Deus. Nos autem in noviſſimis diebus per carnem manifeſtatam fuiſſe Dei virtutem, & ſapientiam, & lucem, & vitam, quæ omnia Chriſtus eſt; nequaquam inficias imus: dicere autem

εἰδότες, ἃ λέγουσι.

LII. Τὰ δὲ ἐχόμενα τούτων, ὅσα τῆς αὐτῆς ἐστὶ κατασκευῆς, ὑπερβήσομαι. φησὶ γὰρ ἐν τοῖς ἐφεξῆς, κατασκευάζων τὸ, αὐτὴν τεθνάναι τοῦ μονογενοῦς τὴν θεότητα, ὅτι ἀνθρώπου θάνατος οὐ καταργεῖ τὸν θάνατον, οὐδὲ ἀνίσταται ὁ μὴ ἀποθανών. ἐξ ὧν, φησὶν, ἁπάντων δῆλον, ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς ἀπέθανε, καθὸ, φησιν, οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι τὸν Χριστὸν ὑπὸ τοῦ θανάτου· ἅπερ ὡς πρόδηλον ἔχοντα τὴν ἀτοπίαν, παραδραμεῖν οἶμαι δεῖν ἀνεξέταστα, παντὸς [1] τοῦ γε νοῦν ἔχοντος καθ᾽ ἑαυτὸν συνιδεῖν δυναμένου τὸ ἀσεβές τε καὶ ἄτοπον τοῦ διαῤῥήδην ἀποφαινομένου αὐτὸν τὸν Θεὸν τεθνάναι, τῇ ἰδίᾳ ἑαυτοῦ φύσει ὑποστάντα τὸν θάνατον· πλὴν τοσοῦτον εὔλογον ἴσως ἐστὶ παρασημήνασθαι, ὅτι οὐδὲ ὅσα ἐκ τοῦ ἡμετέρου προσώπου λέγει, καθαρεύει τοῦ ψεύδους, ἀλλ᾽ ἔστιν ἐν αὐτοῖς, ἃ συκοφαντικῶς ἐπὶ διαβολῇ συμπέπλασται τοῦ ἡμετέρου λόγου. λέγει γὰρ μὴ ἐξ ἀρχῆς εἶναι τὸν Χριστὸν παρ᾽ ἡμῶν λέγεσθαι, ὥστε τὸν λόγον εἶναι Θεόν. ἡμεῖς δὲ τὸ ἐπ᾽ ἐσχάτων ἡμερῶν διὰ σαρκὸς πεφανερῶσθαι τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν σοφίαν, καὶ τὸ φῶς, καὶ τὴν ζωὴν, ἅπερ πάντα ὁ Χριστός ἐστιν, οὐκ ἀρνούμεθα· τὸ δὲ λέγειν, μὴ εἶναί ποτε ταῦτα, τὸν διὰ τούτων δηλούμε- λέγομε-

1 Corrector, παντὶ τῷ νοῦν ἔχοντος, καὶ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ συνιδεῖν.

λούμενόν τε, καὶ ὀνομαζόμενον, Κύριον καὶ Χριστὸν, οὐδὲν ἀνεκτότερον εἰς ἀσέβειαν τῆς παντελοῦς ἀρνήσεως τοῦ ὀνόματος κρίνομεν. ὁ γὰρ μὴ ἐξ ἀρχῆς λέγων εἶναι Χριστὸν· Χριστὸς δὲ, Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία, καὶ πᾶν ὑψηλόν τε, καὶ θεοπρεπές ἐστιν ὄνομα· οὐδ' ἂν ἄλλο τι λέγοι εἶναι, ὃ διὰ τοῦ μεγάλου τούτου νοεῖται ὀνόματος. ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου προσηγορίᾳ τὸ λογικόν ἐστι, καὶ τὸ ἐπιστήμης δεκτικὸν, καὶ εἴ τι ἄλλο γνωριστικὸν τῆς φύσεως ἰδίωμα λέγεται· εἰ δέ τις μὴ εἶναι λέγοι τὸν ἄνθρωπον, συναναίρηται πάντως τῇ τοῦ ὀνόματος ἀθετήσει καὶ τὰ λοιπὰ τῆς φύσεως ἰδιώματα· [1] τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ Χριστός ἐστιν ἡ δύναμις, ἡ σοφία, ὁ χαρακτὴρ τὸ ἀπαύγασμα· ὁ ἐκεῖνον ἐξ ἀρχῆς μὴ εἶναι λέγων, ἀθετήσει πάντως καὶ τὰ μετ' ἐκείνου νοούμενα· διό φαμεν διὰ τῶν ἁγίων γραφῶν ὁδηγούμενοι, ἀεὶ τὸν Χριστὸν εἶναι, τῇ τοῦ Πατρὸς ἀϊδιότητι συνθεωρούμενον. ὡς γὰρ πάντοτε Θεὸς ὁ μονογενὴς Θεὸς, καὶ οὐκ ἐκ μετουσίας [2] γίνεται, οὐδὲ διά τινος προ-

autem, hæc omnia aliquando non fuiſſe Chriſtum & Dominum; qui nominibus hiſce nobis innoteſcit, atque denominatur, æque intolerandum ob impietatem eſſe judicamus, ac ſi abſolutè planèque ipſummet Chriſti ac Domini nomen negaret. Quippe cùm Chriſtus Dei virtus ſit, Deique ſapientia, & quodcunque magnificum, divinæque majeſtati conveniens nomen dici, aut excogitari poteſt; qui ab initio Chriſtum non eſſe dixerit, is profectò nec aliud quidpiam eorum ab initio eſſe dixerit, quæ auguſto hoc nomine ſignificantur. Quemadmodum enim quis hominem eſſe negans, ſtatim atque hominis nomen abolet, cæteras quoque humanæ naturæ proprietates ſuſtulerit neceſſe eſt, propterea quòd hominis appellatione ratiocinandi vis, & diſcendi facilitas continetur, & ſi quæ alia proprietas eſt, qua natura humana à cæteris diſtinguitur. Ita Chriſtus eſt virtus, ſapientia, figura, & ſplendor, & qui illum ab initio non eſſe dicit, is utique de medio ea penitus tollit, quæ ad illius naturam pertinere noſcuntur. Quapropter divinas Scripturas ſequuti, ſemper Chriſtum eſſe dicimus, quippe qui ejuſdem ac Pater æternitatis eſſe intelligatur. Nam ſicut unigenitus Deus non divinitatis factus eſt particeps, ſed ab initio ſemper Deus eſt, nec progreſſu aliquo ad divinitatem ex humiliori ſtatu pervenit; ita & virtus, & ſapientia & quot-

1 Correctior, κατὰ τὸν.

2 Correctior, οὔτε γίνεται.

& quotquot alia aptè congruenterque de Deo dici poſſunt, divinitati coæterna ſunt; ita ut quod ab initio non fuerit, id poſtea ad naturæ divinæ gloriam nequaquam poſſit accedere. At Chriſti nomen in unigenito cæteris ejuſdem nominibus excellentius eſſe dicimus, ab ipſa nominis hujus ſignificatione in hanc ſententiam adducti. Doctrina ſiquidem de S. Trinitate nominis hujus confeſſione continetur, cùm ſingulæ perſonæ, quas Trinitatis eſſe credimus, hac appellatione convenienter deſignentur. Ne autem quidpiam de noſtro dicere videamur, prophetiæ verba apponemus, *Thronus tuus, Deus in ſe-*
Psal. 44. 7. *culum ſeculi; virga directionis, virga regni tui. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ conſortibus tuis.* His enim verbis per thronum quidem cunctarum rerum imperium deſignatur. Virga autem directionis rectitudinem judicii ſignificat. Oleum autem exultationis virtutem Spiritûs S. denotat, qua Deus à Deo ungitur, nempe, à Patre Unigenitus, quoniam dilexit juſtitiam, & odio habuit iniquitatem. Si igitur tempus fuit, quo juſtitiam

non

προκοπῆς ἀπὸ ταπεινοτέρας καταστάσεως ἐπὶ τὴν θεότητα μέτεισιν· οὕτως καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ σοφία, καὶ πᾶν θεοπρεπὲς ὄνομα, συναΐδιόν ἐστι τῇ θεότητι, ὡς μηδὲν ἐπιγίνεσθαι προσθήκην εἰς δόξαν τῆς φύσεως, ὃ μὴ ἐξ ἀρχῆς ἦν. τὸ δὲ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα, διαφερόντως φαμὲν ἐξ ἀϊδίου περὶ τὸν μονογενῆ θεωρεῖσθαι, ὑπ' αὐτῆς τῆς τοῦ ὀνόματος [1] ἐμφάσεως πρὸς τὴν ὑπόληψιν ταύτην χειραγωγούμενοι. τῆς γὰρ ἁγίας Τριάδος διδασκαλίαν περιέχει ἡ τοῦ ὀνόματος τούτου ὁμολογία, ἑκάστου τῶν πεπιστευμένων προσώπων ἐμφαινομένου τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ κατὰ τὸ πρόσφορον. καὶ ὡς ἂν μὴ παρ' ἑαυτῶν λέγειν τι δοκοίημεν, τὰ τῆς προφητείας παραθησόμεθα ῥήματα. ὁ θρόνος σου, φησὶν, ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. ἐν τούτοις γὰρ διὰ μὲν τοῦ θρόνου τὴν ἐπὶ πάντων ἀρχὴν διασημαίνει ὁ λόγος. ἡ δὲ ῥάβδος τῆς εὐθύτητος τὸ ἀδέκαστον ἑρμηνεύει τῆς κρίσεως. τὸ δὲ τῆς ἀγαλλιάσεως ἔλαιον τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρίστησι δύναμιν, ᾧ χρίεται παρὰ τοῦ Θεοῦ ὁ Θεὸς, τουτέστι, παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁ μονογενὴς, ἐπειδὴ ἠγάπησε δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησεν ἀδικίαν. εἰ μὲν οὖν ἦν ποτὲ, ὅτε οὐκ ἦν φίλος

τῆς

1 Ita Corrector, antea φράσεως.

τῆς δικαιοσύνης, ἐχθρὸς δὲ τῆς ἀδικίας, ἀκόλουθον ἦν τὸ μηδὲ κεχρίσθαί ποτε λέγειν, τὸν διὰ τοῦτο κεχρίσθαι λεγόμενον, ὅτι ἠγάπησε δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησεν ἀδικίαν. εἰ δὲ πάντοτε φίλος δικαιοσύνης, οὐ γὰρ ἄν ποτε ἑαυτὸν [1] μισήσειε, δικαιοσύνη ὤν, πάντοτε δηλονότι καὶ ἐν τῷ χρίσματι θεωρεῖται. [2] ὥσπερ οὖν ὁ δίκαιος οὐκ ἄδικος, οὕτως οὐδὲ ἄχριστος ἂν εἴη ποτὲ ὁ Χριστὸς· ὁ δὲ μηδέποτε ἄχριστος, ἀεὶ πάντως Χριστός. ὅτι τοίνυν ὁ χρίων ἐστὶ [3] Πατὴρ, τὸ δὲ χρῖσμα τὸ ἅγιον Πνεῦμά ἐστι, πᾶς τις ἂν [4] συνῄθοιτο, ὅγε μὴ κεκαλυμμένος τὴν καρδίαν τῷ ἰουδαϊκῷ προκαλύμματι.

LIII. Πῶς οὖν ἡμᾶς, φησὶ, λέγειν, μὴ ἐξ ἀρχῆς εἶναι τὸν Χριστόν; οὐ μὴν ἐπειδὴ Χριστὸν ἀϊδίως εἶναι ὁμολογοῦμεν, ἤδη καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ πλασθεῖσαν σάρκα πάντοτε περὶ αὐτὸν ἐννοοῦμεν· ἀλλ' οἴδαμεν τὸν αὐτὸν καὶ προαιώνιον Χριστόν τε καὶ Κύριον, καὶ μετὰ τὸ πάθος [5] πάλιν τε αὐτὸ τοῦτο ὁμολογοῦμεν, καθὼς φησι πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ὁ Πέτρος, ὅτι Κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ἐποίησεν ὁ Θεὸς, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυ-

non dilexit, & iniquitatem odio non habuit, conſequens erat, ut nec aliquando illum unctum fuiſſe affirmaret, qui propterea unctus fuiſſe dicitur, quoniam dilexit juſtitiam, & odio habuit iniquitatem. Quòd ſi ſemper juſtitiam dilexit, neque enim fieri potuit, ut ſe aliquando odio haberet, cùm ipſamet juſtitia ſemper extiterit, utique nullo ab initio, ſed ex omni tempore unctus, id eſt, Chriſtus eſſe intelligitur. Quemadmodum itaque juſtus injuſtus neutiquã eſt, ita etiam nunquam ſine unctione unctus, ſive Chriſtus, eſſe poterit. Quamobrem eum, qui ungit, Patrem eſſe, unctionem verò Spiritum Sanctum eſſe nemo negaverit, niſi qui cor judaico velamento habet obductum.

LIII. Quomodo igitur ait, nos ab initio Chriſtum non fuiſſe dicere? At verò quia Chriſtum ab æterno eſſe fatemur, non idcirco eâ, quam Apollinaris confingit, carne, ipſum nunquam non præditum fuiſſe arbitramur; ſed eum novimus & ab æterno tempore Chriſtum & Dominum eſſe, eumque rurſus poſt paſſionem illud idem eſſe confitemur, quemadmodum inquit ad Judæos Petrus. *Quia & Dominum eum, & Chriſtum fecit Deus, hunc Jeſum, quem vos,* Act. 2. 36.

cru-

1 Corrector, μισήσει, αὐτὸς δικαιοσύνη.

2 Corr. ὥσπερ οὖν οὐδέποτε ὁ δίκαιος οὐκ ἄδικος. in margine, γρ. καὶ οὐδέποτε ὁ δίκαιος ἄδικος. quibus verbis utroq;modo legi poſſe ſignificat.

3 Corrector, ὁ Πατὴρ.

4 Ita Corrector, antea συνθοῖτο.

5 Ita Corrector, malè antea πάλιν τὸ αὐτὸν τοῦτον ὁμολογούμενον.

crucifixiſtis. Hoc autem ita dicimus, non quòd duos Chriſtos, vel Dominos in unâ Chriſti perſonâ conſpiciamus; ſed quòd Unigenitus Deus, cùm ſui naturâ Deus eſſet, ac mundi Dominus, & creaturarum omnium dominator, rerumq; conditor, & lapſorum erector, naturam noſtram, ex peccato collapſam, non ſolùm à ſuâ cōmunione non repelli, verùm etiam in vitam denuo recipere pro ſummâ benignitate ſuâ dignatus eſt. Porrò ipſe Chriſtus vita eſt, ideoque, vergente ad finem humano genere, malitiâ noſtrâ jam ad ſummum provectâ, tunc, ne ullum malitiæ genus remedio careret, cum noſtræ naturæ humilitate commiſceri non recuſavit, & in ſe ipſo hominem aſſumens, ipſeque in homine exiſtens, quemadmodum diſcipulis ait, *Ego in*
Jo: 14. 20. *vobis, & vos in me*, hominem ſibi commixtum, id, quod ipſe erat, effecit; cumque ipſe ſemper altiſſimus fuerit, idcirco quod humile erat, exaltavit, nam ſuper omnia altiſſimus nullâ exaltatione indigebat. Verbum autē erat Chriſtus & Dominus, idque ipſum ille etiam evadit, qui aſſumptus fuit, & cum divinitate commixtus; nam qui Dominus eſt, iterum Dominus non conſtituitur; ſed ſervi forma ad

ἐσταυρώσατε. τοῦτο δέ φαμεν, οὐχ ὡς δυάδα Χριστῶν καὶ Κυρίων περὶ τὸν ἕνα βλέποντες· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τῇ φύσει Θεὸς ὢν ὁ μονογενὴς Θεὸς, καὶ τοῦ παντὸς κύριος, καὶ βασιλεὺς πάσης κτίσεως, καὶ ποιητὴς τῶν ὄντων, καὶ διορθωτὴς τῶν διαπεπτωκότων, ἠνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ, [1] τὸ καὶ τὴν ἡμετέραν φύσιν, ἐξ ἁμαρτίας διαπεσοῦσαν, μὴ ἀπώσασθαι τῆς πρὸς αὐτὸν κοινωνίας, ἀλλὰ πάλιν εἰς τὴν ζωὴν παραδέξασθαι. αὐτὸς δέ ἐστιν ἡ ζωή· διὰ τοῦτο ἐπὶ τέλει τοῦ ἀνθρωπίνου βίου, ἤδη τῆς κακίας ἡμῶν πρὸς τὸ ἀκρότατον αὐξηθείσης, ὡς ἂν [2] μηδὲν ἀθεράπευτον τῆς πονηρίας ὑπολειφθείη, τότε δέχεται τὴν πρὸς τὸ ταπεινὸν ἡμῶν τῆς φύσεως ἐπιμιξίαν, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐν ἑαυτῷ λαβὼν, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ γενόμενος, καθώς φησι πρὸς τοὺς μαθητὰς, ὅτι ἐγὼ ἐν ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ἐν ἐμοὶ, ὅπερ αὐτὸς ἦν, τοῦτο καὶ τὸν ἀνακραθέντα ἐποίησεν· αὐτὸς δὲ ἦν ἀεὶ ὑπερύψιστος, διὰ τοῦτο καὶ τὸ ταπεινὸν ὑπερύψωσεν· οὐ γὰρ δὴ ὁ ὑπὲρ πᾶν ὕψιστος ἔτι τοῦ ὑψωθῆναι ἐδεῖτο. Χριστὸς δὲ καὶ Κύριος ὁ λόγος ἦν· τοῦτο καὶ ὁ ἐμμιχθεὶς τε καὶ ἀναληφθεὶς ἐν τῇ θεότητι γίνεται· οὐ γὰρ ὁ ὢν κύριος, ἀναχειροτονεῖται πάλιν εἰς κυριότητα, ἀλλ᾽ ἡ τοῦ δούλου μορ-

1 Et hæc Correctoris eſt emendatio; nam antea erat, τὸ κατὰ τὴν ἡμετέραν.

2 Ita Corrector, antea malè μηδὲ.

μορφῆ, κύριος γίνεται· διὸ καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, λέγεται Χριστὸς ὡσαύτως, [1] ὁ πρὸ τῶν αἰώνων τὴν δόξαν τοῦ πνεύματος περικείμενος· τοῦτο γὰρ σημαίνει διὰ συμβόλων ἡ χρῖσις· καὶ μετὰ τὸ πάθος τὸν ἑνωθέντα αὐτῷ ἄνθρωπον, τῷ αὐτῷ χρίσματι καλλωπίσας, Χριστὸν ποιεῖ. δόξασόν με γάρ, φησιν, ὡσανεὶ χρῖσον, ἔλεγε τῇ δόξῃ, ἣν εἶχον παρὰ σοὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι. ἡ δὲ προκόσμιος, καὶ πρὸ πάσης κτίσεως, καὶ [2] πρὸ πάντων αἰώνων θεωρουμένη δόξα, ᾗ ὁ μονογενὴς Θεὸς ἐνδοξάζεται, οὐκ ἂν ἄλλη τις εἴη [3] κατὰ τὸν ἡμέτερον λόγον παρὰ τὴν δόξαν τοῦ [4] Πατρὸς· μόνην γὰρ προαιώνιον τὴν ἁγίαν Τριάδα ὁ τῆς εὐσεβείας παραδίδωσι λόγος· ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων, φησὶ περὶ τοῦ Πατρὸς ἡ προφητεία. περὶ δὲ τοῦ μονογενοῦς ὁ Ἀπόστολος, ὅτι δι' αὐτοῦ οἱ αἰῶνες ἐγένοντο, καὶ δόξα πρὸ τῶν αἰώνων περὶ τὸν μονογενῆ Θεὸν θεωρουμένη, τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ ἅγιον. ὅπερ οὖν ἦν τῷ Χριστῷ, τῷ παρὰ τῷ Πατρὶ ὄντι, πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι, τοῦτο καὶ τῷ ἑνωθέντι πρὸς τὸν Χριστὸν, ἐπὶ τέλει τῶν αἰώνων γίνεται. Ἰησοῦν γάρ, φησι, τὸν ἀπὸ Ναζαρὲθ, ὃν ἔχρισεν ὁ Θεὸς τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ· ὥστε μὴ συκοφαντείτω τὸν ἡμέτερον λό-

ad eandem Domini dignitatem ſublevatur: quamobrem unus Dominus Jeſus Chriſtus per *1. Cor. 8. 6.* quem omnia, dicitur ſimiliter Chriſtus, qui ante ſecula Spiritûs gloriam induit (id enim ſymbolicè unctio ſignificat) & poſt paſſionem eâdem unctione unitum ſibi hominem decorans, Chriſtum facit; nam *Clarifica me*, ait, quaſi diceret, *unge me, gloriâ, quam habui apud te priuſquam mundus eſſet*. *Joan. 17. 6.* Gloria autem, quæ ante mundum, & vniverſarum rerum creationem, & ante omnia ſecula eſſe dignoſcitur, quaque unigenitus Deus clarificatur, noſtrâ ſanè ſententiâ, non alia unquam erit à Patris gloriâ; ſolam enim Trinitatem ſeculis priorem eſſe vera fides nos docet. *Qui eſt ante ſecula*, de Patre ait Propheta, & *Pſal. 54. 20.* de Unigenito Filio, *Per ipſum*, ait Apoſtolus, *ſecula facta ſunt*; *Hebr. 1. 2.* & gloria, quæ ante ſecula in Unigenito Deo eſſe intelligitur, Sanctus utique Spiritus eſt. Quod igitur propriũ erat Chriſti, dum apud Patrem, antequàm mundus conderetur, exiſteret, hoc etiam proprium fit hominis, qui cum Chriſto in ſeculorum fine conjunctus eſt, nam ſcriptura inquit, *Jeſum à Nazareth, quem unxit Deus Spiritu Sancto*. *Act. 10. 38.* Quamobrem doctrinam

non

1 Articulum hunc, cum precedenti interpunctione Corrector addidit.
2 Corrector, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων.
3 Corrector, κατά γε τὸν ἡμέτερον:
4 Corrector, Πνεύματος.

non calumnietur, quaſi Unigenitum Deum non ſemper Chriſtum eſſe dicamus; ſed ſemper quidem eſt Chriſtus, tum ante, tum poſt incarnationis diſpenſationem; homo verò neque ante illam, neque poſtea, ſed in ſolo diſpenſationis tempore. Neq; enim homo fuit ante nativitatem ex Virgine, nec ampliùs poſt ejus in cælos reditum [2]caro ſuis in proprietatibus perſeverat; nam inquit Apoſtolus,
2. Cor. 5. 16. *Etſi cognovimus ſecundùm carnem Chriſtum; ſed nunc jam non novimus.* Neque etiam quia Deus in carne apparuit, idcirco caro immutata permanſit; ſed

λόγον, ὡς ἡμῶν μὴ ἀεὶ Χριστὸν τὸν μονογενῆ Θεὸν εἶναι λεγόντων· ἀλλὰ πάντοτε μὲν [1] ὁ Χριστὸς, καὶ πρὸ τῆς οἰκονομίας, καὶ μετὰ τοῦτο· ἄνθρωπος δὲ οὔτε πρὸ τούτου, οὔτε μετὰ ταῦτα, ἀλλ᾽ ἐν μόνῳ τῷ τῆς οἰκονομίας καιρῷ. οὔτε γὰρ πρὸ τῆς παρθένου ὁ ἄνθρωπος, οὔτε μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον ἔτι ἡ σάρξ [2] ἐν τοῖς ἑαυτῆς ἰδιώμασιν. εἰ γὰρ καὶ ἐγνώκαμεν ποτέ, φησι, κατὰ σάρκα Χριστὸν· ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν. [3] οὐ γὰρ ἐπειδὴ ὁ Θεὸς ἐν σαρκὶ ἐφανερώθη, σάρξ διέμεινεν· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τρεπτὸν μὲν τὸ ἀνθρώπινον, ἄτρεπτον δὲ τὸ θεῖον, ἡ μὲν θεότης πρὸς πᾶσαν τροπήν ἐστιν ἀκίνητος, οὔτε πρὸς [4] τὸ χεῖ-

quoniam immutabilis quidem divinitas eſt, humanitas verò mutabilis, propterea divinitas quidem nullis mutationibus obno-

1 Corrector hunc articulum delet.

2 Hæc Nyſſeni verba intelligenda ſunt non de proprietatibus carnis, quæ à Græcis ἰδιώματα, à Latinis ſpecificæ dicuntur, ſine quibus caro conſtare non poteſt; ſed de proprietatibus illis, quas accidentales vocant, puta, corruptibilem, mutabilem, & paſſionibus obnoxiam eſſe. Poſtremis tantùm hiſce proprietatibus Chriſti carnem poſt reſurrectionè caruiſſe cenſuit Nyſſenus; non verò ſpecificis illis, quæ carnè neceſſitate naturæ comitantur. Apertè enim fatetur tum hic, tum alibi, Chriſti carnem poſt reſurrectionem mutationem in melius ſortitam fuiſſe. Quin & in reſurrectione factam fuiſſe animæ cū corpore unitionem ait c. 55. & poſt reſurrectionem Chriſtum dominū in cælo carnem collocaſſe, & Chriſti corpus in cælis exiſtere, disertis verbis affirmat in fine hujus antirrhetici. Sed quoniam Apollinaris ita unam eandemq; carnè, tam ante, quàm poſt reſurrectionè Chriſtum habuiſſe putabat, ut non modò ſubſtantia carnis, ſed & eadem corporis forma, craſſities atque moles, cæteræque paſſiones, quas accidentales vocant, in glorificatâ Chriſti carne retinerentur, quemadmodum Nyſſenus ipſe inferiùs cap. 57. teſtatur; hinc factum eſt, ut idem Nyſſenus adversùs Apollinarem diſputans, Chriſti carnem in cælos aſſumptam, nec in ſuis proprietatibus perſeveraſſe, nec corruptibilem, nec corpoream, nec figuratam fuiſſe affirmaverit; non quòd ipſe Chriſti carnem in æthercam, & divinam qualitatem converſam fuiſſe, cum Origene, ejuſque aſſeclis putaret; ſed quòd non ita corporeā & figuratam eſſe diceret, quemadmodum Apollinaris autumabat. Non negat ergo abſolutè Nyſſenus in glorificato Chriſti corpore ſubſtantiam, figuramque carnis; ſed ab eodem corpore excludit dumtaxat craſſitiem illam, atque figuram magis ſenſibilem, quæ Chriſti humanitati in ſtatu mortalitatis competebat, quamque in eodem corpore adhuc perdurare putabat Apollinaris. Sed de hac Nyſſeni ſententiā Vide plura in prolegomenis noſtris.

3 Corrector, οὐδὲ γάρ.

4 Ita Corrector, antea contrario ſenſu τὸ κρεῖττον.

χεῖρον ἀλλοιουμένη, τὸ μὲν γὰρ χεῖρον οὐ παραδέχεται, τὸ δὲ κρεῖττον οὐκ ἔχει· ἡ δὲ ἀνθρωπίνη φύσις [1] ἐν Χριστῷ πρὸς τὸ κρεῖττον κέχρηται τῇ τροπῇ, ἀπὸ τοῦ φθαρτοῦ πρὸς τὸ ἄφθαρτον ἀλλοιωθεῖσα, ἀπὸ τοῦ ἐπικήρου πρὸς τὸ ἀκήρατον, ἀπὸ τοῦ ὀλιγοχρονίου πρὸς τὸ ἀΐδιον, ἀπὸ τοῦ σωματικοῦ καὶ κατεσχηματισμένου πρὸς τὸ ἀσώματόν τε, καὶ ἀσχημάτιστον.

LIV. Ἐπειδὴ δέ φασιν ἡμᾶς λέγειν πεπονθέναι τὸν ἄνθρωπον, οὐ τὸν Θεὸν, ταῦτα παρ' ἡμῶν ἀκουσάτωσαν, ὅτι τὴν [3] θεότητα ἐν τῷ πάσχοντι εἶναι ὁμολογοῦμεν, οὐ μὴν τὴν ἀπαθῆ φύσιν, ἐμπαθῆ γενέσθαι. ὡς δ' ἂν σαφέστερον γένοιτο τὸ λεγόμενον, ταύτην ἔχομεν τὴν διάνοιαν, ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἐκ νοερᾶς ψυχῆς, σώματι συνδραμούσης, τὴν ὑπόστασιν ἔχει· φύεται δὲ τὸ συναμφότερον [4] ἀφορμῆς τινὸς ὑλικῆς προκαταβαλλομένης αὐτοῦ τῆς συστάσεως. ἡ δὲ ὕλη ἐκείνη θείᾳ δυνάμει ζωοπλασθεῖσα, ἄνθρωπος γίνεται· ὡς εἴ γε δοίη τίς καθ' ὑπόθεσιν, μὴ συμπαρεῖναι τὴν δημιουργικὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν πρὸς τὴν τοῦ πλασσομένου σύστασιν, ἀργὴ πάντως μένει καὶ ἀκίνητος, μὴ ζωογονουμένη διὰ τῆς ποιητικῆς ἐνεργείας

noxia eſt, nec in deterius convertitur; nam quod pejus eſt non admittit, & quod melius eſt obtinere non poteſt. At verò humana natura in Chriſto mutationem in melius ſortitur, dum è corruptibili in incorruptibilem, è fluxâ fragilique, in ſtabilem ac permanentem, ex temporaneâ in immortalem, è corporeâ & figuratâ [2] in incorpoream, nullâq; figurâ expreſſam permutatur.

LIV. Quoniam verò aſſerunt, nos dicere hominem paſſum fuiſſe, non Deum, hæc à nobis audiant. Divinitatem quidem in eo, qui paſſus eſt, ineſſe fatemur, non verò impatibilem naturam evaſiſſe patibilem. Ut autem quod dicimus, fiat manifeſtius, hæc noſtra ſententia eſt. Humana natura ex animâ intellectu præditâ, corpori conjunctâ, ſubſiſtentiam habet, hæc autem utriuſq; conjunctio fit, materiali quadam ſubſtantiâ, veluti quodam fundamento, ante ipſius conſtitutionem poſitâ. Materies autem illa, divinâ virtute in animal efformata, homo fit, ita ut ſi quis ad animal efformandum conditricem Dei virtutem non intervenire ex ſuppoſitione concedat, otioſa prorſus atque immutata maneat materia, utpote quæ vitam ab effectrice virtute non acci-

1 Corrector, ἐν τῷ Χριστῷ.

2 Quomodo hæc intelligenda ſint, vide in notis ad paginam præcedentem.

3 Corrector, θεότητα μὲν ἐν.

4 Ita Corrector, malè antea ἀμοιβῆς τινὸς.

accipiat. Quemadmodum igitur in nobis vivificam quãdam virtutem materiæ ſupervenire intelligimus, per quam homo, ex animâ & corpore conſtans, efformatur; ita in Mariâ Virgine factum eſt, ut Altiſſimi virtus per vivificantem Spiritum in immaculatum corpus immaterialiter inſinuata, & incorruptam Virginis puritatem in carnis materiam aſſumens, partem illam ex virgineo corpore ad efformandum fœtum collatam ſuſceperit; eoque pacto conditus fuerit novus re verâ homo, qui primus ſolusque talem ſubſiſtendi modum in ſe ipſo monſtravit, qui divino non humano more formatus eſt, divinâ virtute æqualiter per totam coagmentationis illius naturam ita permeante, ut neutrum divinitatis expers fuerit, ſed cum utroque, animâ, inquam, & corpore, juxta utriuſque modulum coaleſceret, atque congrueret. Quemadmodum igitur, homine jam genito, opus non habuit gigni divinitas omnibus ſeculis antiquior, & in æternum permanens; ſed ſemel in hominis generatione, atque ſtructurâ, unum cum ipſo facta, in ejuſdem etiam hominis ortu unà cum illo in lucem editur; ita nec reſurgere opus habet, quæ nunquam mortua eſt; ſed in eo, qui virtute divi-

γείας ἡ ὕλη. ὥσπερ οὖν ἐφ' ἡμῶν ζωοποιός τις δύναμις ἐνθεωρεῖται τῇ ὕλῃ, ἀφ' ἧς ὁ ἐκ ψυχῆς τε καὶ σώματος συνεστὼς ἄνθρωπος διαπλάσσεται· οὕτως ἐπὶ τῆς παρθενίας ἡ τοῦ ὑψίστου δύναμις, διὰ τοῦ ζωοποιοῦντος Πνεύματος ἀΰλως τῷ ἀμιάντῳ σώματι ἐμφυεῖσα, καὶ ὕλην τῆς σαρκὸς, τὴν ἀφθορίαν τῆς παρθένου ποιησαμένη, τὴν ἐκ τοῦ παρθενικοῦ σώματος πρὸς τὸ πλαοσόμενον συνεισφορὰν παρεδέξατο· καὶ οὕτως ἐκτίσθη ὁ καινὸς, ὡς ἀληθῶς, ἄνθρωπος, ὁ πρῶτος καὶ μόνος τὸν τοιοῦτον τρόπον τῆς ὑποστάσεως ἐφ' ἑαυτοῦ καταδείξας, ὁ κατὰ Θεὸν κτισθεὶς, οὐ κατὰ ἄνθρωπον, τῆς θείας δυνάμεως κατὰ τὸ ἴσον διὰ πάσης τῆς τοῦ συγκρίματος φύσεως διηκούσης· ὡς [1] μηδ' ἕτερον ἀμοιρεῖν τῆς θεότητος, ἀλλ' ἐν ἀμφοτέροις, ἐν ψυχῇ λέγω καὶ σώματι, καθὼς εἰκὸς, [2] ἑκατέρῳ προσφυῶς τε καὶ καταλλήλως εἶναι. ὥσπερ οὖν τοῦ ἀνθρώπου τικτομένου, ἡ θεότης τοῦ γεννηθῆναι οὐκ ἐδέετο, πρὸ πάντων αἰώνων οὖσα; καὶ εἰς ἀεὶ διαμένουσα, ἀλλ' [3] ἅπαξ ἓν γενομένη κατὰ τὴν σύστασιν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ κατὰ τὴν [4] γέννησιν ἐκείνῳ συναναφαίνεται: οὕτως οὐδὲ τοῦ ἀναστῆναι χρήζει ἡ ἀεὶ ζῶσα, ἀλλὰ ἐν τῷ διὰ τῆς

θείας

1 Corrector, μηδέτερον.
2 Corrector, ἑκατέρῳ.
3 Ita Corrector, malè antea, ἅπαξ ἐγγενομένη.
4 Corrector, γέννησιν.

θείας δυνάμεως εἰς τὴν ζωὴν ἐπαναγομένῳ ἀνίσταται, [1] οὐκ αὐτὴ ἐγειρομένη, οὐδὲ γὰρ πέπτωκεν· ἀλλ' ἐν ἑαυτῇ τὸν πεπτωκότα ἐγείρουσα. εἰ οὖν [2] τὸ θεῖον οὔτε γεννήσεως, οὔτε ἀναστάσεως δέεται, δηλονότι καὶ τὸ πάθος, οὐχ' ὡς τῆς θεότητος παθούσης, ἐπιτελεῖται, ἀλλ' ὡς ἐν τῷ πάσχοντι οὔσης, καὶ διὰ τῆς πρὸς τὸν πεπονθότα ἑνώσεως, τὸ ἐκείνου πάθος οἰκειουμένης. ἡ γὰρ θεία φύσις, [3] καθὼς εἴρηται, τῇ τε ψυχῇ καὶ τῷ σώματι καταλλήλως ἐμφυεῖσα, καὶ ἓν πρὸς ἑκάτερον [4] γενομένη. ἐπειδὴ ἀμεταμέλητά, φησι, τοῦ Θεοῦ τὰ χαρίσματα, [5] οὐδέτερον τούτων ὑποχωρεῖ· ἀλλὰ εἰς τὸ διηνεκὲς παραμένει. οὐδὲ γάρ ἐστι τὸ χωρίζον τινὰ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν συναφείας, πλὴν ἁμαρτίας· οὗ δὲ ἡ ζωὴ ἀναμάρτητος, τούτου πάντως [6] ἀχώριστος ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἕνωσις.

LV. Ἐπεὶ οὖν δὴ ἀμφοτέρων τὸ ἀναμάρτητον, διὰ ψυχῆς λέγω καὶ σώματος, ἐν ἑκατέρῳ κατὰ τὸ εἰκὸς ἦν τῆς θείας φύσεως ἡ παρουσία· τοῦ δὲ θανάτου τὸν μερισμὸν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἐργασαμένου, τὸ μὲν συνθετὸν διετέμνετο, [7] τὸ δὲ ἀσύ-

divinâ ad vitam redit, & ipſa reſurgit; non quòd divinitas à mortuis ſuſcitetur, neque enim cecidit, ſed quia in ſe ipsâ eum, qui ceciderat, excitavit. Si igitur divinitas, utpote quæ ſemper exiſtat, neque naſci, neque reſurgere opus habet, conſequēs eſt, Chriſti quoque paſſionem ita perfici, non quaſi divinitas paſſa ſit, ſed quaſi ipſa divinitas in eo, qui patiebatur, exiſteret, & per unionem cum eodem initam, illius paſſionem ſibi quoque propriam efficeret. Divina quippe natura tum animę, tum corpori, uti diximus, promiſcuè inſinuata, unumque cum utroque facta, quoniam, *Sinę pœnitentiâ*, inquit, *ſunt dona Dei*, Rom. 11.29. ab eorum neutro recedit, ſed jugiter permanet; nihil enim eſt quod hominem quempiam à conjunctione cum Deo ſeparet, præter peccatum; cujus autem vita ab omni peccati labe immunis eſt, hujus cum Deo conjunctio nullo unquam pacto dirimi poteſt.

LV. Quoniam itaq; in neutro, hoc eſt, in animâ, & corpore, peccatum locum habuit, in utroque pro utriuſque modulo præſens erat natura divina; ſed ubi mors, ut à corpore anima ſejungeretur, effecit, quod quidem compoſitum erat, diſſolutum fuit, compoſitionis verò expers diſſolutionem

1 Corrector, οὐχ' αὕτη.
2 Corrector, τὸ θεῖον, τὸ ἀεὶ ὄν, οὔτε.
3 Ita Corrector, antea καὶ ὡς εἴρηται.
4 Corrector, γινομένη διὰ τῆς ἀνακράσεως· ἴσως ἕν, ut ſit, *Unumque cum utroque per commixtionem facta.*
5 Corrector, οὐδέτερον τούτων ἀποχωρεῖ.
6 Corrector, ἀχώριστον οὖν ἡ πρός.
7 Corrector, τὸ δὲ ἀσύνθετον οὐ διετέμνετο, ἀλλ' ἀδιάστατος.

tionem paſſum non eſt, ſed in utroque integra divina natura permanſit. Cæterùm divinitatem in corpore quidem perſtitiſſe argumento eſt, quòd poſt mortem caro incorrupta permanſerit, nam Deo maximè propria eſt incorruptio: eandem verò divinitatem ab animâ tūc non fuiſſe ſecretam, inde patet, quòd per illam latroni ad Paradiſi ingreſſum via patefacta fuerit. Poſtquam igitur impletum fuit myſterium, cùm ſcilicet divina virtus duabus humanæ naturæ partibus ſeſe ingeſſit, & per utrunque, animam, ſcilicet, & corpus, unicuique parti, eiſdem affini atque cognatæ, vivificantem virtutem indidit, nempe, per carnem quidem corpori, per animam verò animæ, animam, inquam, mente præditam, & non rationis expertem, nam quod mente caret, belluinum eſt, non humanum; tunc quæ ab initio corpori atque animæ commixta fuit divinitas, ſemperque permanſit, in reſurrectione ejus, qui
Rom. 6.4. occubuit, ſuſcitatur, atque ita Chriſtus à mortuis reſurrexiſſe dicitur, qui quidem & jamdudum Chriſtus erat, & Chriſtus tum demum factus fuit; erat quidem juxta ſuum ab initio, & ante omnia ſecula regnum; factus verò eſt, quando paſtoribus Angeli annuntiaverunt gaudium magnum, quod futurum erat omni populo in

ἀσύστατον οὐ διΐστατο, ἀλλ᾽ ἀδιαστάτως ἐν ἑκατέρῳ ἦν. τεκμήριον δὲ τοῦ μὲν [1] ἐν σώματι τὸν Θεὸν εἶναι, τὸ ἐν ἀφθαρσίᾳ φυλαχθῆναι τὴν σάρκα μετὰ τὸν θάνατον, Θεὸς δὲ πάντως ἐστὶν ἡ ἀφθαρσία· τοῦ δὲ τῆς ψυχῆς μὴ ἀποχωρῆσαι, τὸ δι᾽ ἐκείνης ὁδοποιηθῆναι τῷ λῃστῇ τὴν εἰς τὸν παράδεισον εἴσοδον. ἐπειδὴ τοίνυν [2] ἐπληρώθη τὸ μυστήριον, τῆς θείας δυνάμεως τῷ διπλῷ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐγγενομένης, καὶ δι᾽ ἑκατέρου τῷ συγγενεῖ μέρει τὴν ζωοποιὸν ἐναποθεμένης ἐνέργειαν· διὰ μὲν τῆς σαρκὸς τῷ σώματι, διὰ δὲ τῆς ψυχῆς τῇ ψυχῇ, τῆς νοερᾶς λέγω, καὶ οὐ τῆς ἀλόγου, κτηνῶδες γὰρ, καὶ οὐκ ἀνθρώπινόν ἐστι τὸ ἀνόητον· τότε ἡ ἐξ ἀρχῆς ἐγκραθεῖσα τῷ σώματι, καὶ τῇ ψυχῇ θεότης, καὶ μέχρι παντὸς παραμείνασα, ἐν τῇ ἀναστάσει τοῦ κειμένου ἐγείρεται, καὶ οὕτω Χριστὸς ἐκ νεκρῶν ἐγηγέρθαι λέγεται, ὁ αὐτὸς καὶ ὢν Χριστὸς, καὶ γενόμενος· ὢν μὲν κατὰ τὴν προαιώνιον βασιλείαν, γενόμενος δὲ ὅτε εὐηγγελίζοντο τοῖς ποιμέσιν οἱ Ἄγγελοι τὴν μεγάλην χαρὰν, τὴν ἐσομένην παντὶ τῷ λαῷ ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ σωτῆρος, [3] ὅς ἐστί, φησι,

1 Corrector, ἐν τῷ σώματι.
2 Corrector, ἐπληρώθη τοῦ θανάτου τὸ μυστήριον, τῆς θείας.
3 Corrector, ὅ ἐστι, ſecus atque facer textus habet.

φησι, Χριστὸς Κύριος προσφόρως ὀνομαζόμενος κατὰ τὸν λόγον τοῦ Γαβριὴλ, τοῦ εἰπόντος, Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεσθαι τῇ παρθένῳ καὶ δύναμιν ὑψίστου ἐπισκιάσειν. ὁ τοίνυν οὕτω τεχθεὶς εἰκότως [1] καὶ ὁ Χριστὸς, καὶ Κύριος λέγεται· Κύριος μὲν διὰ τὴν δύναμιν τοῦ ὑψίστου, Χριστὸς δὲ διὰ τὸ πνεῦμα τῆς χρίσεως· οὐ γὰρ ὁ προαιώνιος τότε χρίεται, ἀλλὰ περὶ οὗ φησὶν, ὅτι, υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. τὸ γὰρ σήμερον τῶν δύο τοῦ χρόνου τμημάτων, τοῦ παρῳχηκότος τε, καὶ τοῦ μέλλοντος τὸ μέσον ἐστίν· ὁ δὲ τῶν αἰώνων ποιητὴς, πῶς ἐν μέρει τοῦ χρόνου καὶ γεννᾶται, καὶ χρίεται; ὥστε ἡ θεότης καὶ οὐ τέθνηκε, καὶ ἐγήγερται· οὐ [2] τέθνηκε γὰρ, ὅτι τὸ μὴ συντεθὲν οὐ διαλύεται· ἐγήγερται δὲ, ὅτι ἐν τῷ λυθέντι οὖσα ἑαυτῇ συνεπαρθῆναι τὸν κατὰ τὸν νόμον τῆς ἀνθρωπίνης πεσόντα φύσεως παρεσκεύασεν· ὡς ἂν ἑκατέρῳ μέρει, τὸ οἰκεῖον προσφερομένῳ, παροῦσα, τὴν τῶν σωμάτων φύσιν διὰ τοῦ σώματος, τὴν δὲ τῶν ψυχῶν διὰ τῆς ψυχῆς ἐξιάσατο. πάλιν δὲ δι' ἑαυτῆς τὸ διακεκριμένον ἑνώσασα, ἐν τῷ ἐπαιρομένῳ ἀνίσταται. καὶ ὥσ-

in Salvatoris nativitate, qui eſt, inquit Scriptura, Chriſtus Dominus, appoſitè & congruenter hôc inſignitus nomine, juxta Gabrielis verba, qui ait, Spiritum ſanctum in Virginem ſuperventurum, & Altiſſimi virtutem eidem obumbraturam. Qui igitur hoc pacto genitus eſt, tum Chriſtus, tum Dominus jure merito dicitur; Dominus quidem ob virtutem Altiſſimi, Chriſtus verò ob Spiritum Sanctum. Neque enim tunc ungitur, qui æternus eſt, ſed ille, de quo dicitur, *Filius meus es tu, ego hodie genui te*. Vox enim *hodie*, ſignificat, quod inter duas temporis partes, præteriti, videlicet, & futuri, medium eſt: ſeculorum verò conditor quomodo in aliquâ temporis parte naſci, atque ungi poteſt? Quamobrem Divinitas & non interiit, & tamen reſurrexit; non interiit, quoniam quod compoſitionis expers eſt, non diſſolvitur; reſurrexit verò, quoniam in eo, quod diſſolutum fuit, exiſtens, id quod ſecundùm humanæ naturæ leges ceciderat, unà ſecum ut ſuſcitaretur effecit, ut in utrâque parte, naturæ ſuæ proprietates ſeorſim exhibente, manens, corpore quidem corporum naturæ, animâ verò animarum itidem naturæ mederetur; & rurſus, quod ſeparatum erat, per ſemetipſam uniens, in eo, qui exaltatur, ipſa quoque reſurgit. Et quemadmodum ſi arundo (nil enim vetat quo mi-

Luc. 2. 11.

Pſ. 2. 7.

1 Corrector, καὶ Χριστὸς.

2 Corrector, τέθνηκε μὲν, ὅτι.

minus ſimilitudine ex corporeis rebus petitâ myſterium diſpenſationis, quę per reſurrectionem facta eſt, explicemus) in duas partes ſcindatur, & quis in unâ extremitate ſummitates hujuſmodi duarum partium arundinis conjunxerit, neceſſe eſt, ut una pars tota arundinis cum alterâ totâ parte copuletur, quia nimirum per unius extremitatis commiſſuram atque conſtrictionem, altera quoque extremitas ſimul aptatur. Ita & in Chriſto animæ cum corpore unitio per reſurrectionem facta, totam, quatenus unum quid eſt, humanam naturam, in animam, & corpus per mortem bipertitò ſciſſam, rurſus coaleſcere facit, dum ſpe reſurrectionis disjunctarum rerum concurſum efficit; & hoc eſt, quod à Paulo dicitur,
1. Cor. 15. 20. & 22. Chriſtum, nempe, reſurrexiſſe à mortuis, primitias dormientium, & ſicut in Adam omnes morimur, ita & in Chriſto omnes vivificari. Nam juxta allatum modò arundinis exemplum ex eâ quidem extremitate, qua ab Adamo initium ſumit, natura noſtra per peccatum ſciſſa fuit, animâ, videlicet, à corpore per mortem ſeparatâ; ex ea verò parte, qua Chriſtum pertingit, eadem humana natura in priſtinũ ſtatum reſtituitur, dũ in Chriſti hominis

ὥσπερ, κωλύει γὰρ οὐδὲν, σωματικαῖς τὸ μυστήριον τῆς κατὰ τὴν ἀνάστασιν οἰκονομίας ἐνδείξασθαι, [1] καθάπερ τοίνυν εἰ διχῆ κάλαμος διαχισθείη, καί τις κατὰ τὸ ἓν πέρας, τὰ ἄκρα τῶν τοῦ καλάμου τμημάτων ἑνώσειεν, ὅλον ἐξ ἀνάγκης τὸ τμῆμα τοῦ καλάμου πρὸς τὸ ὅλον συναρμοσθήσεται, διὰ τῆς ἐν τῷ ἑνὶ πέρατι συμβολῆς τε καὶ σφίγξεως πρὸς τὸ ἕτερον πέρας συναρμοζόμενον· οὕτως ἡ ἐν ἐκείνῳ τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ σῶμα γενομένη διὰ τῆς ἀναστάσεως ἕνωσις, πᾶσαν κατὰ τὸ συνεχὲς τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, [2] διχῇ διὰ τοῦ θανάτου, ψυχῇ τε καὶ σώματι μεμερισμένην, πρὸς συμφυΐαν ἄγει, τῇ ἐλπίδι τῆς ἀναστάσεως τὴν συνδρομὴν τῶν διεστηκότων ἁρμόσασα, καὶ τοῦτο ἐστι τὸ παρὰ τοῦ Παύλου λεγόμενον, ὅτι Χριστὸς ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων. καὶ ὥσπερ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκομεν, οὕτως ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθησόμεθα. κατὰ γὰρ τὸ τοῦ καλάμου ὑπόδειγμα, [3] ἀπὸ μὲν τοῦ κατὰ τὸν Ἀδὰμ πέρατος, ἡ φύσις ἡμῶν διὰ τῆς ἁμαρτίας ἐσχίσθη, τῷ θανάτῳ τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος διαιρεθείσης· ἀπὸ δὲ τοῦ κατὰ τὸν Χριστὸν μέρους πάλιν ἡ φύσις ἑαυτὴν ἀναλαμβάνει, πάντῃ τῆς διαιρέσεως πρὸς ἑαυτὴν ἐν τῇ ἀναστάσει τοῦ κατὰ τὸν Χριστὸν ἀνθρώπου

συμ- resur-

1 Corrector, addidit τοίνυν.
2 Adverbium διχῆ Corrector addidit.
3 Corrector, ἀπὸ. Mox addidi, ſenſu ita poſcente, propoſitionem, κατὰ, quæ per Librarii errorem omiſſa fuit in codice Vaticano.

συμφυομένης, διὰ τοῦτο τοίνυν συναποθνήσκομεν τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι, οὐ τοῦτον λέγω τὸν ἀναγκαῖόν τε καὶ κοινὸν τῆς φύσεως ἡμῶν θάνατον· τοῦτο γὰρ καὶ μὴ βουλομένων γενήσεται· ἀλλ' ἐπειδὴ τῷ ἑκουσίως ἀποθανόντι συναποθνήσκειν χρὴ [1] θέλοντας, προσήκει τὸν ἐκ προαιρέσεως αὐτοῖς ἐπινοῆσαι θάνατον· οὐ γάρ ἐστι διὰ τοῦ κατηναγκασμένου ἡ πρὸς τὸ ἑκούσιον μίμησις. ἐπειδὴ τοίνυν ὁ ἐκ φύσεως ἐπικείμενος ἑκάστῳ θάνατος, πάντῃ καὶ πάντως γίνεται, καὶ βουλομένων, καὶ μή· οὐκ ἂν δέ τις τὸ πάντως γενόμενον τῷ ἑκουσίῳ λογίσαιτο· διὰ τοῦτο ἕτερον τρόπον τῷ ἑκουσίως [2] ἀποθανόντι συναποθνήσκομεν, τῷ μυστικῷ ὕδατι διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐνθαπτόμενοι. συνετάφημεν γὰρ αὐτῷ, φησὶ, διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον· ἵνα τῇ μιμήσει τοῦ θανάτου [3] ἐπακολουθήσῃ καὶ ἡ τῆς ἀναστάσεως μίμησις.

LVI. Πρὸς δὲ τὸ ἐφεξῆς τοῦ λό-
» γου μετέλθωμεν. Πῶς, φησὶ, Θεὸς
» ἄνθρωπος γίνεται, μὴ μεταβληθεὶς
» ἀπὸ τοῦ εἶναι Θεὸς, εἰ μὴ νοῦς ἐν ἀνθρώ-
» πῳ κατέστη. Ἆρα συνῆκεν ἅπερ ἐφθέγξατο; [4] ἀμετάβλητον λέγει τὸ θεῖον, καὶ καλῶς τοῦτο λέγει· τὸ γὰρ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχον, ἕτερόν τι, παρ' ὅ ἐστι,

reſurrectione ſciſſura jam facta penitus coaleſcit. Propterea igitur ſimul cum eo, qui pro nobis mortuus eſt, morimur, non hanc dico neceſſariam, communemque naturę noſtræ mortem; hoc enim & invitis accidet: ſed quoniam par eſt, ut ei, qui voluntariè mortuus eſt, lubentes volenteſque commoriamur, idcirco voluntaria, & quæ in poteſtate noſtrâ poſita ſit, aliqua nobis reperienda mors eſt; cùm fieri non poſſit, ut eo, quod invitè ac repugnanter fit, quæ voluntaria ſunt, imitentur. Quoniam igitur mors, utpote quæ naturæ lege omnibus definita eſt, tum volentibus, tum nolentibus omnino accidit, & quod neceſſariò fit, voluntarium nemo unquam dixerit; propterea alio diverſo modo, ſponte morienti commorimur, myſticâ, nempe, in aquâ per baptiſmum ſepulti; nam, *Conſepulti*, inquit, *ſumus cum illo per baptiſmum in mortem*, ut mortis imitationi reſurrectionis quoque imitatio reſpondeat. Rom. 6. 4.

LVI. Sed ad alia pergamus *Quomodo*, inquit, *Deus fit homo, Deus eſſe non deſinens, ſi mentis loco non ſtatuatur in homine*. Intelligit ne ipſe quæ loquitur? Divinitatem immutabilem eſſe dicit, idque rectè; nam quod ſemper unum & idem, & ſui ſimile

eſt,

1 Corrector, ἐθέλοντας.
2 Ita Corrector antea, συναποθανόντι.
3 Et hæc Correctoris emendatio eſt, antea enim erat, ἀκολουθήσῃ.
4 Corrector, ἀμετάβλητον εἶναι λέγει.

eſt, aliud ab eo, quod eſt, fieri, ſuapte naturâ, non poteſt; ſed in alio quidem eſſe poteſt, aliud verò fieri non poteſt. Quid igitur, ut Apollinaris ait, mens illa in homine fuit? Nunquid immutabilis naturæ majeſtatem retinuit; an verò è ſublimi illo ſtatu ad humilem tranſitu facto, ita humanæ naturę anguſtiis ſeipſam incluſit, ut quanta hæc eſt, tanta & ipſa evaſerit? [3] Igitur divinitati æqualis eſt mens humana, ſi quemadmodum ait Apollinaris, mens hominis facta eſt divina natura. Si enim peræque humana natura vel noſtram mentem, vel mentis loco Deum recipit, magnitudine æquales ac pares inter ſe eſſent divinitas, & mens humana, quandoquidem in eo, quod mentem capit, divinitas quoque contineretur. Veluti ſi quis vaſe aliquo vacuo frumentum, vel quodpiam aliud ſemen dimetiatur, nemo utique dixerit, id quod eâdem menſurâ æquatur, quantitate ab alio differre; æquale enim eſt frumentum avenæ, cùm evacuatus illis ſeminibus modius, ad aliud opus adhibetur. Igitur ſi mentis locum divinitas occupat, nemo utique dixerit divinitatem mente excel-

ὅ ἐστι, γίνεσθαι, φύσιν οὐκ ἔχει· ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ μὲν γίνεται, ἕτερον δὲ οὐ γίνεται. τί οὖν ὁ νοῦς ἐκεῖνος, καθὼς [1] *ὁ Ἀπολινάριος λέγει, ὁ ἐν ἀνθρώπῳ γενόμενος; ἆρα ἐν τῷ μεγαλείῳ τῆς ἀμεταβλήτου διέμεινε φύσεως, ἢ πρὸς τὸ ταπεινὸν πεποίηται τὴν μετάστασιν, τῇ τοῦ ἀνθρωπίνου βραχύτητι ἑαυτὸν ἐμπεριγράψας, καὶ ὅσος οὗτός ἐστι,* [2] *τοσοῦτος κἀκεῖνος γενόμενος;* [3] *οὐκοῦν ἴσος ὁ ἀνθρώπινος νοῦς ἐστὶ τῇ θεότητι, εἴπερ, καθώς φησιν ὁ Ἀπολινάριος, νοῦς ἀνθρώπου ἡ θεία φύσις ἐγένετο· εἰ γὰρ ὁμοίως ἡ ἀνθρωπίνη δέχεται φύσις, ἢ τὸν νοῦν τὸν ἡμέτερον, ἢ ἀντὶ τοῦ νοῦ τὸν Θεὸν, ἰσομεγέθη ταῦτα ἂν εἴη ἀλλήλοις, καὶ ἰσοστάσια, εἴπερ ἐν ᾧ χωρεῖται ὁ νοῦς, ἐν τούτῳ καὶ ἡ θεότης περιλαμβάνοιτο· ὡς εἴ τις ἀγγείῳ τινὶ* [4] *κενῷ σῖτον, ἢ ἕτερόν τι τῶν σπερμάτων ἀπομετροίη, οὐκ ἄν τις εἴποιτο τῷ αὐτῷ μέτρῳ ἰσούμενον, κατὰ τὸ ποσὸν διαφέρειν τοῦ ἄλλου· ἴσος γάρ ἐστι πυρὸς ταῖς ὀλύραις, ὅτ' ἂν ἀποκενωθέντων τοῦ μεδίμνου* [5] *τῶν σπερμάτων ἐκείνων ἀντιπληρώσῃ τὸ ἕτερον ἔργον. οὐκοῦν εἰ ἀντὶ τοῦ νοῦ ἡ θεότης γίνεται, οὐκ ἄν τις ὑπερβάλλειν εἴποι παρὰ τὸν νοῦν τὴν θεότητα, εἴπερ ὁμοίως*

1 Articulum Corrector addidit.
2 Corrector, τοσοῦτον.
3 Hunc locum in epitomen contractum uſque ad illa verba, πρὸς τὸ ταπεινὸν ἠλλοιώθη, refert Euthymius Zigabenus in Panopliâ pag. 529. Verſiculo primo.
4 Ita neceſſariò mihi legendum videtur, licèt in codice Vaticano ſit κοινῷ.
5 Vox ἐκείνων Corrector addidit.

ὁμοίως ἐκείνῳ χωρεῖται καὶ αὐτὴ ὑπὸ τῆς φύσεως; ἢ οὖν ἴσος ἐστὶν ὁ νοῦς τῇ θεότητι, καθὼς ὁ Ἀπολινάριος βούλεται, καὶ ἀπὸ τούτου πρὸς ἐκεῖνο μεταστὰς, οὐκ ἠλλοιώθη· ἢ καταδεέστερον ὁ νοῦς παρὰ τὸ θεῖον, [1] ὁ τοῦτο ἐξ ἐκείνου γενόμενος, πρὸς τὸ ἀπελέστερον ἠλλοιώθη. ἀλλὰ τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι καὶ τὸ ἴσον ὑποβέβηκε [2] τῇ ἀπροσίτῳ τε καὶ ἀπροσπελάστῳ φύσει πᾶν τὸ ἐν τῇ κτίσει νοούμενον, ὡς [3] ἴσην τὴν τροπὴν, κἂν εἰς κτίσμα, κἂν εἰς νοῦν, τίς λέγοι μεταβεβλῆσθαι τὸ θεῖον· ὥστε εἰ τὸ, [4] ἐν νοῒ γενέσθαι, τροπὴν ὁ Ἀπολινάριος [5] οὐκ οἴεται, οὐδὲ τὸ δίχα διανοίας καταμιχθῆναι τῷ ἀνθρώπῳ, προσμαρτυρεῖ τῷ ἀνακραθέντι τὸ ἀναλλοίωτον, [6] ἀλλ' εἴπερ οὐκ ἠλλοιώθη, σὰρξ γενόμενος, πολὺ μᾶλλον ἐν τῷ ἀτρέπτῳ διέμεινε, καὶ πρὸς τὸν νοῦν ποιησάμενος τὴν ἀνάκρασιν· εἰ δὲ τῷ ἐν νοῒ γενέσθαι κατηγορεῖ τὴν τροπὴν, καὶ ἡ πρὸς τὴν σάρκα οἰκείωσις, οὐκ ἐκφεύγει πάντως τὴν κατηγορίαν τῆς ἀλλοιώσεως.

LVII. Ἔτι φησὶ, τὰ γὰρ ἐν τῷ μέσῳ, παρίημι, Εἰ μετὰ τὴν ἀνάστα-

excellentiorem eſſe, cùm iſtam perinde ac illam humana natura capiat. Vel igitur æqualis eſt mens divinitati, ut Apollinaris cenſet, & è ſuo ſtatu in illam converſa, non immutata fuit; vel divinitate mens eſt inferior, & quod in eam converſum eſt, in deterius eſt commutatum. Atqui cunctis notum eſt, naturâ illâ, quam nemo attingere, aut æquare poteſt, inferioris æquè conditionis eſſe quidquid in creatarum rerum numero habetur; ita ut par ſit mutatio, ſi quis Deum vel in hominis mentem, vel in aliam quamcunque rem creatam mutatum fuiſſe affirmaverit. Quamobrem ſi ex Apollinaris ſententiâ, [5] non mutatur divinitas, dum humanæ mentis locum ſubit, profectò nec etiam mutabitur, ſi cum homine mente deſtituto conjungatur; ſed ſi Verbum caro factum, non mutatum fuit, multo magìs immutatum permanſit, dum menti commixtum fuit. Quod ſi mutationem fieri, ex eo arguitur, quòd in mentis locum ſubſtituatur; eandem prorſus mutationem fieri, ex eo, quòd carnem ſibi copulaverit, conſtabit.

LVII. Præterea inquit, nam quæ in medio ſunt, prætermitto,

1 Ita Corrector, malè antea ὁ τούτου; ſed legendum videtur καὶ τοῦτο.
2 Corrector, τὴν ἀπρόσιτόν τε καὶ ἀπροσπέλαστον φύσιν.
3 Corrector, ἴσην εἶναι τὴν.
4 Ita Corrector, malè antea ἐν ᾧ.
5 Locus iſte ſine particulâ negativâ legitur in codice Vaticano; ſed eam neceſſariò hic reponendam eſſe, non modò ſubſequens ſtatim negatio indicat; ſed tota Nyſſeni argumentatio, ac potiſſimùm poſtrema ejus pars, apertè declarat.
6 Ita Corrector antea ὅς ἐστιν.

mitto, *Si poſt reſurrectionem Deus evaſit, & non ampliùs homo eſt, quomodo filius hominis mittet Angelos ſuos? & quomodo videbimus Filium hominis venientem in nubibus cæli? Quomodo etiam priuſquam unus cum Deo fieret, & deificaretur, ait, Ego & Pater unum ſumus?* Hæc ille ut adſtruat, [2] humani corporis naturã nullatenus in magis divinum quendam ſtatũ tranſiiſſe; ſed ungues, capillos, figuram, habitum, molemque, corporis, denique cæteras ſive exteriores, ſive interiores ejuſdem corporis partes in Chriſto adhuc immutatas permanere. Ego verò non oportere humilia adeo atque abjecta de Deo opinari, pluribus probare ſupervacaneum arbitror, cum ipſemet adverſariorum ſermo, quàm abſurda ſit hæc ſententia, palàm faciat. Verùm ne divina eloquia ad fabulæ hujus confictionem quidpiam ſibi conferre cenſeat, brevibus ſingula quæque ejus dicta percurram. Quoniam, ait, qui in univerſi conſummatione Angelos mittit, Filius hominis dicitur, hinc credendum eſſe putat, illum in iis, quæ

Mat. 24. 30. & 31.

Jo. 10. 30.

στασιν Θεὸς γέγονε, καὶ οὐκέτι ἐστὶν »
ἄνθρωπος, [1] πῶς υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου »
ἀποστελεῖ τοὺς Ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ πῶς »
ὀψόμεθα τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχό- »
μενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν; πῶς δὲ καὶ πρὶν »
ἑνωθῆναι, καὶ ἀποθεωθῆναι λέγει, »
ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν; Ταῦτα »
διέξεισιν ἐκεῖνος, διὰ τῶν εἰρημένων κατασκευάζων, [2] ὅτι οὐδὲν πρὸς τὸ θειότερον ἡ τοῦ σώματος φύσις μετεποιήθη· ἀλλ' ἔτι περὶ αὐτὸν αἱ τρίχες, οἱ ὄνυχες, [3] ἡ μορφὴ, τὸ σχῆμα, ἡ τοῦ ὄγκου περιγραφὴ, καὶ τὰ λοιπὰ, δηλονότι, ὅσα τε φαινόμενα, [4] καὶ ὅσα τε κρύφια τῶν μερῶν τοῦ σώματος. ἐγὼ δὲ τὸ μὲν [5] μὴ δεῖν οὕτως χαμαιρεφῆ καὶ χαμαίζηλα περὶ τὸν Θεὸν ἐννοεῖν, περιττὸν ἡγοῦμαι λόγῳ κατασκευάζεσθαι, αὐτοῦ [6] τοῦ τῶν ἐναντίων λόγου, καὶ δι' ἑαυτοῦ τὴν ἀτοπίαν κηρύσσοντος. ὡς δ' ἂν μὴ τὰ θεῖα λόγια συνεργεῖν αὐτῷ πρὸς τὴν μυθοποιΐαν λογίζοιτο, διὰ βραχέων ἕκαστον τῶν εἰρημένων [7] διαδραμοῦμαι. ἐπειδή, φησιν, ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ παντὸς ὁ τοὺς Ἀγγέλους ἀποστέλλων, υἱὸς ἀνθρώπου λέγεται, διὰ τοῦτο μέχρι παντὸς οἴεται δεῖν ἐν τοῖς ἀνθρωπί-

1 Corrector, πῶς ὁ υἱὸς.

2 In margine Vaticani codicis manu diverſâ à reliquo textu, ſed veteri, ad hunc locum lector monetur his verbis, Σημείωσαι, ὅτι τὸ ῥητὸν τοῦτο πεφάλσευται. *Nota, dictum hoc falſatum fuiſſe.* Quæ verba de Apollinaris ne, an Nyſſeni textu intelligenda ſint, ignoro.

3 Corrector, ἡ τροφή.

4 Corrector, καὶ ὅσα κρύφια.

5 Neceſſariam particulam negativam Corrector addidit.

6 Articulum quoque τοῦ Corrector addidit.

7 Corrector, ὑποδραμοῦμαι.

πίνοις [1] (αὐτὸν ἰδιώμασι) πιστεύειν εἶναι· καὶ οὐ μέμνηται τῆς τοῦ Εὐαγγελίου φωνῆς, ὅπου πολλαχοῦ διὰ τῶν ἰδίων λόγων ὁ Κύριος, ἄνθρωπον τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν κατωνόμασεν. ἄνθρωπος ἦν οἰκοδεσπότης, ὁ τοῖς γεωργοῖς τὸν ἀμπελῶνα ἐκδόμενος, ὁ μετὰ τὴν τῶν οἰκετῶν ἀναίρεσιν, καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν ἀποστείλας, ὃν ἐκβαλόντες οἱ γεωργοὶ ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος φονεύουσι; τίς ἦ ὑπῆρχεν ἐκεῖνος ὁ ἄνθρωπος, ὁ τὸν μονογενῆ πέμψας; τίς δὲ ὁ ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος φονευθεὶς υἱός; ὁ δὲ τῷ υἱῷ τοὺς γάμους ἐπιτελῶν, οὐκ αὐτὸς ἀνθρωπικῶς ὑπὸ τοῦ λόγου διεσκευάσθη; εἰ δὲ χρὴ καὶ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι βοηθῶν τῇ ἀσθενείᾳ τῶν καταφρονούντων τῆς ὁμοιοειδοῦς αὐτοῖς φύσεως, καὶ διὰ τοῦτο πιστεῦσαι αὐτοῦ τῇ θεότητι μὴ δυναμένων, ὡς ἂν μάλιστα τὸ χαῦνον τῆς διανοίας αὐτῶν τῷ φόβῳ συστείλας, εἰς πίστιν τονώσειε, φησὶ, τὸ παρὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου τοὺς Ἀγγέλους ἐν τῇ κρίσει πέμπεσθαι, ἵν' ἡ τῶν φοβερῶν προσδοκία τὴν πρὸς τὸ φαινόμενον αὐτῶν ἀπιστίαν θεραπεύσειεν. ἀλλὰ καὶ ὄψεσθέ, φησι, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ μετὰ δόξης, καὶ δυνάμεως πολλῆς, καὶ τοῦτο συνᾴδει
τοῖς

quæ humano corpori propria ſunt, nunquam non eſſe per totam æternitatē permanſurum: nec Evangelii verborum meminit, in quo multoties Chriſtus Dominus ore proprio Deum, *Rom. 9. 5.* qui eſt ſuper omnia, hominem appellavit. Homo erat pater- *Mat. 21.35* familias, qui vineam agricolis locavit, & factâ ſervorum cæde, unigenitum quoque filium ſuum miſit, quem iidem agricolæ extra vineam ejicientes, occiderunt. Ecquis fuit homo ille, qui filium unigenitum miſit? Ecquis etiam fuit filius ille, qui extra vineam necatus fuit? Quin & ſub illius parabolâ, qui *Mat. 22. 2.* filio nuptias fecit, nonnè hunc ipſum, tanquam hominem, Scriptura deſcribit? Quid ſi diceremus, Chriſtum eorum infirmitati conſulturū, qui ſibi ipſis ſimilem in eo naturam deſpicientes, ad ejus divinitatem credendam induci non poterant, idcirco filium hominis in ultimo judicio miſſurum Angelos dixiſſe, quò imbecilles infirmaſque eorum mentes timore correptas, in fide roboraret, ac terribilium rerum expectatione eorundem circa èa, quæ ſuiſmet oculis aſpiciebant, incredulitati mederetur? *Sed & videbitis*, inquit, *filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multâ & majeſtate*. *Mat. 24.30.* Hoc ſanè apprimè convenit cum iis, quæ antea tradidimus, ſive de homine illo, qui vi-
neam

1 Duo hæc verba ſemicirculis incluſa, Corrector addidit.

neam plantavit, & de alio homine, qui filio ſuo nuptias fecit, ſive de ſenſu, quem illis Scripturæ locis tribui debere docuimus. Quin & evangelicum ſermonem nequaquam abjectæ huic Apollinaris opinioni favere, neque nos in eam ſententiam adducere, ut [2]corporeum quidpiam in Chriſto eſſe cenſeamus, ex eo clarè demonſtratur, quòd poſt ſermonem illum, quo ejus in fine ſeculorum apparitio ſignificatur, ſtatim ſubjiciat, cunctos tunc viſuros eſſe
Matt. 16. 27. Dominum in gloriâ Patris ſui; ut ex dictis neceſſariò cenſendum ſit, vel Patrem quoque humanâ præditum eſſe formâ, ut Filius, qui in ſpecie humanâ videndus eſt, in gloriâ Patris appareat; vel ſi paternæ gloriæ majeſtas quacunque formâ, aut ſpecie viſibili caret, fateri etiam debemus, Filium humanâ ſpecie figuratum non eſſe, quem in gloriâ Patris appariturum Scriptura pollicetur; alia eſt enim gloria hominis, & alia gloria Dei, qui eſt ſuper omnia. *Sed*, inquit, *per carnem homines allocutus eſt, dum ait, Ego & Pater unum ſumus*. O dementiam
Jo. 10. 30. hominis, qui Chriſtum in fine ſeculi humanâ formâ appariturum ex eo demonſtrari putat, quòd in carne poſitus dixerit, *Ego & Pater unum ſumus*! Ergo ſuâ hac ratiocinatione prorſus confirmat,

τοῖς προαποδεδομένοις, εἴτε ἐκείνου τοῦ ἀνθρώπου, τοῦ τὸν ἀμπελῶνα φυτεύσαντος, καὶ τὸν γάμον τῷ [1] υἱῷ ἐπιτελέσαντος, εἴτε κατὰ τὴν προαποδοθεῖσαν διάνοιαν. καὶ ὅτι πάντῃ τῆς ταπεινῆς τοῦ Ἀπολιναρίου ὑπολήψεως ὁ λόγος ἀπήλλακται, καὶ [2] οὐδὲν σωματικὸν περὶ αὐτὸν ἐννοεῖν ὁ τοιοῦτος ὑποτίθεται λόγος, σαφὴς ἡ ἀπόδειξις ἐκ τοῦ προσκεῖσθαι τῷ λόγῳ, τῷ τὴν ἐμφάνειαν αὐτοῦ, τὴν ἐπὶ τέλει τῶν αἰώνων, μηνύοντι, ὅτι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ ὀφθήσεται τῇ κτίσει ὁ Κύριος· ὡς ἀνάγκην ἐκ [3] τῶν εἰρημένων, ἢ καὶ τὸν Πατέρα νομίζειν ἀνθρωπικῶς διεσκευάσθαι, ἵνα ὁ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον σχῆμα φαινόμενος υἱὸς, ἐν τῇ τοῦ Πατρὸς φαίνηται δόξῃ· ἢ εἴπερ [4] καθαρεύει πάσης μορφῆς, ἐν εἴδει θεωρουμένης, ἡ τῆς πατρικῆς δόξης μεγαλοπρέπεια, μηδὲ αὐτὸν ἀνθρωπικῶς σχηματίζεσθαι, τὸν ἐν τῇ τοῦ Πατρὸς ὀφθήσεσθαι δόξῃ ἐπαγγελλόμενον. ἄλλη γὰρ δόξα ἀνθρώπου, καὶ ἄλλη δόξα τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ. Ἀλλά φησι, » διὰ σαρκὸς διαλεγόμενος τοῖς ἀνθρώποις, » ὅτι ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. » ὢ τῆς ἀνοίας,

1 Ita Corrector, malè antea τοῦ αὐτοῦ ἐπιτελέσαντος.

2 Hæc Nyſſeni verba eo modo ſunt intelligenda, quo ſuperiùs in notis ad cap. 53. hujus operis ſimilia ejuſdem verba intelligi debere monuimus.

3 Corrector, διὰ τῶν εἰρημένων.

4 Corrector, καθαρεύει.

ἀνοίας, τὴν ἀπόδειξιν οἴεσθαι, ἀνθρωπικὴν αὐτοῦ μετὰ ταῦτα γενήσεσθαι τὴν ἐμφάνειαν, τὸ εἰπεῖν, διὰ σαρκὸς φθεγγόμενον, τὸν Κύριον ἓν εἶναι πρὸς τὸν Πατέρα! οὐκοῦν διὰ τούτων πάντως κατασκευάζει τῷ λόγῳ, τὸ ἀκριβῶς ἐν σαρκὶ καὶ τὸν Πατέρα ζῆν; εἰ γὰρ ὁ εἰπὼν [1] ἓν εἶναι ἑαυτὸν πρὸς τὸν Πατέρα, οὐ κατὰ τὸ πνευματικὸν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, καθὼς ὁ Ἀπολινάριος οἴεται, νοεῖν ὑποτίθεται τὴν ἑνότητα· ἄρα τοῦτό ἐστιν ὁ Πατὴρ, ὅπερ τότε κατ' ἄνθρωπον ὁ Υἱὸς ἑωρᾶτο· ἀλλὰ μὴν ἔξω πάσης σωματικῆς ἐννοίας τὸ θεῖον· ἄρα οὐ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον σχῆμα ἡ τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ἕνωσις ἦν, ἀλλὰ κατὰ τὴν κοινωνίαν τῆς θείας φύσεώς τε καὶ δυνάμεως. καὶ ὅτι ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἐκ τούτων ἂν γένοιτο μάλιστα δῆλον, ἐν οἷς φησὶ πρὸς τὸν Φίλιππον, ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. ἡ γὰρ ἀκριβὴς τῆς τοῦ Υἱοῦ μεγαλειότητος κατανόησις, καθάπερ ἐν εἰκόνι τὸ ἀρχέτυπον βλέπειν παρασκευάζει.

LVIII. Τῶν δὲ ἐφεξῆς τὸ ἀσυνάρτητον καὶ ἀδιανόητον, ὡς ἂν μὴ μάτην ἐμφιλοχωροίην τοῖς ματαίοις, ὑπερβήσομαι, δι' ὧν οὐδὲ ὅ, τι βούλεται λέγειν φανερὸν ποιεῖ τοῖς ἐπιστατικῶς ἀκολουθοῦσι τῇ συγγραφῇ. τί γὰρ αὐτῷ συντελεῖ πρὸς τὸν λόγον, τὸ, μηδένα ἁρπάζειν ἐκ τῆς χειρὸς αὐ-

τοῦ

mat, Patrem quoque in carne planè vivere. Si enim qui ait, ſeipſum unum eſſe cum Patre, unitatem illam non ſpirituali, ſed humano modo, ut Apollinaris cenſet, intelligendam eſſe ſignificat; ergo Pater illud ipſum eſt, quod tunc ſecundùm humanam naturam Filius eſſe apparebat. Atqui divinitas ab omni notione, quam corporearum rerum habemus, longè aliena eſt. Ergo non ſecundùm humanam formam Filii cum Patre unitas erat, ſed ſecundùm communionem divinæ naturæ atque virtutis. Hæc autem ita ſe habere ex eo potiſſimùm apparebit, quòd ad Philippum ait, *Qui videt me, videt & Patrem*: *Jo. 14. 9.* nam qui perfectè Filii magnitudinem animo percipit, is facilè ipſum primigenium ejus exemplar, hoc eſt, Patrem, quaſi in imagine conſpicit.

LVIII. Porrò eorum, quæ ſequuntur, inconcinnitatem, obſcuritatemque, ne ſtultis in rebus immorari videar, prætermittam; quippe qui adeo confusè, atque ineptè ſcribat, ut ne eruditus quidem, doctuſque Lector, quid ſibi velit, intelligentiâ & animadverſione aſſequi poſſit. Quid enim ipſi ad ſententiam ſuam confirmandam conferat, quod ait, *Neminem*, ſcilicet, *ex ejus manu oves rapere*

pere

1 Ita Corrector, antea ὁ εἰπὼν εἶναι,

pere poſſe, quæ ipſi à Patre traditæ ſunt, intelligere nequeo, quemadmodum & illud, *Oves ad ſeipſum paternâ divinitate trahit*, ac præterea quod inquit, *Si unus cum Patre ante reſurrectionem factus eſt Chriſtus, quomodo unus cum Deo, qui in ipſo eſt, factus non fuit*. Hoc enim tanquam datâ operâ fabuloſas fictiones ſuas ipſemet redarguere vellet, propriis probationibus inſerit, quibus oſtendere conatur, qua ratione humanitas in Chriſto & à Deo ſeparetur, & cum eodem conjungatur: nam qui ait ſi unus cum Patre factus eſt Chriſtus, quomodo unus cum Deo, qui in ipſo eſt, non evaſit? [1] Ita & homo Chriſtus, alius exiſtens, Deo, qui in ipſo eſt, conjunctus fuit. His igitur prętermiſſis, utpote quæ ex ſemetipſis, ſolâque lectione, dogmatis hujus errores & inconſtantiam refellunt, illud tantummodo commemorabo, *Salvator paſſus eſt*, inquit, *famem, ſitim, laborem, angorem, & triſtitiam*. Quis eſt Salvator iſte? Deus eſt, inquit in præcedentibus, non duæ perſonæ, quaſi una perſona Deus eſſet, altera homo. Igitur Deus illa paſſus eſt, quæ eundem paſſum fuiſſe dixit, *Et patitur, qui paſſionum nequaquam capax eſt, non repugnantis naturæ neceſſitate, quemadmodum homo; ſed naturæ conſequentiâ atque comitantiâ.*

τοῦ τὰ δοθέντα αὐτῷ παρὰ τοῦ Πατρὸς πρόβατα, συνιδεῖν οὐκ ἔχω. καὶ ὅτι πατρικῇ θεότητι ἕλκει πρὸς ἑαυτὸν τὰ πρόβατα. καὶ εἰ πρὸς τὸν Πατέρα, φησὶν, ἥνωται Χριστὸς πρὸ ἀναστάσεως, πῶς πρὸς τὸν ἐν αὐτῷ Θεὸν οὐχ ἥνωται. τοῦτο γὰρ, ὥσπερ ἐξεπίτηδες αὐτὸς ἑαυτοῦ τὴν μυθοποιΐαν ἐλέγχων, παρεντίθησι ταῖς ἰδίαις κατασκευαῖς, δι' ὧν ἀποδείκνυται ἡ τοῦ ἀνθρώπου πρὸς τὸ θεῖον διαίρεσίς τε καὶ ἕνωσις. ὁ γὰρ εἰπὼν, ὅτι, εἰ πρὸς τὸν Πατέρα ἥνωται Χριστὸς, πῶς πρὸς τὸν ἐν αὐτῷ Θεὸν οὐχ ἥνωται; [1] οὕτως καὶ ὁ κατὰ Χριστὸν ἄνθρωπος, ἕτερος ὢν, τῷ ἐν αὐτῷ ἥνωται Θεῷ. ταῦτα τοίνυν, ὡς αὐτόθεν διὰ τῆς ἀναγνώσεως ἐλέγχοντα τὸ πεπλανημένον τοῦ δόγματος αὐτοῦ, καὶ ἀσύστατον, παραδραμοῦμαι τῷ λόγῳ· ἐκείνου δὲ μόνου ἐπιμνησθήσομαι. Ὁ Σωτὴρ, φησὶ, πέπονθε πεῖναν, καὶ δίψαν, καὶ κάματον, καὶ ἀγωνίαν, καὶ λύπην. τίς ὢν ὁ Σωτήρ; ὁ Θεός, φησιν ἐν τοῖς περὶ τούτου, οὐ δύο πρόσωπα, ὡς ἑτέρου μὲν ὄντος Θεοῦ· ἑτέρου δὲ τοῦ ἀνθρώπου. οὐκοῦν ὁ Θεὸς πέπονθεν, ἅπερ παθεῖν αὐτὸν εἴρηκε, [2] καὶ πάσχει τὸ ἀπαράδεκτον πάθους, οὐκ ἀνάγκῃ φύσεως ἀβουλήτου, καθάπερ ἄνθρωπος· ἀλλ' ἀκολουθίᾳ φύσεως.

ἆρα

Nunquid

1 Hic nonnulla deeſſe videntur. 2 Corrector, καὶ πάσχει.

ἆρα τίς ἐπαρκέσει διελέγχων τὰ μάταια; ἐν τίνι διαφέρειν βλέπει τὴν ἀνάγκην τῆς φύσεως, καὶ τὴν ἀκολουθίαν τῆς φύσεως; ἡ γὰρ ἀλήθεια ταυτὸν ἐν ἑκατέρῳ βλέπει τὸ σημαινόμενον· οἷόν τι λέγω, ἀκόλουθόν ἐστι τὸν μὴ ὑγιαίνοντα τὰς ὄψεις, ἀσθενῶς ἔχειν περὶ τὴν ὅρασιν. καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ τοῦτό φημι, ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστιν, εἰ μή τις ὑγιῶς ἔχει τῶν ὄψεων, ἀσθενεῖν τοῦτον περὶ τὴν ὅρασιν· ἆρ᾽ οὐ ταυτὸν ἐν ἑκατέροις ἐστίν; ὅ, τε γὰρ τὴν ἀνάγκην εἰπὼν, τὸ ἐξ ἀκολούθου συμβαῖνον ἔδειξεν· ὅ, τε τοῦ ἀκολούθου μνησθεὶς, τὸ ἀναγκαῖον ἐσήμανε. τί οὖν βούλεται ἡ σοφία τοῦ λογογράφου, μὴ ἀνάγκῃ φύσεως, ἀλλ᾽ ἀκολουθίᾳ φύσεως [1] τῷ Σωτῆρι προσάπτειν τὰ
„ πάθη τῆς φύσεως; ἔδει, φησὶ, καθ᾽
„ ὁμοιότητα τῶν ἀνθρώπων τὰ πάθη κι-
„ νηθῆναι. [2] ὅ, τε ἔδει εἰπὼν, οὐ φανερῶς τὴν ἀνάγκην ἐβόησεν; [3] οὐχ᾽ αὕτη τῆς γραφῆς ἡ χρῆσις ἐστί; καὶ ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν εὐαγγελίων πάρεστι τὰς ἀποδείξεις τοῦ λόγου λαβεῖν. ἀνάγκη ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· καὶ γὰρ δεῖ γενέσθαι ταῦτα. οὐχὶ μία ἑκατέρας ἐστὶ τῆς φωνῆς διάνοια; ὁ γὰρ εἰπὼν, ἀνάγκη εἶναι ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, τὸ δεῖν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα διὰ τῆς φωνῆς

φωνῆς

Nunquid aliquis ineptiis hiſce redarguendis par erit? Quanam in re differre videt neceſſitatem naturæ, & conſequutionem naturæ? Re ipsâ enim una eademque ſignificatio in utroque deprehenditur, veluti cùm dico, conſequens eſt, ut qui oculorum morbo laborat, ægrè videat; & rurſus id ipſum ajo, dum inquio, neceſſarium eſt, ut qui oculis ægrotat, is hebetem oculorum aciem habeat. Nunquid non idem eſt utriuſque dicti ſenſus? nam qui neceſſitatem dixit, id quod ex conſequutione contingit, ſignificat; & qui ejus rei meminit, quæ naturæ proprietate conſequens eſt ut accidat, is, quod neceſſarium eſt, denotavit. Cur igitur ſapiens noſter Scriptor, non naturæ neceſſitate, ſed naturæ conſequentiâ atque comitantiâ, noſtræ naturæ paſſiones Salvatori vult adſcribere? *Oportebat*, inquit, *ad ſimilitudinem hominum paſſiones cieri*. Qui dixit, *oportebat*, nonnè manifeſtè neceſſarium eſſe pronuntiavit? Nonnè hic Scripturæ uſus eſt? Quin & ex Evangeliis ipſis in promptu eſt locutionis hujus probationes deſumere, neceſſarium eſt ut veniant ſcandala, *Mat. 18.7.*
nam & hæc eſſe oportet. Nonnè una utriuſque dicti ſententia eſt? *Luc. 17.1.*
qui enim ait, neceſſarium eſſe, ut veniant ſcandala, is oportere

ut ſcandala

1 Verbum τῷ σωτῆρι Corrector addidit.

2 Corrector, ὅτι τὸ ἔδει.

3 Corrector, οὐχ᾽ αὕτη ἡ τῆς.

ut ſcandala veniant verbis illis deſignat; & qui ait, hæc fieri oportet, quod neceſſariò ad effectum debet perduci, ſignificat.

LIX. Sed & nugas confusè, ac temerè in ſtultis ejus ratiocinationibus congeſtas, quas deinceps profert, rurſus prætermittam. Verùm prope tractatûs finem ita ait, *Corpore etiam in cælis exiſtente, nobiſcum eſt uſque ad conſummationem ſeculi.* Quiſnam ille ſit, qui nobiſcum eſt, neſcit Scriptor, apertè ſeparans, quod disjungi nequit. Nam ſi corpus quidem in cælo collocat, nobiſcum verò eſſe Dominum dicit, disjunctionem quandam, atque ſeparationem hac ſuâ diſtinctione palàm inducit. Nam non inquit, corpus ejus & in cælo manere, & nobiſcum eſſe; ſed corpore in cælis exiſtente. Ergo cùm nos in cælis non ſimus, aliud quid ab eo, quod in cælis eſt, corpore diverſum, nobiſcum, qui in terrâ degimus, eſſe credidit. Hæc ſunt ſublimes Apollinaris doctrinæ. Nos autem dicimus Chriſtum, poſtquam ea dixiſſet, aſſumptum fuiſſe in cælos, & eum, qui aſſumptus fuit, nobiſcum eſſe, nullamque in eo diviſionem reperiri; ſed quemadmodum eſt in nobis, unicuique adſtans, & in medio noſtri manens, ita & per omnes pervagatur creatarum

rerum

τῆς ἐνεδείξατο. καὶ ὁ εἰπὼν, [1] δεῖ γενέσθαι ταῦτα, τὸ ἀναγκαίως ὀφεῖλον εἰς ἔργον ἐλθεῖν προεμήνυσεν.

LIX. Ἀλλὰ πάλιν καὶ τὸν ἐφεξῆς ὑπερβήσομαι ὕθλον, χύδην, καὶ ὡς ἔτυχεν, ἐκ ματαίων λογισμῶν συμπεφορημένον· φησὶ δὲ πρὸς τῷ τέλει τοῦ λόγου, ὅτι καὶ ἐν οὐρανῷ ὄντος τοῦ σώματος, μεθ' ἡμῶν ἐστὶ μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. τίς ὁ μεθ' ἡμῶν ὢν σαφῶς, ὁ λογογράφος μερίζων τὸ ἀμέριστον, οὐ συνίησιν· εἰ γὰρ τὸ μὲν σῶμα [2] τῷ οὐρανῷ ἀποτίθεται· μεθ' ἡμῶν δὲ εἶναί φησι τὸν Κύριον, φανερῶς διάζευξίν τινα καὶ μερισμὸν τῇ τοιαύτῃ τοῦ λόγου διαστολῇ κατεργάζεται. οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι τὸ σῶμα αὐτοῦ, καὶ ἐν οὐρανῷ μένει, καὶ μεθ' ἡμῶν ἐστιν· ἀλλὰ τοῦ σώματος ἐν οὐρανῷ ὄντος· [3] (ἡμῶν δὲ οὐκ ἐν οὐρανῷ ὄντων.) ἄρα [4] ἕτερόν τι παρὰ τὸ ἐν οὐρανοῖς ὂν σῶμα, μεθ' ἡμῶν, τῶν ἐπὶ γῆς ὄντων, πεπίστευκε. ταῦτα τὰ ὑψηλὰ τοῦ Ἀπολιναρίου διδάγματα· ἡμεῖς δέ φαμεν, ὅτι ταῦτα εἰπὼν ἀνελήφθη, [5] καὶ ὁ ἀναληφθεὶς μεθ' ἡμῶν ἐστὶ, καὶ μερισμὸς ἐν ἐκείνῳ οὐδείς. [6] ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἡμῖν ἐστὶν, ἑκάστῳ παρὼν, καὶ ἐν μέσῳ

γενό-

1 Corrector, δεῖ γὰρ γενέσθαι.
2 Ita Corrector, antea τοῦ οὐρανοῦ:
3 Quæ ſemicirculis includuntur Corrector addidit.
4 Ita Corrector, malè antea ἑτερόν τινα παρὰ τὸ &c.
5 Articulum Corrector addidit.
6 Corrector, ἀλλ' ὥσπερ ἐν.

[1] γενόμενος, οὔπω καὶ ἐπὶ πάντα διήκει τὰ τῆς κτίσεως πέρατα, ὁμοτίμως πᾶσι τοῖς τοῦ κόσμου μέρεσι ἐμφαινόμενος. [2] εἰ ἐν ἡμῖν τοῖς σωματικοῖς ἀσωμάτως, οὐδὲ τοῖς ὑπερκοσμίοις ἐν σώματι. νυνὶ δέ φησιν, οὕτως μερισθέντα τὸν Κύριον, ἀκαταλλήλως ἐν τοῖς ὑποχειρίοις διὰ τῶν ἐναντίων γίνεσθαι τοῖς μὲν σαρκίνοις [3] ἀσώματον, τοῖς δὲ ἀσωμάτοις, ἐν σώματι. ἐν γὰρ τῷ οὐρανῷ καθιδρύσας τὴν σάρκα, πνευματικῶς τοῖς ἀνθρώποις ἑαυτὸν καταμίγνυσιν. ὅσα δὲ ψυχορραγῶν [4] (πρὸς τῷ τέλει τοῦ λόγου, ὥσπερ τισιν ἄσθμασι,) τοῖς ἀνυποστάτοις νοήμασι ἐνσωρεύεται, παραδραμεῖν οἶμαι δεῖν ἀνεξέταστα. ἐν οἷς στενοχωρούμενος, τοὺς Ἕλληνας πρὸς συνηγορίαν τῶν ἰδίων μύθων καλεῖ. καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια, ὅτῳ φίλον τὴν διὰ πάντων τῆς αἱρέσεως ἀτονίαν κατανοῆσαι, αὐτοῖς ἐπεξίτω τοῖς γεγραμμένοις. ἡμῖν δὲ οὐ τοσαύτη σχολή, ὥστε τοῖς τοιούτοις λόγοις ἐμβαθύνειν, ἃ πρόδηλον [5] ἀφ' ἑαυτῶν, καὶ πρὸ τῆς ἐξετάσεως, ἔχει τῆς ἀτοπίας τὸν ἔλεγχον.

ΤΕΛΟΣ.

rerum terminos, & in omnibus æquè mundi partibus manifeſtatur. Si nobis corporeis incorporaliter adeſt, cæleſtibus utique corporaliter non aderit. Nunc autem ait, ita diviſum Dominum, in ſubjectis ſibi rebus, ſine ullâ congruentiâ, ordineque prorſus contrario, eſſe quidem corporeis incorporeum, incorporeis verò corporeum. Nam collocatâ in cælis carne ſemetipſum ſpiritualiter hominibus immiſcet. Cæterum quæ animam veluti efflans, in tractatûs fine, infirmis ſuis argumentationibus, velut extremis quibuſdam halitibus, congerit, ubi & conſilii inops Ethnicos ipſos in ſuarum fabularum confirmationem advocat, & quotquot alia ſunt his ſimilia, ſine ullâ diſcuſſione prætermittenda eſſe arbitror. Quicunque hæreſis hujus futilitatem penitus cognitam, atque perſpectam habere cupit, is ejus ſcripta percurrat; nobis enim tantùm otii non ſuppetit, ut multùm immorari poſſimus in hujuſcemodi ſermonibus diſcutiendis, qui in ſemetipſis manifeſtè præſeferunt, unde eorum ineptias atque errores, citra examen ullum, redarguas.

1 Corrector, γενόμενος, τοῦτο ἤ.
2 Corrector, εἰ ἐν ἡμῖν τοῖς σωματικοῖς ἀσώματος.
3 Corrector, ἀσώματος.
4 Quæ ſemicirculis includuntur, Correctoris additamenta ſunt.
5 Corrector, ἐφ' ἑαυτοῖς.

FINIS

SANCTI PATRIS NOSTRI

GREGORII EPISCOPI NYSSENI.

[1] *Ex Vetere Teſtamento delecta teſtimonia, cum adjectâ quadam uberiori probatione adverſùs Judæos de Sanctâ Trinitate, quòd nempe, Verbum, & Spiritum habeat Deus ſecundùm Scripturas, Verbum ſubſiſtens, atque vivens, & Spiritum ſimiliter.*

Pſal. 32. 6. Dicit David in Pſalmo trigeſimo ſecundo, *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Igitur Verbum non eſt aëris percuſſio, rei cujuſlibet ſignificativa, quæ per inſtrumenta vocis edatur, neque Spiritus eſt oris anima, quæ ex partibus reſpirationi ſervientibus emittatur; ſed Verbum quidē eſt id, quod in principio erat apud Deum, & Deus eſt; Spiritus verò oris Dei, Spiritus veritatis, qui à Patre procedit. Tria igitur intellige, jubentem & imperantem Dominum, creantem Verbum, firmantem & ſolidantem, nempe Spiritum, firmare enim dixit pro ſanctificare, & complere. Ut autem

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ

Ἐκλογαὶ μαρτυριῶν πρὸς Ἰουδαίους ἀπὸ τῆς παλαιᾶς, μετά τινος ἐπεξεργασίας περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος· ὅτι λόγον, καὶ πνεῦμα ἔχει ὁ Θεὸς, κατὰ τὰς γραφάς· λόγον ἐνυπόστατον, καὶ ζῶντα, καὶ πνεῦμα ὡσαύτως.

ΛΕγει Δαβὶδ ἐν δευτέρῳ καὶ τριακοστῷ ψαλμῷ· Τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν· οὐ λόγος οὖν ὑπάρχει ἀέρος τύπωσις σημαντικὴ διὰ φωνητικῶν ὀργάνων ἐκφερομένη· οὔτε πνεῦμα στόματος ἀτμὸς, ἐκ τῶν ἀναπνευστικῶν μερῶν ἐξωθούμενος· ἀλλὰ λόγος μὲν ὁ πρὸς θεὸν ἐν ἀρχῇ, καὶ θεὸς ὤν· πνεῦμα δὲ στόματος θεοῦ, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται. τρία τοίνυν νόει, τὸν προστάττοντα κύριον, τὸν δημιουργοῦντα λόγον, τὸν στερεοῦντα, τουτέστι, τὸ πνεῦμα, τὴν γὰρ στερέωσιν,

1 Extat hoc Nyſſeni opus in duobus Vaticanæ Bibliothecæ codicibus ſignatis num. 451. & num. 1907. quorum primus ducentis circiter ab hinc annis ſcriptus eſt, & cum Siphani verſione in omnibus ferè concordat; alter verò ſexcentos & ampliùs annos antiquitate ſuperat. Itaque horum quidem primum in notis noſtris recentiorem vocamus; ſecundum verò vetuſtiorem; nam ad utriuſque codicis fidem, editionem verſionemque noſtram concinnavimus.

σιν, τὸν ἁγιασμὸν εἶπε, καὶ τὴν συμπλήρωσιν. ἵνα δὲ μάθῃς, ὅτι οὐ τούτῳ λέγει τοῦ προφορικοῦ, ἀλλὰ τοῦ ἐνυποστάτῳ, ὁ αὐτὸς ἀλλαχοῦ λέγει, Ἀποστελεῖ τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ τήξει αὐτά· πνεύσει τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ῥυήσεται ὕδατα. Λόγος δὲ ἀνυπόστατος, οὐκ ἀποστέλλεται. καὶ πάλιν, Ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτοὺς, καὶ ἐῤῥύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. καὶ πάλιν, Ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. Τίς ἔστη ἐν ὑποστήματι κυρίου, καὶ εἶδε τὸν λόγον αὐτοῦ; Λόγος δὲ ἀνθρώπου οὐ θεωρεῖται. ὁρᾷς, ὅτι οὐκ ἀκουστὸν, ἀλλ' ὁρατὸν λόγον λέγει, δῆλον τὸν ἐνυπόστατον, ὁπότε κατὰ τὸν εἰκότα λογισμὸν, οὐδὲ χώραν ἔχει ἐπὶ θεοῦ τὸ τοῦ ἀνυποστάτου λόγου· ἡμᾶς γὰρ ἐκόσμησεν ὁ δημιουργὸς λόγῳ, διὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους συνουσίας, καὶ τὸ γινώσκειν ἡμᾶς τὰ ἀλλήλων διὰ τοῦ λόγου. συντελεῖ δὲ ἡμῖν καὶ τὸ πνεῦμα πρὸς τὴν τοῦ σώματος σύστασιν, διὰ τὸ προσίεσθαι, καὶ πάλιν ἀπωθεῖσθαι αὐτό· ἐπὶ δὲ θεοῦ, τοῦ καὶ μόνου ἀσωμάτου, οὐ δυνατὸν ὑπολαβεῖν ταῦτα. Ἔτη τελεῖς ὁ θεὸς τῇ δυνάμει σου. Χριστὸς δὲ θεοῦ δύναμις, καὶ θεοῦ σοφία. Ἐκ προσώπου τῆς σοφίας, τουτέστι, τοῦ υἱοῦ, Ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ· καὶ ἐγὼ ἤμην,

ἡ

autem ſcias Davidem dicere, cælos non hôc verbo, quod in in pronuntiatione conſiſtit, firmatos eſſe; ſed eo, quod re ipsâ ſubſiſtit, idem alibi ait, *Emittet Verbum ſuum, & liquefaciet ea: ſpirabit ſpiritus ejus, & fluent aquæ.* Pſ. 147. 18. Verbum autem, quod ſubſiſtentiâ caret, non emittitur. Et rurſus, *Miſit Verbum ſuum, & ſanavit eos, & eripuit eos de corruptelis eorum.* Pſ. 106. 20. Et rurſus, *Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ.* Pſ. 103. 30. *Quis ſtetit in firmamento Domini, & vidit Verbum ejus?* At verbum hominis non cernitur. Vides à Davide verbum dici, non quod auditu, ſed quod viſu percipitur, nimirum, quod re ipsâ ſubſiſtit, quandoquidem verbum ſubſtantiâ carens, locum, ut par eſt, in Deo nequit habere. Nos enim ſermone ad mutuam conſuetudinem Creator inſtruxit, & ut per ſermonem alter alterius mentem intelligeremus. Confert autem nobis ſpiritus ad corporis quoque conſtitutionem conſervandam, dum nempe attrahitur atque hauritur, idemque reſpiratur ac redditur; verùm de Deo, qui ſolus incorporeus eſt, non poſſumus hujuſmodi quippiam opinari. *Annos perficis Deus virtute tuâ.* Chriſtus autem Dei virtus, Deique ſapientia eſt. Ex perſonâ Sapientiæ, id eſt, Filii; *Cùm pararet cælum, aderam illi: & ego eram,* Prov. 8. 30.

[1] *qua delectabatur* : *quotidie oblectabar facie ejus*. Quomodo
hæc ſtare poterunt, ſi non ſub-
ſiſtens reverâ facies erat? neque
enim alius eſſe poteſt, cum quo
Eſ. 40. 13. collocuta fuerit; *Quis enim co-
gnovit mentem Domini, aut quis
conſiliarius ejus fuit?* ſed ſatis fuit
ei ſola voluntas ad omnium re-
rum creationem. Ait enim
Geneſ. 1. 2. Scriptura, *Et ſpiritus Domini fe-
rebatur ſuper aquas*, quibus ver-
bis ſubſiſtentiam Spiritûs ſan-
cti omnia foventis, & ad futu-
ram generationem vivificantis,
Scriptura ſignificat. Quæ cùm
ita ſe habeant, perſpicua & cla-
ra eſt Sanctæ Trinitatis, Patris,
inquam, & Filii, & Spiritûs ſan-
cti demonſtratio. Quippe hu-
jus ſanctæ, & conſubſtantialis
Trinitatis, ſe ipſam alloquen-
tis, eſt illud, *Faciamus homi-*
Ibid. 26. *nem ad imaginem noſtram & ad
ſimilitudinem. Et fecit Deus ho-
minem, ad imaginem Dei fecit
eum.* Formati enim ſumus, pro-
ut intelligentiâ percipi poteſt,
ad imaginem unigeniti. Et rur-
ſus, *Ecce Adam factus eſt tan-*
Geneſ. 3. 22. *quam unus ex nobis*. Deum au-
tem omnia per Verbum creaſſe, ex eo manifeſtum eſt, quòd ſin-
gularum rerum creationibus adſcriptum eſt illud, *Et dixit Deus,
Fiat*, quo loquendi genere, eam, quę per Verbum facta eſt, crea-
tio-

[1] ᾗ ἔχαιρε· καθ' ἡμέραν ηὐφραινόμην τῷ προσώπῳ αὐτοῦ. Ποίαν οὖν ἔχει χώραν ταῦτα, εἰ μὴ τὴν ἐνυπόστατον πρόσωπον; οὐ γάρ ἐστιν ἄλλος, πρὸς ὃν διαλεχθῇ· τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου, ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; ἀλλ' ἤρκεσεν αὐτῷ μόνη βούλησις εἰς τὴν τῶν πάντων δημιουργίαν. εἴρηται γάρ, καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τῶν ὑδάτων. τὸ ἐνυπόστατον τοῦ ἁγίου πνεύματος θάλποντος, καὶ ζωογονοῦντος εἰς τὴν μέλλουσαν γονὴν τὰ πάντα, τῆς γραφῆς δηλούσης. ὧν οὕτως ἐχόντων, σαφὴς ἡ τῆς ἁγίας τριάδος, πατρός, φημι, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος ἀπόδειξις. αὕτη γοῦν πρὸς ἑαυτὴν ἡ ἁγία καὶ ὁμοούσιος τριὰς τὸ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν· Καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. Μεμορφώμεθα γὰρ νοητῶς πρὸς τὴν εἰκόνα τοῦ μονογενοῦς. καὶ πάλιν, Ἰδοὺ ἀδὰμ γέγονεν, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν. Ὅτι δὲ διὰ τοῦ λόγου τὰ πάντα ἐδημιούργησεν ὁ θεός, σαφὲς ἀφ' ὧν ἐπὶ ἑκάστου τῶν δημιουργημάτων γέγραπται, τὸ, Καὶ εἶπεν ὁ θεός, γενηθήτω, τῆς γραφῆς σημαινούσης τὴν διὰ τοῦ λόγου δημιουργίαν.

1 *Romana* LXX. Interpretum editio cum Juſtino Martyre in Dialogo cum Tryphone Judæo pag. 284. legit, ᾗ προσέχαιρεν, & mox, ἐν προσώπῳ αὐτοῦ. Quam lectionem ſequuntur etiam Irenæus adversùs hereſes lib. 4. cap. 37. Cyprianus lib. 2. teſtim. adversùs Jud. c. 1. & Tertullianus adv. Hermogenem cap. 18.

γίαν· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, ἤρκει εἰπεῖν, καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ τὰ λοιπά. Καὶ πάλιν, προστάξαντος τοῦ Θεοῦ ἐγενήθη τὸ στερέωμα· καὶ πάλιν, διεχώρισεν ὁ Θεός. καὶ ὅταν ἀκούσης τὸ, εἶπεν ὁ Θεὸς, εὐθὺς τῇ ἐννοίᾳ συνάγε τὸν ἀκούσαντα τοῦ εἰπόντος. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτωσαν φωστῆρες, καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς φωστῆρας. Τίς εἶπε, καὶ τίς ἤκουσε; καὶ ἐπὶ πλείοσι τόποις τῆς παλαιᾶς ἐστὶν εὑρεῖν, ἠρέμα ὑποδεικνυμένης τῆς ἁγίας τριάδος τὴν ὑπόστασιν, καὶ τὸ ὁμοούσιον αὐτῆς· οἷον ὡς ἐπὶ τοῦ Ἀβραάμ· Ὤφθη γάρ, φησιν, αὐτῷ ὁ Θεὸς πρὸς τῇ δρυῒ τῇ μαμβρῆ, καθημένου αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ μεσημβρίας· ἀναβλέψας δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς, εἶδε· καὶ ἰδοὺ τρεῖς ἄνδρες [1] παρειστήκεισαν ἐπάνω αὐτοῦ· καὶ ἰδοὺ προσέδραμεν εἰς συνάντησιν αὐτῶν, καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εἶπε, κύριε, εἰ εὗρον χάριν ἐναντίον σου, μὴ παρέλθῃς τὸν παῖδά σου. Καὶ μεθ' ἕτερα, Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν, ποῦ σάῤῥα ἡ γυνή σου; ὁ δὲ εἶπεν, ἰδοὺ ἐν τῇ σκηνῇ. εἶπε δὲ, ἐπαναστρέφων ἥξω πρὸς σὲ, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον εἰς ὥρας· καὶ ἕξει υἱὸν σάῤῥα ἡ γυνή σου. Ἰδοὺ δή, φησιν, ὀφθῆναι μὲν αὐτῷ τὸν Θεὸν, εἶναί γε μὴν τρεῖς ἄνδρας τοὺς ἑωραμένους· αὐτὸν δὲ πά-

tionem Scriptura ſignificat; niſi enim hoc eſſet, ſatis fuiſſet dicere, Et fecit Deus cælum & terram, & reliqua. Et rurſus, Juſſu Dei factum eſt firmamentum: & rurſus, Diviſit Deus. Preterea cùm audieris, *Dixit Deus*, ſtatim animo ſimul concipe eũ, qui obaudiverit dicenti. *Et dixit Deus, Fiant luminaria. Et fecit Deus luminaria.* Geneſ.1.14. Quis dixit, & quis dicto obediens fuit? Quin & in pluribus Veteris Teſtamenti locis ſuboſcurè indicatam reperies Sanctæ Trinitatis ſubſiſtentiam, ejuſque conſubſtantialitatem, quemadmodum in Abrahamo: nam inquit, *Apparuit ei Deus ad quercum Mambre, cùm ille ſederet in oſtio tabernaculi ſui in meridie. Et reſpiciens oculis ſuis vidit: & ecce tres viri* [1] *adſtabant ſuper eum: & ecce procurrit obviam illis, & adoravit pronus in terram, & dixit, Domine, ſi inveni gratiam ante te, ne prætereas ſervum tuum.* Ibid.18.1. Et poſt alia, *Dixit autem ad eum: Ubi eſt Sarra uxor tua? Ille autem dixit; Ecce in tabernaculo. Dixit autem: Revertens veniam ad te in tempore hôc in horas, & habebit filium Sarra uxor tua.* Ibid.9. En utiq; refert ſcriptura apparuiſſe quidem Abrahamo Deum; & ſanè tres extitiſſe viros illos,

quos

1 Romana LXX. Interpretum editio, & Juſtinus Martyr legit, εἱστήκεισαν, ἐπάνω αὐτοῦ, καὶ ἰδὼν προσέδραμεν. Ita etiam legit Euſebius Dem. Evangel. lib.5.c.9.& alii.

quos conſpexit, ipſum verò non
quaſi tribus dixiſſe, Domini, ſi
inveni gratiam coram vobis, ne
prætereatis puerum veſtrum;
ſed tres, tanquam unus eſſent,
nominaſſe, & tanquam unum,
ut apud ipſum diverterent, ro-
gaſſe, iique tanquam unus di-
xere, Veniam. Vides igitur il-
los, qui apparuerunt, tres qui-
dem extitiſſe, & eorum ſingu-
los in propriâ hypoſtaſi ſubſti-
tiſſe; ſed conſubſtantialitatis ra-
tione in unum fuiſſe contractos,
& tanquam unũ collocutos fuiſ-
ſe. Quiſnam autem, & ad quem-
nam dicebat, *Venite deſcenden-*
Geneſ. 11. 7. *tes confundamus linguas eorum*?
Num eum allocutum fuiſſe con-
ſtat, ad quem dixit, *Ex utero*
Pſal. 109. 3. Pſ. 71. 17. *ante luciferum genui te*? Et, [1] *An-*
te ſolem nomen ejus, & ante lu-
nam. Et rurſus, *Dominus dixit*
Pſ. 2. 7. *ad me, Filius meus es tu, ego ho-*
die genui te. Poſtula à me, & da-
bo tibi gentes hæreditatem tuam,
& poſſeſſionem tuam terminos ter-
2. Reg. 7. 14. *ræ*. Et rurſus, *Ego ero ei in pa-*
trem, & ipſe erit mihi in filium? Quid item illud, *Dominus pluit*
Gen. 19. 24. *ignem & ſulphur à Domino*? Quid verò ex perſonâ Dei etiam
Gen. 9. 6. illud, *Et omnis, qui effuderit ſanguinem hominis, pro ſanguine ejus*
effun-

πάλιν οὐχ ὡς τρισὶν εἰπεῖν, κύριοι, εἰ εὕρηκα χάριν ἐναντίον ὑμῶν, μὴ παρέλθητε τὸν παῖδα ὑμῶν. κύριον δὲ μοναδικῶς τοὺς τρεῖς ὀνομάζοντα, καὶ ὡς ἕνα καταίρειν ἀξιοῦντα, καὶ ὡς εἷς φωνεῖ, ἥξω. ὅρα οὖν τοὺς ὀφθέντας τρεῖς μὲν ὄντας, καὶ ὑφεστῶτας ἰδιοσυστάτως ἕκαστον· τῷ γε μὴν τῆς ὁμουσίου λόγῳ συνειλημμένους εἰς ἕνα, καὶ τὰς διαλέξεις πεποιημένους. τίς δὲ πρὸς τίνα ἔλεγεν, Δεῦτε καταβάντες συγχέωμεν τὴν γλῶσσαν αὐτῶν; ἢ δῆλον πρὸς ὃν εἶπεν, Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. καὶ, [1] Πρὸ τοῦ ἡλίου τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης. καὶ πάλιν, Κύριος εἶπε πρός με, υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. καὶ πάλιν, Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν; Τί δὲ τὸ, Ἔβρεξε κύριος πῦρ καὶ θεῖον παρὰ κυρίου; Τί δὲ τὸ [2] ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ, Καὶ πᾶς ὁ ἐκχέων αἷμα, ἀντὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἐκχυθήσεται,

ὅτι

1 In Romanâ LXX. Interpretum editione eſt tantùm, *Ante ſolem permanebit nomen ejus*. Vel ut alii codd. Nobilio teſte, legunt, *Permanet*; ſed in editione illâ Pſalterii ex eorũdem LXX. Interpretum tranſlatione, quam Romanam vocant, & Italæ antiquiſſimæ verſionis partem eſſe credũt, legitur, *Ante ſolem permanebit nomen ejus: & ante lunam ſedes ejus*, ut videre eſt in duplicis Pſalterii editione à Clariſſimo Viro Joſepho Maria Caro, aliàs Thomaſio procuratâ. Hanc itaque lectionem Nyſſenus ſequitur.

2 In Vaticano codice eſt, ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ, Καὶ πᾶς, &c. nos poſtremum illud, καὶ τὸ, delendum cenſuimus, cùm nec in Siphani verſione reperiatur.

ὅτι ἐν εἰκόνι Θεοῦ ἐποίησα τὸν ἄνθρωπον; Ὁρᾷς ὅτι ὁ Θεὸς ἐν εἰκόνι τοῦ Θεοῦ ἐποίησε; τὸ δὲ ἐν τῇ ἐξόδῳ πῶς νοητέον, Καὶ ὀρθρίσας μωϋσῆς, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος τὸ σινᾶ, καθότι συνέταξεν αὐτῷ κύριος· καὶ ἔλαβε μωϋσῆς τὰς πλάκας τὰς λιθίνας, καὶ κατέβη κύριος ἐν νεφέλῃ, καὶ παρέστη ἐκεῖ, καὶ [1] ἐλάλησε τῷ ὀνόματι κυρίου· [2] καὶ παρῆλθε κύριος ἀπὸ προσώπου κυρίου. Ποῖος ἄρα ἐλάλησε κύριος, ἐν ὀνόματι κυρίου; καὶ ποῖος παρῆλθε κύριος ἀπὸ προσώπου κυρίου; τί δὲ τὸ πρὸς ἰακὼβ εἰρημένον, [3] Ἐγώ εἰμι ὁ ὀφθείς σοι ἐν τόπῳ Θεοῦ; Πῶς δὲ τὸ, Προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ; Τίνι, καὶ ποίου Θεοῦ; λέγει μωσῆς· Καὶ ἔδωκε κύριος ὅρον, λέγων· ἐν τῇ αὔριον ἡμέρᾳ ποιήσει κύριος τὸ ῥῆμα τοῦτο ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ πάλιν, Ἴσχυε ζοροβάβελ, διότι ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ, καὶ ὁ λόγος μου ὁ ἀγαθὸς, καὶ τὸ πνεῦμά μου ἐν μέσῳ ὑμῶν. Τίς οὖν χρεία τριῶν μνησθῆναι, εἰ μὴ ἕκαστον ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει; καὶ πάλιν, Καὶ εἶπε κύριος πρὸς μωϋσῆν, καταβὰς διαμάρτυραι τῷ λαῷ, καὶ ἄγνισον αὐτοὺς σήμερον, καὶ αὔριον· καὶ πλυνάτωσαν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἔστωσαν ἕτοιμοι εἰς τὴν ἡμέ-

effundetur, quia in imagine Dei feci hominem? Vides, Deum in imagine Dei feciſſe? Quomodo autem intelligendum eſt illud, quod in Exodo ſcriptum eſt, *Et manè ſurgens Moyſes, aſcendit in* Exod. 34. 4.
montem Sina, ſicut præcepit ei Dominus. Et ſumpſit Moyſes tabulas lapideas. Et deſcendit Dominus in nube, & adſtitit illic, & [1] *locutus eſt nomine Domini. Et* [2] *tranſiit Dominus à facie Domini?* Quis ergo Dominus locutus eſt in nomine Domini, & quis Dominus tranſivit à facie Domini? Quid etiam ſibi vult illud, quod [3] ad Jacob dixit, *Ego ſum, qui ap-* Gen. 31. 13.
parui tibi in loco Dei? Quomodo item illud, *Adorate eum omnes* Deut. 32. 42.
Angeli Dei? Quem, & cujus Dei? Dicit Moyſes, *Et dedit Dominus terminum, dicens: Cras faciet Do-* Exod. 9. 5.
minus verbum hoc ſuper terram. Et rurſus, *Confortare Zorababel,*
quoniam ego vobiſcũ ſum, & Ver- Aggæi 2. 5.
bum meum bonũ, & Spiritus meus in medio veſtrûm. Quid opus erat trium mentionem facere, niſi unumquodq; in propriâ perſonâ ſubſiſteret. Et rurſus, *Dixit Dominus ad Moyſem, Deſcendens* Exod. 19. 10.
teſtare populo, & purifica illos hodie, & cras, & lavent veſtimenta, & ſint

1 Romana LXX. Interpretum editio legit, ἐκάλεσε; ſed & Euſebium Cæſarienſem, ἐλάλησε, legiſſe notat ibidem Nobilius.

2 Eadem editio, καὶ παρῆλθε κύριος πρὸ προσώπου αὐτοῦ. *Et tranſiit Dominus ante faciem ejus.*

3 In Vaticano codice recentiori, & in alio, quo uſus eſt Siphanus, ſcribitur, πρὸς ἀβραάμ, manifeſto librarii errore; nam hic locus in iis Geneſeos capitibus, in quibus de Abrahamo ſermo eſt, non reperitur; nos autem mendum iſtud ſuſtulimus, ex Gen. cap. 31. 13. in quo hæc verba Dominum Jacobo dixiſſe legimus.

& ſint parati in diem tertiam.
Tertiâ autem die deſcendet Domi-
nus in montem Sina coram omni
populo. Non dixit deſcendam.
Joël 2.28. *Et erit in noviſſimis diebus dicit*
Dominus, effundam de ſpiritu meo
ſuper omnem carnem, & prophe-
tabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ
ſomnia ſomniabunt. Et poſt non-
nulla, *Sol convertetur in tene-*
Ibid.31. *bras, & luna in ſanguinem, an-*
tequam veniat dies Domini ma-
gnus & illuſtris. Non dixit Deus
meus. *Et erit, quicunque invo-*
caverit nomen Domini, ſalvus e-
rit. Non dixit nomem meum.
Pſ.101.21. Et rurſus, *Dominus de cęlo in ter-*
ram aſpexit, [1] *ut videret gemi-*
tum compeditorum; ut ſolvat fi-
lios mortificatorum. Ut annun-
tiet in Sion nomen Domini. Non
dixit nomen ejus. Et rurſus,
Pſal.2.4. *Qui habitat in cælis irridebit eos,*
& Dominus ſubſannabit eos. Et
Ibid.29.9. iterum, *Ad te Domine clamabo,*
& ad Deum meum deprecabor.
Quis igitur Dominus apud
Deum? Ex perſonâ Dei, *Sub-*
Amos 4.11. *verti vos, ſicut ſubvertit Deus*
Sodomam, & Gomorram.[2] Quan-
Eſa.53.1. do vidit gloriam ejus, *Domine,*
quis credidit auditui noſtro? &
brachium Domini cui revelatum
eſt? Non dixit, & brachium
tuum.

ἡμέραν τὴν τρίτην. τῇ γὰρ ἡμέρᾳ τρί-
τῃ καταβήσεται κύριος ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ
σινᾶ, ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ. Καὶ
οὐκ εἶπε, καταβήσομαι. Καὶ ἔσται ἐν
ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις λέγει κύριος, ἐκ-
χεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶ-
σαν σάρκα· καὶ προφητεύσουσιν οἱ
υἱοὶ ὑμῶν, καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν
ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται. καὶ μετά
τινα, Ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς
σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα, πρὶν
ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν κυρίου τὴν μεγά-
λην καὶ ἐπιφανῆ. Οὐκ εἶπε τὴν ἡμέ-
ραν μου. Καὶ ἔσται ὃς ἂν ἐπικαλέσηται
τὸ ὄνομα κυρίου σωθήσεται. Καὶ οὐκ
εἶπε τὸ ὄνομά μου. Καὶ πάλιν, Κύριος
ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τὴν γῆν ἐπέβλεψε,
[1] τοῦ ἰδεῖν τὸν στεναγμὸν τῶν πεπεδη-
μένων, τοῦ λῦσαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθα-
νατωμένων, τοῦ ἀναγγεῖλαι ἐν σιὼν τὸ
ὄνομα κυρίου. Οὐκ εἶπε τὸ ὄνομα αὐ-
τοῦ. Καὶ πάλιν, Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς
ἐκγελάσεται αὐτοὺς· καὶ ὁ κύριος ἐκμυκ-
τηριεῖ αὐτούς. Καὶ πάλιν, Πρὸς σὲ κύριε
κεκράξομαι, καὶ πρὸς τὸν θεόν μου δεη-
θήσομαι. Τίς οὖν ὁ κύριος παρὰ τῷ
θεῷ; ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ, Κατέ-
στρεψα ὑμᾶς, καθὼς κατέστρεψεν ὁ
θεὸς σόδομα, καὶ γόμοῤῥα, [2] ὅτε εἶδε
τὴν δόξαν αὐτοῦ. Κύριε τίς ἐπίστευσεν
τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων κυρίου,
τίνι

1 Eadem editio, τοῦ ἀκοῦσαι, *ut audiret.*
2 Hæc verba nil ad rem facere viden-
tur. Siphanus in ſuâ verſione ſic habet,
Subverti vos, quemadmodum ſubvertit Deus
Sodomam, & Gomorram. (*Et Eſaias*) *quan-*
do vidit gloriam ejus; ſed quia Eſaiæ no-
men ſemicirculis includit, clarè ſatis in-
dicare videtur, verba illa non extitiſſe in
ſcripto codice, quo utebatur; ſed ex con-
jecturâ à ſe fuiſſe addita.

τίνι ἀπεκαλύφθη; Οὐκ εἶπε καὶ ὁ βραχίων σου. ἰδοὺ ἀποδέδεικται σὺν θεῷ διὰ πλειόνων τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος αἱ ὑποστάσεις.

Ϛʹ. Τοῦ αὐτοῦ ἕτερα περὶ τῆς ἐνσάρκου τοῦ κυρίου παρουσίας.

Οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ [1] τῷ ἠγαπημένῳ αὐτοῦ· μετὰ δὲ ταῦτα, ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. Ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. καὶ πάλιν, Ὀφθήσεται ὁ θεὸς τῶν θεῶν ἐν σιών. καὶ πάλιν, Θεὸς κύριος καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. Ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν ἑαυτοῦ κύριος, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε, καὶ ὁ ἄγγελος τῆς διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε. Χαῖρε σφόδρα θύγατερ σιών· κήρυσσε θύγατερ ἱερουσαλήμ. ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πραῢς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον, καὶ πῶλον [2] ὄνου. Τίς δέ ποτε τῶν βασιλέων, ὄνῳ καθήμενος, εἰς ἱερουσαλὴμ εἰσῆλθε; καὶ πάλιν, Τέρπου καὶ εὐφραίνου θύγατερ σιών, διότι ἐγὼ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει κύριος· καὶ καταφεύξονται

tuum. En, Deo juvante, hypoſtaſes ſanctæ & conſubſtantialis Trinitatis, pluribus ſunt demonſtratæ.

II. Ejuſdem alia de adventu Domini in carne.

Hic eſt Deus noſter, & non *Pſ. 3. 36.*
æſtimabitur alius ad eum.
Adinvenit omnem viam ſcientiæ,
& dedit eam Jacob puero ſuo, &
Iſraël dilecto ſuo. Poſt hæc autem in terris viſus fuit, & cum
hominibus converſatus eſt. Item,
Deus manifeſtè veniet, Deus no- *Pſ. 49. 3.*
ſter, & non ſilebit. Et rurſus,
Videbitur Deus Deorum in Sion. *Ibid. 83. 8.*
Et rurſus, *Deus Dominus & il-* *Ib. 117. 27.*
luxit nobis. Item, *Subitò veniet*
in templum ſuum Dominus, quem *Malach. 3. 1.*
vos quęritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis. Item,
Gaude vehementer filia Sion, prędica filia Jeruſalem. Ecce Rex *Zac. 9. 9.*
tuus venit tibi manſuetus, & aſcēdens ſuper ſubjugalem, & pullum
[2] *aſinæ.* Quis verò Regum unquam aſino inſidens, Hieroſolymam ingreſſus eſt? Et rurſus,
Lætare & gaude filia Sion, quia *Ibid. 2. 10.*
ego venio, & habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et confugient gen-

1 Romana editio, eodem ſenſu remanente, nonnihil variat in verbis.

2 Ita & apud Juſtinum martyrem legitur; ſed in editione LXX. Interpretum eſt, πῶλον νέον, *pullum novum*. atque ita etiam legitur apud Euſeb. Demon. Evang. l. 2. cap. 2. n. 28. Juſtini tamen lectionem ſequi videtur Irenæus lib. 4. adverſus Hæreſ. capite 66. & Cyprianus lib. 2. teſtimon. capite 29.

gentes multæ ad Dominum in die illâ, & erunt ei in populum. Et
Malac. 3.1. rurſus, *Ecce ego mitto angelum*
Mat.11.10. *meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* [1] Et
Zach.14.4. rurſus, *Stabunt pedes ejus in die illâ ſuper montem olivarum, qui eſt contra Hieruſalem ab Oriente.*
Ibid. 3.1. Et poſt pauca, [2] *Oſtendit mihi Dominus Jeſum ſacerdotem magnum ſtantem ante faciem Angeli Domini: & Diabolus ſtabat à dextris ejus, ut adverſaretur ei. Et dixit Dominus ad Diabolum: increpet Dominus in te Diabole,*
Ibid. 6. *Et conteſtabatur Angelus Domini ad Jeſum, dicens, Hæc dicit Dominus omnipotens:* [3] *Si viis meis ambulaveris, & præcepta mea cuſtodieris; & tu judicabis domum meam.* Et rurſus, *Audi ergo*
Ibid.8. *Jeſu ſacerdos magne.* Eſaias, *Ma-*
Eſa.65.1. *nifeſtus factus ſum* [5] *non quærentibus me; inventus ſum ab his, qui me non interrogabãt.* ([6] Et rurſus,
Ibid.33:17. *Et Regem magnum videbitis.* Deum autẽ nemo videt.) Et rurſus,
Soph. 2. 11. *Apparebit Dominus ſuper eos, & diſperdet omnes Deos gentium.* Et

ξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν. καὶ πάλιν, Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. [1] καὶ πάλιν, Στήσονται οἱ πόδες αὐτοῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, τὸ κατέναντι Ἱερουσαλὴμ ἐξ ἀνατολῶν. καὶ μετὰ βραχέα, [2] Ἔδειξέ μοι κύριος τὸν Ἰησοῦν, τὸν ἱερέα τὸν μέγαν, ἑστῶτα πρὸ προσώπου ἀγγέλου κυρίου· καὶ ὁ διάβολος εἱστήκει ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ· καὶ εἶπε κύριος πρὸς τὸν διάβολον· ἐπιτιμήσαι κύριος ἐν σοὶ διάβολε. Καὶ διεμαρτύρατο ὁ ἄγγελος κυρίου πρὸς τὸν Ἰησοῦν, λέγων· τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ· [3] ἐὰν ταῖς ὁδοῖς μου πορεύσῃ, καὶ ἐὰν τὰ προστάγματά μου φυλάξῃ, [4] καὶ σὺ διακρινεῖς τὸν οἶκόν μου. καὶ πάλιν, Ἄκουε δὴ Ἰησοῦ, ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας. Ἡσαΐας, Ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς [5] ἐμὲ μὴ ζητοῦσι, καὶ εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι. ([6] καὶ πάλιν, Καὶ βασιλέα μέγαν ὄψεσθε. Θεὸν δὲ οὐδεὶς ὁρᾷ.) καὶ πάλιν· Ἐπιφανήσεται κύριος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν. καὶ

1 Hic incipit antiquior Vaticanus codex num. 1907.

2 Malè recentior codex Vaticanus, ἔδειξέ μοι τὸν Ἰησοῦν.

3 Codex antiquior, ἐὰν ἐν ταῖς ὁδοῖς, quam lectionem in aliquibus codicibus, & apud Hieronymum quoque reperiri notat Nobilius.

4 Malè recentior codex, καὶ σὺ δὴ διακρινεῖς.

5 In Romanâ LXX. Interpretum editione priore loco eſt, ἐπερωτῶσιν, poſteriore, ζητοῦσιν, ſecus atque legit Juſtinus Martyr in dialogo cum Tryphone pag. 242. D. Hieronymus, & S. Cyprianus lib. 1. Teſtimon. adversùs Judæos cap. 21. itemque Irenæus lib. 3. adversùs Hæreſes cap. 3. qui cum Nyſſeno concordant.

6 Quæ ſemicirculis includuntur, deſunt in recentiori Vaticano codice, & in alio, quo uſus eſt Siphanus. Videtur autem reſpicere Nyſſenus ad locum, ni fallor Eſaiæ 33. 17. ubi ait, *Regem cum gloriâ videbitis.*

καὶ πάλιν, Ἰδοὺ πάρειμι τῷ ἔθνει, οἱ οὐκ ἐπεκαλέσαντο τὸ ὄνομά μου. Δαβὶδ, Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ ἐμφάνηθι· ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. καὶ πάλιν, Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον. τὸ ἀτάραχον, καὶ ἄνευ ψόφου τῆς καταβάσεως σημαίνων· ἐπὶ γὰρ τὴν γῆν ὑετὸς καταβαίνων, ψόφον ποιεῖ· ἐπὶ δὲ πόκον ἐρίου καταβαίνων, οὐ ποιεῖ. Μιχαίας, Καὶ σὺ βηθλεὲμ γῆ ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν ἰούδα· ἐκ γάρ σου ἐξελεύσεταί μοι ἡγούμενος, [1] ὃς ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν ἰσραὴλ, καὶ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ᾽ ἀρχῆς ἀφ᾽ ἡμερῶν [2] αἰῶνος. Μωσῆς, Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει [3] κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα, ὅσα ἂν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς· καὶ ἔσαι ὃς ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται. Πολλοὶ ἀνέστησαν προφῆται· ἄρα περὶ ποίου αὐτῶν λέγει; οὗτος δὲ ὁ ἀναστησόμενος, ἄρα τὰ μωσέως διδάξει, ἢ ἕτερα; εἰ μὲν τὰ μωσέως, τί τὸ περίεργον, ἄλλον ἀναστῆναι, ἀρκοῦντος μωσέως; εἰ δὲ ἕτερα, εἰπάτωσαν, καὶ ποῖα ἦν τὰ διδάγματα

Et rurſus, *Ecce adſum genti, qui* *Eſa.65.2.*
non invocaverunt nomen meum.
David, *Qui ſedes ſuper Cheru-* *Pſ.79.2.*
bim, appare. Excita potentiam
tuam, & veni, ut ſalvos facias
nos. Et rurſus, *Deſcendet ſicut* *Ibid.71.6.*
pluvia in vellus. Quibus verbis ſignificat, deſcenſionem ejus fore quietam, ac ſine ſtrepitu; pluvia enim ſuper terram deſcendens, ſtrepitum facit, ſecus verò ſi ſuper lanæ vellus deſcendat. Michæas, *Et tu Beth-* *Mich.5.2.*
lehem terra Juda nequaquam minima es in principibus Juda; ex te enim exiet mihi dux, [1] *qui paſcat populum meum Iſraël: & egreſſus ejus ab initio, ex diebus ſeculi.* Moyſes, *Prophetam ſu-* *Deut.18.15.*
ſcitabit vobis [3] *Dominus Deus veſter ex fratribus veſtris, ſicut me; ipſum audietis juxta omnia, quæcunque locutus fuerit vobis: & erit, quicunque non audierit Prophetam illum, diſperdetur.* Multi Prophetæ ſuſcitati ſunt, de quo ergo eorum loquitur? Qui verò ſuſcitabitur, legē ne Moyſis docebit, an aliam? Si Moyſis quidē legem, ad quid ſupervacanea alterius ſuſcitatio, cùm Moyſes ſufficiat? Sin autem aliam, dicant quæ ſit, & quænam ejus doctrina, & quinam Propheta ipſe?

Nemo

1 Comma iſtud uſque ad illa verba, καὶ ἔξοδοι, non habetur in Romanâ LXX. Interpretum editione, nec apud Cyprianum lib.2. Teſtim. adverſùs Judæos c.12. ſed nihilominus extant apud Juſtinum in dialogo cum Tryphone pag.303. & Tertullianum adverſùs Judæos cap. 13. Cæterùm antiquior Vaticanus codex ante verbum, ἔξοδοι, articulum ponit.

2 Codex recentior, ἕως αἰῶνος. Ita & Siphani codex.

3 Hæc de Chriſto prophetia diverſis verbis exprimitur in Romanâ LXX. Interpretum editione; ſed Nyſſenus lectionem ſequitur, quæ habetur Act. 3. 22.

Nemo enim alienigena quic-
quam earum rerum, quæ ad le-
gem pertinent, vel petiit, vel
edoctus fuit ab eis. Quin & uni-
verſi Deus prædictionem de
ſemetipſo factam confirmavit,
Deut. 18. 18. dum inquit, *Rectè omnia loqu-
ti ſunt. Prophetam eis ſuſcitabo
ex medio fratrum ipſorum, ſicut
te: & dabo verbum meum in ore
ejus.* Perpende igitur vim hujus
dicti; neque enim alii Prophe-
tæ dixit ſe dediſſe verbum; nam
illi ſervorum more miniſtran-
tes, dicebant. *Hæc dicit Domi-
nus*; hic verò eâdem, qua Pater,
auctoritate leproſo dicebat,
Mat. 8. 3. *Volo, mundus eſto*. Mortuis quo-
Luc. 7. 14. que dicebat, [2] *Adoleſcens tibi di-*
Jo: 11. 43. *co, ſurge.* &, *Lazare, veni foras*.
Comminatur mari, & ſpiriti-
bus cum poteſtate dicit, *Tace,*
Mar. 1. 25. *obmuteſce*. Quid autem ſibi ve-
lit illud, *Prophetam ſicut te*,
ſi Moyſis legem cum Chriſti
lege comparaverimus, nullo ne-
gotio intelligemus, ſimulque
eorum verborum mẽtem aſſe-
quemur, quæ Moyſes in le-
Deut. 12. 32. ge protulit, dum ait, non li-
cere ad ejus mandata quid-
piam adjicere, nec ab eiſdem auferre. Præterea dum ait,
Ipſum audietis juxta omnia, quæcunque locutus fuerit vobis, ſignifi-
Eſa. 40. 10. cat excellentiam ejus, de quo prædicebatur. [5] Eſaias *Ecce Deus*
[1] *no-*

ματα αὐτοῦ, καὶ τίς ὁ προφήτης; τῶν γὰρ νενομισμένων, οὐδεὶς ἔξωθεν, ἢ ἐδίδαξεν, ἢ ᾔτησε παρ' αὐτῶν τι. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ τῶν ὅλων θεὸς ἐκύρωσε [1] τὴν περὶ ἑαυτοῦ προφητείαν, εἰπών, Ὀρθῶς πάντα ἐλάλησαν· προφήτην αὐτοῖς ἀναστήσω ἐκ μέσου τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν, ὥσπερ σέ· καὶ δώσω τὸ ῥῆμά μου ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Σκόπει οὖν τὴν δύναμιν τοῦ ῥητοῦ· οὐδὲ γὰρ ἄλλῳ προφήτῃ εἶπε δεδωκέναι ῥῆμα· αὐτοὶ γὰρ δουλοπρεπῶς διακονοῦντες ἔλεγον, τάδε λέγει κύριος· αὐτὸς δὲ κατὰ τὸ πατρικὸν ἀξίωμα, ἔλεγε τῷ λεπρῷ, Θέλω, καθαρίσθητι· [2] τοῖς τεθνεῶσι, Νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι. καὶ, Λάζαρε δεῦρο ἔξω. τῇ θαλάσσῃ ἐπιτιμᾷ, καὶ τοῖς πνεύμασιν ἐν ἐξουσίᾳ, λέγων, σιώπα, πεφίμωσο; τί δὲ, τὸ, προφήτην ὥσπερ σέ· ἀντιπαραθέντες τὰ Μωσέως [3] τοῖς Χριστοῦ εὑρήσομεν ἐπὶ σχολῆς, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Μωσέως ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτῶν προσθεῖναι, καὶ οὐκ ἔστιν ἀπ' αὐτῶν ἀφελεῖν· εἶτα καὶ εἰπών, αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα, ὅσα ἂν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς, σημαίνει [4] τὸ ὑπέροχον τοῦ προφητευομένου. [5] Ἡσαΐας, Ἰδοὺ ὁ θεὸς
[1] ἡμῶν

1 Codex recentior, τὴν περὶ αὐτοῦ, quo pacto & Siphanus legit.
2 In eodem codice deeſt, νεανίσκε, nec iſta vox in Siphani verſione apparet.
3 Codex antiquior, τοῖς τοῦ κυρίου.
4 Codex vetuſtior, ἐπέρεχον.
5 Malè recentior codex, Σοφονίας.

[1] ἡμῶν· ἰδοὺ κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων μετὰ κυρίας. Δαβίδ, Ὤμοσε κύριος τῷ Δαβὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει[2] αὐτήν· ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου. Καὶ πάλιν, Διεθέμην διαθήκην τοῖς ἐκλεκτοῖς μου· ὤμοσα Δαβὶδ τῷ δούλῳ μου, ἕως τοῦ αἰῶνος ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου· καὶ οἰκοδομήσω εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν τὸν θρόνον σου. Ἐν τοῖς παραλειπομένοις. Καὶ ἔσται ὅταν πληρωθῶσιν αἱ ἡμέραι σου, καὶ κοιμηθήσῃ μετὰ τῶν πατέρων σου. καὶ ἀναστήσω τὸ σπέρμα σου μετὰ σέ, [3] ὃ ἔσται ἐκ τῆς κοιλίας σου, καὶ ἑτοιμάσω τὴν βασιλείαν αὐτοῦ· αὐτὸς οἰκοδομήσει μοι οἶκον· καὶ ἀνορθώσω τὴν βασιλείαν αὐτοῦ [4] εἰς τὸν αἰῶνα· ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱὸν, καὶ τὸ ἔλεός μου οὐκ ἀποστήσω ἀπ' αὐτοῦ, καθὼς ἀπέστησα ἀπὸ τῶν ἔμπροσθέν σου· καὶ πιστώσω αὐτὸν ἐν οἴκῳ μου· καὶ [5] ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἕως αἰῶνος· καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ἔσται ἀνωρθωμένος ἕως αἰῶνος. Σαλωμὼν, Καὶ νῦν κύριε ὁ θεὸς Ἰσραὴλ, πιστωθήτω δὴ τὸ ῥῆμά σου [6] τῷ Δαβὶδ τῷ πατρί μου· εἰ ἀληθῶς κατοικήσει ὁ θεὸς μετὰ ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς. Ἰερεμίας, Καὶ ἄνθρωπός ἐστι· καὶ

[1] *noſter: Ecce Dominus cum fortitudine venit, & brachium cum dominatione.* David, *Juravit Dominus David veritatem, & non fruſtrabitur* [2] *eam: de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* Et rurſus, *Diſpoſui teſtamentum electis meis: juravi David ſervo meo. Uſque in æternum præparabo ſemen tuum, & ædificabo in generationem, & generationem ſedem tuam.* In Paralipomenis, *Et erit, quando impleti fuerint dies tui, & dormieris cum Patribus tuis, & ſuſcitabo ſemen tuum poſt te,* [3] *quod erit de ventre tuo, & parabo regnum ejus. Ipſe ædificabit mihi domum, & erigam regnum ejus in ſecula: Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium, & miſericordiam meam non removebo ab eo, ſicut removi ab iis, qui erant ante te. Et fideliter ſtatuam eum in domo meâ:* [5] *& regnum ejus uſque in ſeculum: & thronus ejus erit erectus uſque in ſeculum.* Salomon, *Et nunc Domine Deus Iſraël, fidele ſit quæſo verbum tuum* [6] *David patri meo, ſi verè habitabit Deus, cum hominibus ſuper terram.* Hieremias, *Et homo eſt, & quis cognoſcet eum.*

Pſ.131.12. *Ibid.88.4.* *1.Par.17.11.* *2.Par.6.17.* *Hier.17.9.*

Amos,

1 Siphani codex, ὑμῶν, *veſter*, juxta LXX. Interpretum editionem.
2 Codex recentior, & Siphanus legit, αὐτὸν, ut etiam legitur apud Irenæum lib. 3. adversùs hæreſes cap. 9.
3 In editione LXX. Interp. eſt, ὃς, *qui*.
4 Codex antiquior, ἕως εἰς τοὺς αἰῶνας.
5 Editio Romana LXX. Interpretum, καὶ ἐν βασιλείᾳ αὐτοῦ, *Et in regno ejus*.
6 Eadem editio, ὃ ἐλάλησας τῷ παιδί σου τῷ Δαβὶδ, ὅτι εἰ ἀληθῶς, *Quod locutus es puero tuo David, quoniam ſi, &c.*

Amos 4.13. Amos,[1] *Invoca Deum tuum: præparare Jeruſalem, quoniã ego firmans tonitruũ, & creans ſpiritũ,* [2] *& mittens ad homines Chriſtum meum, faciens mane, & nebulam, & aſcendens ſuper excelſa terræ.* Michæas, [3] *Audite populi omnes* *Mich.1.2.* *verba, & auſcultet terra, & omnes qui habitant in eã; & erit Dominus in vobis in teſtimoniũ, Dominus ex templo ſancto ſuo; quoniam ecce Dominus egreditur de loco ſuo, & deſcẽdet ſuper excelſa terræ.* Jacob in mandatis, *Non deficiet* *Gen.49.10.* *princeps ex Judâ, nec dux de femoribus ejus, donec veniat* [4] *cui repoſitum eſt. Et ipſe eſt expectatio gentium.* Balaam, *Orietur ſtel-* *Num.24.17* *la ex Jacob, & homo ex Iſraël: & percutiet duces Moab, & prædabitur filios* [5] *Seth, & erit Edom hæreditas gentium.* David [6] autẽ hos non devicit. Quòd ſi de ejus poſteris hęc intelligenda eſſent, dicere oportebat, Orientur ſidera ex Jacob, & Duces ex Iſraël. *Eſa.10.33.* Eſaias, *Ecce dominator Dominus Sabaoth*

καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; Ἀμὼς [1] ἐπικαλεῖσθαι τὸν θεόν σου· ἑτοίμαζε Ἱερουσαλήμ, ὅτι ἐγὼ στερεῶν βροντήν, καὶ κτίζων πνεῦμα, [2] καὶ ἀποστέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν χριστόν μου. ποιῶν ὄρθρον, καὶ ὁμίχλην, καὶ ἐπιβαίνων ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τῆς γῆς. Μιχαίας, [3] ἀκούσατε λαοὶ πάντες λόγον, καὶ προσεχέτω ἡ γῆ, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ· καὶ ἔσται κύριος ἐν ἡμῖν εἰς μαρτύριον· κύριος ἐκ ναοῦ ἁγίου αὐτοῦ, διότι ἰδοὺ κύριος ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ· καὶ καταβήσεται ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τῆς γῆς. Ὁ Ἰακὼβ ἐν ταῖς ἐντολαῖς, Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ· ἕως οὗ ἔλθῃ [4] ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. Βαλαάμ, Ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακώβ, καὶ ἄνθρωπος ἐξ Ἰσραήλ, καὶ θραύσει τοὺς ἀρχηγοὺς Μωάβ, καὶ προνομεύσει τοὺς υἱοὺς [5] Σήθ· καὶ ἔσται Ἐδὼμ κληρονομία ἐθνῶν. Δαβὶδ δὲ [6] τούτων οὐ περιεγένετο· εἰ δὲ περὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ, ἔδει εἰπεῖν, ἀνατελοῦσιν ἄστρα ἐξ Ἰακώβ, καὶ ἡγούμενοι ἐξ Ἰσραήλ. Ἡσαΐας, Ἰδοὺ ὁ δεσπότης κύριος σαβαώθ

1 Codex recentior, & Siphani, ἐπικαλεῖσθαι, ut & ſacer textus, qui habet, ἑτοιμάζου τοῦ ἐπικαλεῖσθαι τὸν θεόν σου Ἰσραήλ· διότι ἰδοὺ ἐγώ, &c. *Præparare ut invoces Deum tuum Iſraël. Quia ecce ego, &c.*

2 In LXX. Interpretum editione legitur, καὶ ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν χριστὸν αὐτοῦ. *Et adnuntians in homines Chriſtum ſuum*, quam lectionem ſequitur Tertullianus adversùs Hermogenem capite 32. adversùs Marc. lib. 3. c. 6. & alibi.

3 Locus iſte Michæę variat nonnihil in editis, præſertim in fine, ubi legunt edita, καὶ καταβήσεται, καὶ ἐπιβήσεται. *Et deſcendet, & aſcendet ſuper excelſa terræ.*

4 Codex Siphani, & Vaticanus recentior, ὃ ἀπόκειται, *quod reſervatur*, quam lectionem in Theodoreti ſcriptis codicibus ſervari teſtatur Doctiſſimus Nobilius in notis ad hunc locum.

5 Codex recentior Vaticanus, & alius Siphani codex, τοὺς υἱοὺς σήθ: ſed hanc lectionem nec Vulgata, nec LXX. Interpretes probant.

6 Malè codex recentior, περὶ τούτων οὐ περιεγένετο, quam lectionem ſecutus eſt Siphanus, vertit enim, *David autem de his rebus non advenit.*

σαβαὼθ συνταράξει τοὺς ἐνδόξους μετὰ ἰσχύος, καὶ οἱ ὑψηλοὶ τῇ ὕβρει συντριβήσονται, καὶ ταπεινωθήσονται οἱ ὑψηλοὶ, καὶ πεσοῦνται μαχαίρᾳ· ὁ δὲ λίβανος σὺν τοῖς ὑψηλοῖς πεσεῖται. καὶ ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται, καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας ἐμπλήσει αὐτὸν, πνεῦμα φόβου θεοῦ. οὐ κατὰ τὴν δόξαν κρινεῖ, οὐδὲ κατὰ τὴν λαλιὰν ἐλέγξει· ἀλλὰ κρινεῖ [1] ταπεινῷ κρίσιν, καὶ ἐλέγξει τοὺς ἐνδόξους τῆς γῆς, καὶ πατάξει τὴν γῆν τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἐν πνεύματι διὰ χειλέων ἀνελεῖ [2] ἀσεβῆ· καὶ ἔσται δικαιοσύνῃ ἐζωσμένος τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ ἀλήθειαν ἠλειμμένος τὰς πλευρὰς αὐτοῦ. Καὶ μετ' ὀλίγα, Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἡ ῥίζα τοῦ ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν· ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι, καὶ ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. Δαβὶδ, Ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· ἠγάπησας δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν, διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς, ὁ θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. Ὁρᾷς ὅτι ὁ θεὸς χρίεται παρὰ τοῦ θεοῦ· ἐνανθρωπίσας γὰρ γέγονεν ἀρχιερεὺς,

Sabaoth conturbabit glorioſos cum fortitudine, & excelſi ſuperbiâ, conterentur, & ſublimes humiliabuntur, & cadent gladio. Libanus autem cum excelſis cadet. Et egredietur virga de radice Jeſſe, & flos de radice aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Dei, ſpiritus ſapientiæ & intellectûs, ſpiritus conſilii & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis replebit eum, ſpiritus timoris Dei. Non ſecundùm gloriam judicabit, neque juxta ſermonem arguet; ſed judicabit [1] *humili judicium, & arguet glorioſos terræ, & percutiet terram verbo oris ſui, & in ſpiritu per labia interficiet* [2] *impium. Et erit juſtitiâ cinctus lũbum ſuum, & veritate involutus coſtas ſuas.* Et poſt pauca, *Et erit in die illâ radix Jeſſe, & qui conſurgit, ut princeps ſit gentium; in ipſo gentes ſperabunt, & erit requies ejus honor.* David, *Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi: virga directionis virga regni tui. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.* Vides à Deo Deũ ungi; humanâ enim carne aſſumptâ factus eſt Pontifex, & apoſtolus confeſſionis no-

Eſa. 11. 10.

Pſal. 44. 7.

1 Ita antiquior codex Vaticanus, & LXX. Interpretum editio. In recentiori, & apud Siphanum eſt, ταπεινῶν. Sed mox LXX. habent, ἐλέγξει τοὺς ταπεινοὺς τῆς γῆς. Irenæus tamen lib. 3. adversùs hæreſes cap. 10. legit, *Judicabit humili judicium, & arguet glorioſos terræ.*

2 Codex recentior, ἀσεβεῖς.

noſtræ. Et paulò poſt, *Et tu*
Pſ.101.26. *Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cæli. Ipſi peribunt, tu autem permanes; & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent; & ſicut opertorium volves eos, & mutabuntur. Tu autem idem ipſe es: & anni tui non deficient*: qui, videlicet, unctus es.

ρεὺς, καὶ ἀπόστολος τῆς ὁμολογίας ἡμῶν. καὶ μετ' ὀλίγα, Καὶ σὺ κύριε τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί. αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις· καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. Τοῦ χρισθέντος δηλαδή.

III. De Nativitate ejus ex Virgine.

γ'. Περὶ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ τῆς ἐκ παρθένου.

Eſa.7.14. ESaias, *Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emanuel, quod interpretatur; Nobiſcum Deus. Et priùs quàm cognoſcat Patrem, vel Matrem, tollet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ comedet*. Et Salomon
Sap.8.19. propheticè, [1] *Puer eram ingenioſus, & ſortitus ſum animam bonam: magìs autem cùm eſſem bonus, veni ad corpus incoinquinatum*. [2] (Quis igitur ante nativitatem bonus erat, & quis venit in corpus incontaminatum?) Eſaias, *Et cupient, ſi*
Eſa.9.5. *fiant igne combuſti. Quia parvulus natus eſt nobis, filius & datus eſt nobis, cujus principatus ſuper humerum ejus*, [3] *& vocatur no-*
men

Ἡσαΐας, Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐμανουὴλ, ὃ ἑρμηνεύεται μεθ' ἡμῶν ὁ θεός. καὶ πρὶν ἐπιγνῶναι πατέρα, ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν δαμασκοῦ, καὶ τὰ σκῦλα σαμαρείας ἔδεται. Καὶ Σολομὼν προφητικῶς, [1] Παῖς ἤμην εὐφυὴς, ψυχῆς τε ἔλαχον ἀγαθῆς· μᾶλλον δὲ ἀγαθὸς ὢν, ἦλθον εἰς σῶμα ἀμίαντον. [2] (τίς οὖν πρὸ γεννήσεως ἦν ἀγαθός; καὶ τίς ἦλθεν εἰς σῶμα ἀμίαντον;) Ησαΐας, Καὶ θελήσουσιν εἰ ἐγεννήθησαν πυρίκαυστοι, ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ· [3] καὶ κα-

1 Malè in vetuſtiori codice Vaticano, παῖς ἤμην.
2 Quæ ſemicirculis includuntur, deſunt in vetuſtiori codice Vaticano, librarii errore manifeſto.
3 In recentiori codice Vaticano, & in eo, quo uſus eſt Siphanus, καὶ καλεῖται τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θεὸς ἰσχυρός; ſed vetuſtioris Vaticani codicis lectionem, quam ſecuti ſumus, plerique codices, & non panci antiqui Patres exhibent. Vide Nobilium in adnotationibus ad eundem locũ.

καὶ λεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς, σύμβουλος, θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Καὶ πάλιν, Ἰδοὺ ἡ [1] δάμαλις τέτοκε, καὶ οὐ τέτοκε, τοῦτο δὲ δηλοῖ τὴν παρθένον. Καὶ πάλιν, Βούτυρον, καὶ μέλι φάγεται· [2] Τούτῳ γὰρ ἐτρέφετο κατιούσης τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ἀπογραφῆς· ὕστερον γὰρ εὐπόρησεν γάλακτος. Καὶ πάλιν, Οὕτως λέγει κύριος σαβαώθ· ἐκοπίασεν αἴγυπτος, καὶ ἐμπορία αἰθιόπων· καὶ οἱ σαβαεὶμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ [3] διαβήσονται, καὶ σοὶ ἔσονται δοῦλοι, καὶ ὀπίσω σου ἀκολουθήσουσι δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ διαβήσονται πρὸς σὲ, καὶ προσκυνήσουσί σοι, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται· ὅτι ὁ θεὸς ἐν σοί ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι θεὸς πλὴν σοῦ· σὺ γὰρ εἶ θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν· θεὸς [4] τοῦ ἰσραὴλ σωτήρ. Ἰεζεκιὴλ, Καὶ ἐπέτρεψέ με κύριος κατὰ τὴν ὁδὸν τῆς πύλης τῆς βλεπούσης κατὰ ἀνατολὰς, καὶ αὕτη ἦν κεκλεισμένη· καὶ εἶπε κύριος πρὸς μέ· υἱὲ ἀνθρώπου ἡ πύλη αὕτη κεκλεισμένη ἔσται, καὶ οὐδεὶς οὐ μὴ διέλθῃ δι᾽ αὐτῆς, ὅτι κύριος ὁ θεὸς ἰσραὴλ [5] ἐ-

σελεύ-

men ejus magni conſilii angelus, admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri ſeculi. Et rurſus, *Ecce juvenca* [1] *peperit & non peperit.* Hoc autem virginem de-
notat. Et rurſus, *Butyrum, & mel comedet*: [2] his enim rebus Eſa. 7. 15.
alebatur, cùm deſcenderet mater ejus à cenſu; nam poſtea abundavit lacte. Et rurſus, *Sic dicit Dominus Sabaoth: Labora-* Ibid. 45. 14.
vit Ægyptus & negotiatio Æthiopum, & Sabaim viri excelſi ad te tranſibunt, & tui erunt ſervi, & poſt te ſequentur vincti manicis, & tranſibunt ad te, & adorabunt te, & in te orabunt: quoniam in te Deus eſt, & non eſt Deus abſque te. Tu enim Deus es, & neſciebamus, [4] *Deus Iſraël ſalvator.* Ezechiel, *Et con-* Ezec. 44. 1.
vertit me Dominus ad viam portæ reſpicientis ad orientem, & hæc erat clauſa: Et dixit Dominus ad me: Fili hominis, porta hæc clauſa erit, & nemo tranſibit per eam; quoniam Dominus Deus Iſraël [5] *ingredietur, & egredietur per*

eam

1 Locum hunc non memini me legiſſe apud Eſaiam, aut alium quempiam Prophetam. Δάμαλις autem vox, pro juvencâ, ſæpe reperitur apud LXX. Interpretes. Quare mirum eſt vel id ignoraſſe Siphanum, vel legendum cenſuiſſe δυνάμεις, nam alieno prorſus ſenſu interpretatus eſt, *virtus*.

2 Similia habet Nyſſenus in oratione in illud Apoſtoli, *Quando ſibi ſubjecerit omnia, tunc ipſe quoque filius ſubjicietur ei*, ubi non longè ab initio hæc inquit, *Et quomodo cùm eſſet infans, infantilem accepit cibum, butyrum & mel comedens; ita etiam cùm proceſſiſſet ad adoleſcentiam, non recuſavit id, quod huic ætati erat congruens & conveniens.*

3 Codex recentior, καταβήσονται. Ita & Siphani codex.

4 Idem codices legunt, Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ ὁ σωτήρ.

5 Romana LXX. Interpretum editio, εἰσελεύσεται δι᾽ αὐτῆς, *Ingredietur per eam*; cætera deſunt.

ſam, & erit clauſa. Eſaias, [1] *Ex* Eſa. 49. 1. *utero matris vocavi nomen ejus gladium acutam*. Daniel, *Ecce* Dan. 2. 34. *abſciſſus eſt lapis ſine manibus, & percuſſit ſtatuam, & factus eſt in montem magnum, & implevit univerſam terram*. Lapis igitur abſciſſus ſine manibus, illum utique ſignificat, qui genitus eſt abſque viri ſemine. Eſaias iterum, *Audi cælum, & auribus percipe terra, quia Dominus locutus eſt:* Eſa. 1. 2. *Filios genui & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me. Cognovit bos poſſeſſorem, & aſinus præſepe Domini ſui: Iſraël autem me non cognovit, & populus me non intellexit*. Et rurſus, *Sume tibi* [2] *tomum novæ chartæ* Ib. 8. 1. *magnæ, & ſcribe in eo hominis ſtylo, ut velociter deprædationem faciat ſpoliorum. Et acceſſerunt ad Prophetiſſam; & in utero concepit & peperit filium. Et dixit Dominus mihi Voca nomen ejus, citò ſpolia, velociter deprædare*. Tomum igitur novum de Virgine intelligimus; quemadmodum enim nova charta pura eſt, cum nihil in eâ ſcriptum eſt, ita & ſancta Virgo viri conſue- Exod. 13. 2. Num. 8. 17. tudinis expers eſt. Et iterum, [3] *Omne maſculinum adaperiens vulvam, ſanctum Domino vocabitur*. Nullus autem maſculus aperit

σεται, καὶ ἐξελεύσεται δι᾽ αὐτῆς, καὶ ἔσαι κεκλεισμένη. Ἡσαΐας, [1] Ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐκάλεσα τὸ ὄνομα αὐτοῦ μάχαιραν ὀξεῖαν. Δανιὴλ, Ἰδοὺ ἐτμήθη λίθος ἄνευ χειρῶν, καὶ ἐπάταξε τὸν ἀνδριάντα, καὶ ἐγένετο εἰς ὄρος μέγα, καὶ ἐπλήρωσε τὴν οἰκουμένην. Ὁ οὖν τμηθεὶς λίθος ἄνευ χειρὸς, ἐστιν ὁ γεννηθεὶς ἄνευ σπορᾶς ἀνδρός. Ἡσαΐας πάλιν, Ἄκουε οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίσου ἡ γῆ, ὅτι κύριος ἐλάλησεν· υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν· ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, οὐδὲ ὁ λαός με συνῆκε. Καὶ πάλιν, Λάβε [2] τόμον καινοῦ χάρτου μεγάλου, καὶ γράψον ἐν αὐτῷ γραφίδι ἀνθρώπου, τοῦ ὀξέως προνομὴν ποιῆσαι σκύλων· καὶ προσῆλθον πρὸς τὴν προφῆτιν, καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβε, καὶ ἔτεκεν υἱόν· καὶ εἶπέ μοι κύριος, κάλεσον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ταχέως σκύλευσον, ὀξέως προνόμευσον. Τόμον οὖν καινὸν νοοῦμεν τὴν παρθένον, ὥσπερ γὰρ ὁ χάρτης καινός ἐστι καθαρὸς, ἄγραφος ὢν, οὕτως καὶ ἡ παρθένος ἁγία ἀμύητος ἀνδρός. Καὶ πάλιν, [3] Πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ κυρίῳ κληθήσεται. Οὐδὲν δὲ ἄρσεν

1 Romana LXX. Interpr. editio aliter legit, *Ex utero matris meæ vocavit nomē meum, & poſuit os meum quaſi gladium acutū*.

2 Hanc lectionem à LXX. Interpr. editione diverſam in quibuſdam codicibus reperiri teſtatur Nobilius in notis ad hunc locum.

3 Hunc Exodi locum iiſdem propè verbis laudat Tertullianus in lib. de carne Chriſti cap. 22.

σεν διανοίγει μήτραν, ἀλλ' ἡ κοινωνία ἀνδρὸς πρὸς γυναῖκα· τὸ γοῦν εἰρημένον, περὶ τοῦ κυρίου νοητέον. συμβαίνει δὲ πολλοὺς τῶν πρωτοτόκων εἶναι ἀσεβεῖς, καὶ ἁμαρτωλούς· πῶς οὖν οὗτοι ἅγιοι τῷ κυρίῳ, διὰ τοῦτο καὶ ἄμωμοι; διὰ τί δὲ μὴ καὶ πᾶν θῆλυ; δῆλον οὖν, ὅτι αὐτὸς [1] ἅγιος καὶ ἄμωμος μόνος. Δαβὶδ, Μήτηρ σιὼν ἐρεῖ, ἄνθρωπος, καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ ὕψιστος.

δ'. Περὶ θαυμάτων, ὧν ἔμελλε ποιεῖν ἐνανθρωπίσας ὁ κύριος.

[2] Ιερεμίας, Ἰδοὺ τέθεικά σε εἰς διαθήκην γένους, καὶ εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ καταστῆσαι τὴν γῆν, καὶ κληρονομῆσαι [3] κληρονομίαν ἐρήμου, λέγων τοῖς ἐν δεσμοῖς, ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, ἀνακαλύφθητε. Καὶ ὅτι οὐ περὶ ψιλοῦ, ἀνθρώπου λέγει, αὐτὸς ἦν ὁ εἰπὼν, Οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Ησαΐας, Ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα· παρακαλέσατε οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ· ἰσχύσατε

aperit vulvam, ſed conſuetudo viri cum muliere: igitur dictũ illud de Domino eſt intelligendũ. Contingit autem ut primogeniti non pauci impii ſint & peccatores. Quomodo igitur omnes ii ſancti erunt Domino, & propterea inculpati? Cur item non omne etiam fœmininum ſanctũ Domino vocabitur? Manifeſtum igitur eſt, ipsũ [1] ſolum ſanctum eſſe, & inculpatum. David, *Mater Sion dicet: Homo & homo natus eſt in eâ, & ipſe fundavit eam Altiſſimus.* *Pſal. 86. 5.*

IV. De miraculis, quæ, humanâ carne aſſumptâ, Dominus editurus erat.

[2] Hieremias, *Ecce poſui te in teſtamentum generis, in lucem gentium, ut conſtitueres terram, & poſſideres* [3] *hæreditatem deſerti, dicens his, qui in vinculis ſunt, exite; & his, qui in tenebris, revelamini.* Hæc autem de puro putoq; homine ab ipſo nõ dici, inde patet, quòd ipſe erat, qui dixit, *Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius ad eum,* Eſaias, *Cõfortamini manus remiſſæ: & genua diſſoluta; conſolamini vos, puſillanimes mente, confortamini, nolite*

Eſa. 49. 6. & 8. *Bar. 3. 36.* *Eſa. 35. 3. & 40. 10.*

1 Codex recentior, ἅγιος μόνος. Ita & Siphani codex.

2 Locus iſte non Hieremiæ, ſed Eſaiç eſt; eum tamen pro Hieremiæ loco accepiſſe Nyſſenum, vel inde patet, quòd Baruch teſtimonium, tanquam unius ejuſdemque Prophetæ ſubjungat: Baruch autem ſæpe ab antiquis ſub Hieremiæ nomine laudari ſolet.

3 Codex recentior, κληρονομίαν, λέγων. Ita & Siphani codex. Sed in editione LXX. Interpr. eſt, κληρονομίας ἐρήμους, *hæreditates deſertas.*

nolitę timerę. Ecce Deus noſter. Ecce Dominus çũ fortitudine ve-
Eſa. 35. 5. *nit.* Et rurſus, *Tunç aperięntur oculi cæcorum, & aures ſurdorum audient: tunc ſaliet claudus, ſicut cervus, & ęxpedita ęrit lingua*
Ibid. 61. 1. [1] *balborum.* Et rurſus, *Spiritus Domini ſuper me, propter quod unxit mę: ęvangelizare pauperibus miſit me, prædicare captivis remiſſionem, & çæcis viſum.*

σατε, μὴ φοβεῖσθε· ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἰδοὺ κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται. Καὶ πάλιν, Τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται· τότε ἁλεῖται, ὡς ἔλαφος, ὁ χωλὸς, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα [1] μογιλάλων. Καὶ πάλιν, Πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν.

V. De proditionę.

Pſal. 40. 10. DAvid, *Qui comedebat panes meos, magnificavit ſuper me ſupplantationem.*

ε'. Περὶ προδοσίας.

ΔΑβὶδ, Ὁ ἐσθίων ἄρτους μου ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν.

VI. De Paſſionę.

Eſa. 3. 12. POpule meus, qui beatos vos dicunt, decipiunt vos, & ſemitam pędum veſtrorum turbant. Sed nunc ſtabit in judicio Dominus, & ſtatuet ad judicium [2] *populum ſuum. Ipſe Dominus ad judicium veniet cum ſenioribus populi, & cum principibus ejus.* David, *Quare fremuerunt*
Pſal. 2. 1. *gentes, & populi meditati ſunt inania? Adſtiterunt Reges terræ, et principes convenerunt in unum, adverſus Dominum, & adver-*
Thr. 4. 20. *ſus Chriſtum ejus.* Hieremias, *Spiritus faciei noſtræ* [3] *Deus Dominus*

ς'. Περὶ πάθους.

ΛΑός μου, οἱ μακαρίζοντες ὑμᾶς πλανῶσιν ὑμᾶς, καὶ τὴν τρίβον τῶν ποδῶν ὑμῶν ἐκταράσσουσιν. ἀλλὰ νῦν καταστήσεται κύριος εἰς κρίσιν, καὶ στήσει [2] τὸν λαὸν αὐτοῦ εἰς κρίσιν· αὐτὸς κύριος εἰς κρίσιν ἥξει μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ, καὶ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτῶν. Δαβὶδ, Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, κατὰ τοῦ κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ. Ἱερεμίας, Πνεῦμα προσώπου ἡμῶν [3] Θεὸς κύριος

1 Codex antiquior, μογιλάλου.
2 Codex antiquior, τὸν λαὸν εἰς κρίσιν.
3 Codex recentior, itemque codex, quo uſus eſt Siphanus, habet ἡμῶν κύριος κύριος: ſed in editione LXX. Interpr. eſt, χριστὸς κύριος, quam lectionem Juſtinus, Irenęus, Cyprianus, & Tertullianus ſequuntur.

ριος συνελήφθη ἐν ταῖς διαφθοραῖς αὐτῶν, οὗ εἴπομεν, ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ζησόμεθα ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Ἠσαΐας, Αὐτὸς τὰς ἀνομίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν· [1] ἕκαστος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἐπλανήθη· καὶ κύριος παρέδωκεν αὐτὸν διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα. ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη· καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν, ἄφωνος· οὕτως οὐκ ἀνοίγει [2] τὸ στόμα αὐτοῦ ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ. ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ· ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ λαοῦ μου, ἤχθη εἰς θάνατον. καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ [3] εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.

minus captus eſt in corruptionibus ipſorum, de quo diximus: in umbrâ ejus vivemus in gentibus. Eſaias, *Ipſe peccata noſtra portat, & pro nobis dolet, & nos reputavimus eum eſſe in labore, & in plagâ, & in afflictione. Ipſe autem vulneratus eſt propter peccata noſtra, & infirmatus eſt propter iniquitates noſtras. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum: livore ejus nos ſanati ſumus. Omnes quaſi oves erravimus; [1] unuſquiſque ù viâ ſuâ aberravit, Et Dominus tradidit ipſum propter peccata noſtra: & ipſe propter afflictionem non aperit os. Sicut ovis ad victimam ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe mutus, ſic non aperit [2] os ſuum in humiliatione ejus. Quia tollitur de terrâ vita ejus: ab iniquitatibus populi mei ductus eſt ad mortem. Et dabo malos pro ſepulturâ ejus, & divites pro morte illius. Quia iniquitatem non fecit, neque [3] dolus inventus eſt in ore ſuo.* Eſa. 53. 4.

1 In editione LXX. Interpretum eſt, ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ, & mox, παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, lectioné utranq; ſequitur Juſtinus Martyr in Apol. 2. pag. 86. & in dialogo cum Tryphone pag. 230. itemque alii; ſed poſteriori ſimilem lectionem ex Hieronymo, & Cypriano in lib. 2. Teſtim. adverſùs Judæos cap. 13. refert Nobilius in notis ad hunc locum. Cæterum in recentiori Vaticano, & in alio Siphani codice malè legitur, παρέδωκεν ἑαυτόν.

2 Hoc in loco longè diverſa eſt LXX. Interpretum editio, quæ ita ſe habet, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα: Ἐν τῇ ταπεινώσει ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. *Sic non aperit os. In humilitate judicium ejus ſublatum eſt.* Hanc autem lectionem ſequuntur Juſtinus Martyr, Irenæus, Tertullianus, & Cyprianus, cæterique, niſi quòd habent, οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ, *Non aperit os ſuum.* Sed Nyſſenus videtur hic in epitomen redegiſſe Eſaiæ verba.

3 Verbum, εὑρέθη, deeſt in editione LXX. Interpretum, ſed habetur apud Juſtinum, & apud alios, quos laudat Nobilius in notis, quibus adde Tertullianum adverſùs Judæos cap. 10.

ſuo. Et paulò poſt, *Propterea ipſe poſſidebit multos, & fortium dividet ſpolia: pro eo quod tradita eſt ad mortem anima ejus: quoniam iniquitatem non fecit, & in iniquis reputatus eſt: & ipſe peccata multorum tulit, & propter iniquitates eorum traditus eſt*. [1] Ex his patet, Prophetam non loqui de populo, qui in Babylonem adductus eſt, ſicut nõnulli ſuſpicati ſunt. Quomodo enim populus propter peccata populi ductus eſt ad mortem, aut quis populus, & ob cujus populi peccata id paſſus eſt? Et iterum,
Eſa. 50.6. *Dorſum meum dedi ad flagella, et genas meas ad alapas, & faciem meam non averti à cõfuſione ſputorum*. Et rurſus,
Ib. 53. 3. *Non habebat ſpeciem, neq; decorem; ſed ſpecies ejus inhonorata, & deficiens præ filiis hominum*. Et rur-
Ibid. 8. ſus cùm hæc dixiſſet, ait, *Generationem ejus quis enarrabit?* David,
Pſal. 21.17. *Quoniam circumdederunt me canes multi, conſilium malignantium obſedit me. Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumeraverunt omnia oſſa mea. Ipſi vero conſideraverunt & inſpexerunt me: diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortẽ*.
Hier. 11. 19. Hieremias, *Ego autem quaſi agnus innocens ductus ad immolandum, non cognoſcebam*. Et rurſus, *Veni-*

αὐτοῦ. Καὶ μετά τινα, Διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα· ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ· ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησε, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη· καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε, καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν παρεδόθη. [1] Ἐκ τούτων δῆλον, ὅτι οὐ περὶ τοῦ λαοῦ τοῦ ἀπαχθέντος ἐν Βαβυλῶνι ὁ προφήτης λέγει, ὥς τινες ὑπέλαβον. πῶς γὰρ ἂν ὁ λαὸς, ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ λαοῦ ἤχθη εἰς θάνατον; ἢ ποῖος λαὸς, καὶ ποίου λαοῦ; Καὶ πάλιν, Τὸν νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας· τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα· τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. Καὶ πάλιν, οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Καὶ πάλιν ὁ ταῦτα εἰπὼν, εἶπε, Τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; Δαβὶδ, Ὅτι ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοί· συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με. ὤρυξαν χεῖράς μου, καὶ πόδας μου· ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου. αὐτοὶ δὲ κατενόησαν, καὶ ἐπεῖδόν με· διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. Ἱερεμίας, Ἐγὼ δὲ ὡς ἀρνίον ἄκακον ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι, οὐκ ἔγνων. Καὶ πάλιν, Δεῦτε καὶ ἐμβάλλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ· καὶ

1 Codex antiquior, ἐκ τούτου.

καὶ ἐκτρίψωμεν αὐτὸν [1] ἀπὸ τῶν ζώντων, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ οὐ μὴ μνησθῇ ἔτι. Ζαχαρίας, Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ· καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, καθὰ συνέταξέ μοι κύριος.

ζʹ. Περὶ τοῦ σταυροῦ, καὶ τοῦ γενομένου σκότους.

[2] Ὄψεσθε τὴν ζωὴν ὑμῶν κρεμαμένην ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν, καὶ οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγεῖται ὑμῖν· τὸ πρωῒ ἐρεῖς, πῶς ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ τὸ ἑσπέρας, πῶς ἐγένετο πρωΐ. Ἀμὼς, Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει κύριος ὁ θεὸς, δύσεται ὁ ἥλιος μεσημβρίας, καὶ συσκοτάσει ἐν ἡμέρᾳ τὸ φῶς. Ἱερεμίας, Ἐπέδυσεν ὁ ἥλιος ἔτι μεσούσης τῆς ἡμέρας. Ἡσαΐας, Ὅλην τὴν ἡμέραν διεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀντιλέγοντα, καὶ ἀπειθοῦντα. Καὶ πάλιν, Ἄρατε σύσσημον εἰς τὰ ἔθνη. Καὶ πάλιν, Καὶ τότε ταῦτα συντελεσθήσεται λέγει κύριος, [3] ὅταν ξύλον ξύλων κλιθῇ, καὶ ἀναστῇ, καὶ ὅταν

Venite, & mittamus lignum in panem ejus, & exteramus eum [1] *è viventibus, & nomen ejus non memoretur amplius.* Zacharias; *Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt à filiis Iſraël, & dederunt eum in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus.* Hier. 11.19. Zac. 11.12. apud. Matthæũ 27.10.

VII. De Cruce, & tenebris, quæ in Chriſti morte factæ ſunt.

[2] *Videbitis vitam veſtram pendentem ante oculos veſtros, & non credetis, ſi quis enarraverit vobis. Mane dices: quomodo facta eſt veſpera? Et veſperi: quomodo factum eſt mane?* Deut. 28.66. Amos, *Et erit in die illâ dicit Dominus Deus, occidet ſol meridie, & contenebreſcet in die lux.* Amos 8.9. Hieremias, *Occidit ſol, cùm adhuc medius dies eſſet.* Hier. 15.9. Eſaias, *Totâ die expandi manus meas ad populum incredulum, & contradicentem.* Eſa. 65.2. Et rurſus, *Levate ſignum in gentes.* Ib. 62.10. Et rurſus, *Et tunc hæc conſumabuntur dicit Dominus,* [3] *quando lignum lignorum inclinatus fuerit, & reſurget, & quan-*

1 Editio LXX. Interpr., ἀπὸ γῆς ζώντων, quam lectionem ſequuntur Juſtinus in Dialog. cum Tryphone pag. 299. Tertullianus, Cyprianus, & alii.

2 Diverſa eſt hujus loci lectio tam in editione LXX. Interpretum, quàm apud Juſtinum, Tertullianum, & alios.

3 In Vaticano recentiore, & in alio Siphani codice legitur, λέγει κύριος, ὅτι ἐκ ξύλου αἷμα στάξει, *Dicit Dominus, quia de lignis ſanguis ſtillabit.* Cæterùm hic locus apud Hieremiam non legitur; ſed verba illa, *Et de ligno ſanguis diſtillabit*, reperiuntur in Eſdræ lib. 4. cap. 5.5. An autem Nyſſenus ad hunc Eſdræ locum reſpexerit, videant Eruditi. Antiquos ſanè Patres quartum Eſdræ librum fuſiorem, quàm nunc ſit, habuiſſe, ex locis, quos ex eodem libro laudat Ambroſius in libro de bono mortis, lucidè apparet.

quando è ligno ſanguis diſtillabit. Zacharias, *Et erit, in die illâ non*
Zac. 14. 7. *erit lux: & dies illa nota Deo: & non dies,* [1] *neque nox; ad veſperam erit lux.* David, *Et ſuſti-*
Pſ. 69. 22. *nui qui ſimul contriſtaretur, &* [2] *qui conſolaretur, & non inveni, & dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti meâ potaverunt me aceto.* Quorum omnium nihil Davidi contigiſſe poſſunt oſtendere. Et rurſus, *Poſuerunt me in*
Pſ. 87. 7. *lacu infimo.* Zacharias, *Framea*
Zac. 13. 7. *conſurge* [3] *ſuper paſtorem, & in virum populi mei. Percute paſtorem meum, & diſpergentur oves gregis.* Et rurſus, *Et in die illâ*
Ib. 14. 20. *erit, quod* [4] *ſuper frenum equi eſt, ſanctum Domino.*

ὅταν ἐκ ξύλου αἷμα στάξει. Ζαχαρίας, Καὶ ἔσται, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ οὐκ ἔσται φῶς· καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη γνωστὴ τῷ κυρίῳ· καὶ οὐχ ἡμέρα, [1] καὶ οὐ νὺξ, τὸ πρὸς ἑσπέραν ἔσται φῶς. Δαβὶδ, Καὶ ὑπέμεινα συλλυπούμενον, καὶ οὐχ ὑπῆρξε, καὶ [2] παρακαλοῦντα, καὶ οὐχ εὗρον· καὶ ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος; ὧν οὐδὲν ἔχουσι ἐπὶ Δαβὶδ δεῖξαι γινόμενον. Καὶ πάλιν, Ἔθεντό με ἐν λάκκῳ κατωτάτῳ. Ζαχαρίας, Ῥομφαία ἐξεγέρθητι [3] ἐπὶ τὸν ποιμένα, καὶ ἐπ' ἄνδρα τοῦ λαοῦ μου· πάταξον τὸν ποιμένα μου, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. Καὶ πάλιν, Καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἔσται τὸ [4] ἐπὶ τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου ἅγιον τῷ κυρίῳ.

VIII. De Chriſti reſurrectione.

DAvid reſurrectionem ejus prævidens, dice-
Pſ. 43. 23. bat, *Exurge, quare obdormis Domine, exurge, & ne repel-*
Ibid. 3. 7. *las in finem.* Et rurſus, *Exurge Do-*

η'. Περὶ ἀναστάσεως χριστοῦ.

ΔΑβὶδ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ προορῶν ἔλεγεν, Ἐξεγέρθητι ἵνα τί ὑπνοῖς κύριε· ἀνάστηθι, καὶ μὴ ἀπώσῃ εἰς τέλος: Καὶ πάλιν, Ἀνάστα

1 Codex antiquior, καὶ οὐχὶ νὺξ. Sequitur in editione LXX. Interpretum, καὶ πρὸς ἑσπέραν, atque ita Cyprianus quoque legit.

2 In recentiori Vaticano, & apud Siphanum malè, παρακαλοῦντας, καὶ οὐχ εὗρον ἔδωκαν.

3 In vulgatâ LXX. Interpr. editione legitur, ἐπὶ τοὺς ποιμένας μου, καὶ ἐπὶ ἄνδρα πολίτην μου, *Super paſtores meos, & ſuper virum civem meum.* Sed apud Theodoretum, & alios à Nobilio in notis memoratos, legitur ut hic, ἐπὶ τὸν ποιμένα μου, & mox, πάταξον τὸν ποιμένα. Juſtinus autem in Dialogo cum Tryphone pag. 273. habet, Ῥομφαία ἐξεγέρθητι ἐπὶ τὸν ποιμένα μου, ἐπ' ἄνδρα τοῦ λαοῦ μου, &c. πάταξον τὸν ποιμένα καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα αὐτοῦ, quæ lectio ſimilis eſt lectioni, quam hic ſequitur Nyſſenus, niſi quòd habet, τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. Hieronymus quoque legit, *Diſpergentur.* Nyſſenus tamen in Antirrhetico adversùs Apollinarem capite 18. legit, *Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſuper virum contribulem meum,* hoc eſt, σύμφυλόν μου, quod poſtremum verbum ex Aquilæ verſione deſumptum eſt.

4 Malè in recentiori Vaticano, & apud Siphanum, ἐπὶ τῶν χαλινῶν.

ϛα κύριε, σῶσόν με ὁ θεός μου. Καὶ πάλιν, Ἀνάϛα κύριε βοήθησον ἡμῖν, καὶ λύτρωσαι ἡμᾶς ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου. Καὶ πάλιν, Ἀνάϛα κύριε, κρῖνον τὴν γῆν, ὅτι σὺ κατακληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. Ησαΐας, Νῦν ἀναϛήσομαι λέγει κύριος, νῦν δοξασθήσομαι, [1] νῦν ὑψωθήσομαι, νῦν ὄψεσθε, νῦν σωθήσεσθε· ματαία ἔϛαι ἡ ἰσχὺς τοῦ πνεύματος ὑμῶν. Ωσηὲ, Καὶ ζητήσουσι τὸ πρόσωπόν μου ἐν θλίψει αὐτῶν, [2] καὶ ὀρθριοῦσι πρὸς μὲ, λέγοντες, πορευθῶμεν καὶ ἐπιστρέψωμεν πρὸς κύριον τὸν θεὸν ἡμῶν· ὅτι [3] αὐτὸς ἥρπακε, καὶ ἰάσεται ἡμᾶς· πατάξει, καὶ μοτώσει ἡμᾶς· ὑγιάσει ἡμᾶς μετὰ δύο ἡμέρας· ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ἀναϛησώμεθα [4] ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ γνωσόμεθα. διώξωμεν τοῦ γνῶναι τὸν κύριον· ὡς ὄρθρον ἕτοιμον [5] εὑρήσομεν αὐτόν. Δαβὶδ, Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Καὶ πάλιν, Ἐγενήθην ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοή-

Domine; ſalvũ me fac Deus meus. Et iterũ, *Exurge Domine adjuva* Pſ. 43. 26.
nos, & redime nos propter nomen tuum. Et rurſus, *Exurge Domine,* Pſ. 81. 8.
judica terram; quoniam tu hæreditabis in omnibus gẽtibus. Eſaias. Eſa. 33. 10.
Nunc exurgã dicit Dominus, nunc glorificabor,[1] *nunc exaltabor, nunc videbitis, nunc ſalvabimini. Vana erit fortitudo ſpiritûs veſtrî.* Oſeas, *Et quærent faciem meam in* Oſea 5. & 6.
tribulatione ſuâ,[2] *& mane vigilabunt ad me, dicentes: Eamus, & revertamur ad Dominum Deum noſtrum, quia*[3] *ipſe rapuit, & ſanabit nos: percutiet, & curabit nos: ſanos nos faciet poſt dies duos: in die tertio reſurgemus*[4] *coram eo, & ſciemus. Perſequamur ut cognoſcamus Dominum, quaſi mane paratum*[5] *inveniemus eum.* David, *Quoniam non derelinques a-* Pſ. 15. 10.
nimam meam in inferno: neque dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Et rurſus, *Factus* Ibid. 87. 6.
ſum ſicut homo ſine adjutorio inter mor-

1 Codex Siphani & Vaticanus recentior habent νῦν ὑψωθήσομαι, νῦν σωθήσεσθε. Sed in editione LXX. Interp. eſt, νῦν ὑψωθήσομαι, νῦν ὄψεσθε, νῦν αἰσθηθήσεσθε. In nonnullis autem libris, ait Nobilius, eſt, αἰσθήσεσθε, In uno eſt, αἰσχυνθήσεσθε, cui lectioni ſuffragatur Hieronymus. Sed Cyprianus lib. 2. adverſùs Judæos cap. 26. utranque retinuit; legit enim, *Nunc videbitis, nunc intelligetis, nunc confundemini.* Sed lectio quam hic ſequitur Nyſſenus, neſcio an apud aliũ quempiam ſcriptorẽ reperiatur.

2 In editione LXX. Interpr. deeſt, καὶ, & interpungitur ante, ἐν θλίψει, quibus verbis incipit caput 6. Tertullianus tamen lib. 4. adverſùs Marc. c. 43. Nyſſeni interpunctionem ſequi videtur; nam legit. *Ut quærant faciem meam, ante lucem vigilabunt, &c.*

3 In recentiori Vaticano codice, & apud Siphanum eſt, ὅτι αὐτὸς πέπαικε, καὶ ἰάσεται. Poſtrema vox librarii videtur error; Sed, πέπαικε, licèt cũ hebraicâ lectione non concordet, in cæteris tamen libris ita ſcribi teſtatur Nobilius. Tertullianus alteram lectionem exprimit in lib. adverſùs Judæos cap. 13. ſcribit enim. *Quoniam ipſe eripiet, & liberabit nos.* Vide eundem in lib. 4. adverſùs Marc. c. 42.

4 Siphani codex & Vaticanus recentior, ἐνώπιον αὐτοῦ. εἰδήσομεν.

5 Cod. antiquior Vatic. καὶ εὑρήσομεν,

mortuos liber[1]. Quis verò liber à morte niſi Deus? Factus eſt enim ſicut homo auxilio deſtitutus, cùm humiliavit carnem ſuã uſq; ad mortem, mortem autem Crucis.
Eſa. 28. 16. Eſaias,[1] *Ecce ego pono in Sion lapidem ſummum angularem, electum, honorabilem, & qui crediderit in eum, non confundetur.*
Pſ. 117. 22. Factum eſt enim in caput anguli, alterius, videlicet,[2] ædificii Eccleſiæ[3] quæ eſt mirabilis in oculis noſtris.

ἀβοήθητος ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος. Τίς δὲ ἐλεύθερος θανάτου, εἰ μὴ ὁ θεός; γέγονε γὰρ ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ταπεινώσας τὴν ἑαυτοῦ σάρκα μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. Ησαΐας[1], Ἰδοὺ τίθημι ἐν σιὼν λίθον ἀκρογωνιαῖον, ἐκλεκτον, ἔντιμον· καὶ ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν οὐ καταισχυνθήσεται. Γέγονε γὰρ εἰς κεφαλὴν γωνίας, ἑτέρας δηλαδὴ [2] οἰκοδομῆς τῆς κατὰ τὴν ἐκκλησίαν, [3] ἥτις ἐστὶ θαυμαστὴ ἐπὶ ὀφθαλμοῖς ἡμῶν.

IX. *De Aſcenſione.*

Pſ. 46. 6. DAvid, *Aſcendit Deus in jubilo, Dominus in voce tubę.* Hęc autem de Salvatore noſtro aſſeri, ex eo colligitur, quòd
Dan. 7. 9. & 13. Daniel dicat, *Ecce throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit.* Et paulò poſt, *Et ecce cum nubibus cæli, quaſi filius hominis veniens, & uſq; ad antiquum dierum pervenit*[4] *& adductus eſt: Ipſi datus eſt honor, principatus, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguę ipſi ſervient. Poteſtas ejus, poteſtas ſempiterna, quæ non pertranſibit: & regnum ejus non corrumpetur.* Et alicubi David, *Dixit Domi-*
Pſ. 109. 1. *nus Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.*

θ'. Περὶ τῆς ἀναλήψεως.

ΔΑβὶδ, Ἀνέβη ὁ θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος, Ὅτι δὲ περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν λέλεκται, Δανιὴλ λέγει, Ἐθεώρουν φησὶ, καὶ ἰδοὺ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθητο. Καὶ μετά τινα, Καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος· καὶ ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε, καὶ [4] προσήχθη· αὐτῷ ἐδόθη ἡ τιμὴ, καὶ ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ βασιλεία· καὶ πάντες οἱ λαοὶ, φυλαὶ, καὶ γλῶσσαι δουλεύσουσιν αὐτῷ· ἡ ἐξουσία αὐτοῦ, ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται. Καὶ ἀλλαχοῦ Δαβὶδ, Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου, ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

X. De ... ί. Περὶ

1 In editione LXX. Interpr. diverſa ſunt hujus loci verba; ſed idẽ ferè ſenſus.
2 Codex Siphani, & Vaticanus recentior, οἰκονομίας.
3 Codex antiquior, ὅτι καὶ ἐστι.
4 In editione LXX. Interpr. eſt, προσηνέχθη, *oblatus eſt*, ſed Nobilius in notis pręfert lectionẽ, quã hic Nyſſenus ſequitur.

ι. Περὶ τῆς δόξης τῆς ἐκκλησίας.

ΔΑβὶδ, Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ, περιβεβλημένη, πεποικιλμένη.

ια. Περὶ τῆς περιτομῆς.

ΕΡοῦσι δὲ πάντες οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι εἰ τὸν αὐτὸν Θεὸν σέβεσθε, τί μὴ περιτέμνεσθε, ἢ ζῶα προσφέρετε εἰς θυσίαν, ἢ σαββατίζετε, τῶν γραφῶν περὶ τούτων διαγορευουσῶν; ἀκούσονται [1] οὖν, ὅτι ἡ περιτομὴ οὐκ ἦν ἐξ ἀρχῆς· ἀλλ᾽ ἐν χρόνῳ ἐγένετο, ὡς καὶ ἐν χρόνῳ παυσομένη. ἔπειτα, ὅτι ὁ Θεὸς διαταξάμενος τοῖς πατράσι τὴν περιτομὴν, αὐτὸς εἶπεν, ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται λέγει κύριος, καὶ διαθήσομαι [2] τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ διαθήκην καινὴν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην, ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν [3] αὐτῶν, ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, τοῦ ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου· ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν τῇ διαθήκῃ μου κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, λέγει κύριος. Καὶ πάλιν αἰτιώμενος τοὺς Ἰουδαίους λέγει, Πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίτμητα σαρκὶ, ὁ δὲ λαὸς οὗτος τῇ καρδίᾳ. Καὶ πάλιν, [4] Περιτέμνεσθε τὴν καρδίαν ὑμῶν. καὶ μὴ τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας ὑμῶν.

Καὶ

X. *De Gloriâ Eccleſiæ.*

DAvid *Adſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumamicta, variegata.* Pſ. 44. 10.

XI. *De circumciſione.*

DIcent autem Judæi omnes; ſi eundem ac nos Deum veneramini, cur non circumcidimini, animalia non offertis ad ſacrificium, nec ſabbatum celebratis, cum Scripturæ de his rebus expreſsè præcipiant? Sciant igitur circumciſionem non fuiſſe ab initio, ſed certo tempore inſtitutam fuiſſe, ut quæ etiam certo tempore finem habitura eſſet. Deinde Deum, qui Patribus, ut circumciderentur, mandaverat, ipſum dixiſſe; *Ecce dies veniunt, ait Dominus, & diſponam* [2] *domui Iſraël* Hier. 31. 31. in edit. LXX cap. 38.
teſtamentum novum, non juxta teſtamentum, quod diſpoſui Patribus [3] *eorum, cum apprehendi ego manum eorum ad educendum eos de terrâ Ægypti, quia ipſi non manſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, ait Dominus.* Et rurſus incuſans Judæos ait, *Omnes gentes incircumciſæ carne, populus autem iſte incircumciſus* Hier. 9. 26.
eſt corde. Et rurſus, [4] *Circumcidite cor veſtrum, & non carnem præputii veſtri.*

1 Codex recentior, γοῦν.
2 Codex antiquior ἐν τῷ οἴκῳ.
3 Siphani codex, & recentior Vaticanus, ὑμῶν. Sed mox antiquior codex legit, ἐπιλαβόμενος τῆς χειρός.
4 Locũ hunc in ſacro Textu nõ reperi.

Hier. 4. 4. *tii veſtri*. Et iterum, [1] *Novate vobis novalia, & nolite ſerere ſuper ſpinas; ſed circumcidite duritiam cordis veſtri*. [3] Hieremias, *Et circumcidite Deo præputium cordis veſtri*. Porrò per circumciſionem neminem juſtificari, ex his perſpicuum eſt, Abraham incircumciſus [4] placuit Deo; nam priùs viſus eſt gratus & acceptus Deo eſſe, & tunc demum ipſi circumciſionem dedit. Qui etiam in deſerto quadraginta annorum ſpatio nati ſunt, & ipſi circumciſione caruerunt; quique ab Adam uſque ad Abrahamum Deo placuerunt, ſimiliter omnes incircumciſi erant; nam quia populus gentibus immiſceri debebat, idcirco data eſt circumciſio. Hujus autem rei ratio manifeſta eſt. Circumciſionis quippe uſus ab Abrahamo initium habuit, quem cùm Deus ſupra omnes illius ætatis homines dilexiſſet, ex ipſo Chriſtum quoque ſecundùm carnem naſci prædeſtinavit. Itaque ut id, quod fieri voluerat, poſſet etiam ſincerè & legitimè fieri, idcirco opus fuit circumciſione, & ſegregatione à reliquis gentibus, ut veluti quodam ſepto lex ipſos à cæteris hominibus ſepararet. Quamobrem eo nato, ob quem hæc facta ſunt,

Καὶ πάλιν. [1] Νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα, καὶ μὴ σπείρετε [2] ἐπ' ἀκάνθαις· ἀλλὰ περιτέμνεσθε τὸ σκληρὸν τῆς καρδίας ὑμῶν. [3] Ἱερεμίας καὶ περιτέμνεσθε τῷ Θεῷ τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν. Ὅτι δὲ οὐδένα δικαιοῖ ἡ περιτομή, δῆλον ἐκ τούτων· Ἀβραὰμ ἀπερίτμητος [4] εὐηρέστησε τῷ Θεῷ· πρῶτον γὰρ ὤφθη εὐαρεστῶν, καὶ τότε αὐτῷ τὴν περιτομὴν δίδωσι· καὶ οἱ ἐν τῇ ἐρήμῳ δὲ γεννηθέντες, ἐν τοῖς τεσσαράκοντα ἔτεσιν ἀπερίτμητοι ἦσαν· καὶ οἱ ἀπὸ Ἀδὰμ ὁμοίως ἕως Ἀβραὰμ εὐηρέστησαν τῷ Θεῷ, πάντες ἀπερίτμητοι ἦσαν· διὰ γὰρ τὸ ἐπιμίγνυσθαι τὸν λαὸν εἰς τὰ ἔθνη, ἐδόθη ἡ περιτομή, καὶ ἡ αἰτία δήλη· ἀλλ᾽ ἔλαβε γὰρ τὴν ἀρχὴν τὰ τῆς περιτομῆς ἐκ τοῦ Ἀβραάμ, ὃν ἀγαπήσας ὑπὲρ πάντας τοὺς τότε ὁ Θεός, ἐξ αὐτοῦ γεννηθῆναι καὶ τὸν Χριστὸν κατὰ σάρκα προέθετο. [5] Ἵνα οὖν ὅπερ ἐβουλήθη, καθαρῶς γενέσθαι δυνηθῇ, καὶ ἀνόθως, τούτου χάριν [6] ἐδέησε περιτομῆς, καὶ τῆς περὶ τὰ λοιπὰ γένη ἀμιξίας, ἵνα ὥσπερ τι διάφραγμα, τῶν λοιπῶν αὐτοὺς ἀνθρώπων [7] χωρίζῃ ὁ νόμος. Ὅθεν καὶ τεχθέντος τοῦ, δι᾽ ὃν ταῦτα γέγονε, λοιπὸν ὡς περιττά, τῷ Θεῷ

1 In recentiori codice additur, Ἱερεμίας. 2 Codex recentior, ἐπ' ἀκάνθαις· 3 Hieremiæ nomen deeſt hic in recentiori codice Vaticano. Vide an ſit locus Deut. 10. 16. nam apud Hieremiam hæc verba me legiſſe non memini. 4 Idem codex & Siphanus, ἐδικαίωσε; 5 In recentiori codice deeſt οὖν. 6 Idem codex ἐδεήθη. 7 Idem codex διαχωρίζῃ.

τῷ θεῷ τὰ παρὰ τὴν ἀρχαίαν ξενίζοντα κατάστασιν ἐκβέβληνται.

ιβ'. Περὶ θυσιῶν.

ΟΜοίως ὁ θεὸς βοᾷ, λέγων, Ζῶ ἐγὼ, λέγει κύριος, ὅτι περὶ θυσιῶν, καὶ ὁλοκαυτωμάτων οὐκ ἐντέταλμαι πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἀνήγαγον αὐτοὺς ἐκ γῆς αἰγύπτου, καὶ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. [1] Ησαΐας, Μὴ ἐγὼ ἐντέταλμαι τοῖς πατράσιν ὑμῶν, ἐκπορευομένοις ἐκ γῆς αἰγύπτου [2] προσενεγκεῖν μοι ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίας. Καὶ πάλιν, Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν, λέγει κύριος; πλήρης εἰμὶ [3] ὁλοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ ἀρνῶν, καὶ αἷμα ταύρων, καὶ τράγων οὐ βούλομαι· οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι. τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε. ἐὰν φέρητέ μοι σεμίδαλιν, [4] μάταιον θυμίαμα βδέλυγμά μοι ἐστί. τὰς νεομηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ σάββατα ὑμῶν, καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι· νηστείαν, καὶ ἀργίαν, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν, μισεῖ ἡ ψυχή μου. [5] Καὶ πάλιν, Λούσασθε, καὶ καθαροὶ γίνεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν.

ſunt, tunc utique illa abrogata fuere, quæ à Deo præter antiquum rerum ordinem inſtituta fuerant.

XII. *De Sacrificiis.*

SImiliter Deus clamat, dicens, *Vivo ego, dicit Dominus, quoniam de ſacrificiis & holocauſtis non mandavi Patribus veſtris, ex quo die reduxi eos de terrâ Ægypti & uſque ad hunc diem.* Hier. 7. 22. [1] Eſaias, *Nunquid ego præcepi Patribus veſtris exeuntibus è terrâ Ægypti, ut offerrent mihi holocauſta & ſacrificium?* Et rurſus, *Quò mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum, dicit Dominus? Plenus ſum holocauſtis arietum, & adipem agnorum, & ſanguinem taurorum, & hircorum nolo: neque veniatis, ut appareatis mihi. Quis enim quæſivit hæc de manibus veſtris? Calcare atrium meum non apponetis. Si afferatis ſimilam;* Eſa. 1. 11. [4] *vanum incenſum abominatio mihi eſt. Neomenias veſtras, & ſabbata veſtra, & diem magnum non fero; jejunium, & ocium, & feſtivitates veſtras odit anima mea.* Et rurſus, *Lavamini, mundi eſtote, auferte mala ex animabus veſtris.* Ibid. 16. David, *Non comedam* Pſ. 49. 13.

1 Locum hunc apud Eſaiam me legiſſe non memini; ſimilia habentur apud Hieremiam cap. 7. 22. ex quo etiam loco præcedentia verba ſumpta fuiſſe videntur.

2 Codex antiquior προσενέγκαι.

3 Malè idem codex, ὁλοκαυτώματα.

4 Siphani codex, & Vaticanus recentior, μάταιόν μοι βδέλυγμά ἐστι. Siphanus vertit, *Vana mihi, & abominatio eſt.*

5 Codex antiquior, καὶ μετ' ὀλίγα.

medam carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo. Et rurſus,
Pſ. 49. 9. *Non accipiam de domo tuâ vitulos, neque de gregibus tuis*
Ibid. 14. *hircos*. Et rurſus, *Immola Deo*
Amos 5. 21. *ſacrificium laudis*. Amos, *Odio habui, repuli feſtivitates veſtras,* [2] *(nec odorabor in conventionibus veſtris.* [3] *Quia, ſi obtuleritis mihi holocauſta, & ſacrificia veſtra,) non ſuſcipiam ea,* [4] *& ſalutare præſentiæ veſtræ non reſpiciam. Transfer à me ſonitum carminum tuorum: & pſalmum organorum tuorum non audiam*
Malach. 1. 11. [5] (Malachias, *Non eſt voluntas mea in vobis, dicit Dominus omnipotens: & ſacrificium non ſuſcipiam de manibus veſtris: quia ab ortu ſolis, & uſque ad occaſum clarificatum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco incenſum* [6] *offertur nomini meo, & ſacrificium mundum: quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens.*)

XIII. De

Δαβὶδ, Οὐ φάγομαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίομαι. Καὶ πάλιν, Οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάρους. Καὶ πάλιν, Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν [1] αἰνέσεως. Ἀμὼς, Μεμίσηκα, ἀπῶσμαι τὰς ἑορτὰς ὑμῶν, [2] (καὶ οὐ μὴ ὀσφρανθῶ ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ὑμῶν· [3] διότι καὶ ἐὰν ἐνέγκητέ μοι ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίας ὑμῶν,) οὐ προσδέξομαι αὐτὰ, [4] καὶ σωτηρίου ἐπιφανείας ὑμῶν οὐκ ἐπιβλέψομαι. μετάστησον ἀπ' ἐμοῦ ἦχον ᾠδῶν σου, καὶ ψαλμὸν ὀργάνων οὐκ ἀκούσομαι ([5] Μαλαχίας, Οὐκ ἔστι μου θέλημα ἐν ὑμῖν, λέγει κύριος παντοκράτωρ, καὶ θυσίαν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν· διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου, καὶ ἕως δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα [6] προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά· διότι μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι, λέγει κύριος παντοκράτωρ.)

ιγ΄. Περὶ

1 Codex recentior & alius Siphani, δικαιοσύνης, ut videatur locus eſſe Pſalmi 4. 6.

2 Quæ ſemicirculis includuntur, Librarii, ut patet, errore deerant in Siphani codice, nec etiam habentur in recentiori Vaticano: licet in utroque codice quædam ex his loco non ſuo inſerantur.

3 In editione LXX. Interpretum additur vox, θυσίας, quæ tamen non habetur nec apud Juſtinum in Dialogo cum Tryphone pag. 238. nec apud Tertullianum, qui in lib. 5. adv. Marcionem habet, *Non odorabor in frequentiis veſtris*.

4 Siphani codex, & Vaticanus recentior, σωτηρίους ἐπιφανείας αὐτῶν, poſtrema vox videtur eſſe Librarii error. Priorem vocem habet etiam vulgata LXX. Interpretum editio; ſed alii codices & D. Hieronymus, ut ſcitè Nobilius advertit, habent σωτηρίου, quibus addendus eſt Juſtinus modò laudatus.

5 Quæ ſemicirculis includuntur non habentur in recentiori Vaticano, nec apud Siphanum.

6 In Romanâ LXX. Interpretum editione eſt, προσάγεται; ſed apud Juſtinum in Dialogo cum Tryphone pag. 246. legitur ἡ θυσία προσφέρεται; verùm inferiùs pag. 260. cum Nyſſeno legit θυμίαμα προσφέρεται. Cyprianus lib. 1. adv. Jud. c. 16. *Odores incenſi offeruntur*.

ιγʹ. Περὶ τοῦ σαββατίζειν.

Τὸ σάββατον ἐδόθη αὐτοῖς, τοῦ [1] καταπαῦσαι τὴν φιλοχρήματον αὐτῶν ἐπιθυμίαν. τοῦ λαοῦ γὰρ [2] πενομένου, ἐξελθόντος ἐκ τῆς αἰγύπτου, καὶ μηδὲν ἔχοντος, πλὴν ὧν ἐχρήσαντο παρὰ τῶν αἰγυπτίων, σπουδὴν ἐποιεῖτο ἕκαστος διὰ τοῦ ἀνενδότου πόνου πλοῦτον ἑαυτῷ περιποιῆσαι· διὸ λέγει, Ἓξ ἡμέρας ἐργᾷ· τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ οὐ ποιήσεις πᾶν ἔργον ἐν αὐτῇ. καὶ τὴν αἰτίαν ἐπιφέρει, ἵνα ἀναπαύσῃ σὺ, καὶ ἡ γυνή σου, καὶ ὁ υἱός σου, καὶ ἡ θυγάτηρ σου, καὶ ὁ παῖς σου, καὶ ἡ παιδίσκη σου, ὁ βοῦς σου, καὶ τὸ ὑποζύγιόν σου. ἐπεί τοι τίνος ἕνεκεν ὁ ἰησοῦς ὁ τοῦ ναυῆ κυκλῶν τὴν ἱεριχὼ μετὰ σαλπίγγων ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας, οὐκ ἐσχόλασε τῷ σαββάτῳ; πῶς δὲ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ περιτέμνεται παιδίον; διὰ τί δὲ ἐν ἡμέρᾳ σαββάτου τίκτει γυνή; πῶς δὲ καὶ οἱ ἱερεῖς πᾶσαν θυσίαν ἐν σαββάτῳ ποιοῦσι; πῶς δὲ ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ ἄστρα τὸν ὡρισμένον δρόμον ἐκτελεῖ καὶ τῷ σαββάτῳ.

ιδʹ. Περὶ τοῦ κατασφραγίζεσθαι.

[3] Δαβὶδ, Ἐσημειώθη ἐφ᾽ ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, κύριε. Καὶ πάλιν, Ποίησον μετ᾽ ἐμοῦ

σημεῖον

XIII. De Sabbati celebratione.

Sabbatum datum eſt eis ad ſedandum nimium, quo tenebantur, pecuniæ ſtudium. Nam cùm populus pauper egreſſus eſſet ex Ægypto, & nihil haberet præter ea, quæ commodatò acceperat ab Ægyptiis, unuſquiſque operam dabat, ut continenti atque aſſiduo labore ſibi divitias pararet. Quamobrem ait, *Sex diebus operaberis; die autem ſeptimo non facies ullum opus in eo*, cauſamque ſubdit, ut requieſcas tu, & uxor tua, & filius tuus, & filia tua, & puer tuus, & ancilla tua, bos tuus, & ſubjugale tuum. *Exod. 20. 10.* Alioqui cujus rei gratiâ Jeſus filius Nave ſeptem diebus circumdans Hiericho cum tubis, in ſabbato feriatus non eſt? *Joſ. 6. 16.* Quomodo die octavâ circumciditur puer? Cur in die ſabbati mulier parit? Quomodo etiã Sacerdotes omne ſacrificiũ in ſabbato faciunt? Quomodo itẽ Sol, & Luna, & aſtra definitũ curſum etiam in ſabbato conficiunt.

XIV. De Signi impreſſione.

[3] David, *Signatum eſt ſuper nos lumen vultûs tui Domine.* *Pſ. 4. 7.* Et rurſus, *Fac mecum ſignum in bono, & videant qui* *Ib. 85. 17.*

oderunt

1 Codex antiquior, παῦσαι.
2 Idem codex, πενομένου ἐκ γῆς αἰγύπτου.
3 Codex Vaticanus Antiquior, Δαβὶδ πρῶτος, Ἐσημειώθη.

oderunt me, & confundantur. Quoniam tu Domine adjuviſti me: & conſolatus es me. Et rurſus,
Pſ. 59. 6. *Dediſti metuentibus te ſignificationem, ut fugiant à facie arcûs.*
Ezech. 9. 4. Ezechiel, *Fili hominis tranſi mediam Hieruſalem, & da ſignum [1] ſuper frontes virorum gementium, & dolentium ſuper iniquitatibus, quæ fiunt in medio ipſorum.* Et rurſus,
2 Locus obſcurus, & corruptionis fortaſſe ſuſpectus; nos tamen nihil mutare auſi, commodum aliquem ſenſum ex his Nyſſeni verbis eruere conati ſumus. Vult enim Nyſſenus, Chriſtum adventu ſuo prophetias adhuc obſcuras illuſtraſſe. Earum autem obſcuritatis cauſam in Judæorum Scribas conjicit. Scribæ autem primùm quidem Scripturas in eum, quem videmus, ordinem redegerunt; deinde verò eaſdem publicè in Synagogis interpretare conſueverunt. Porro cenſere potuit Nyſſenus, tenebras aliquas in Prophetarum ſcripta à Scribis inductas fuiſſe, vel quum diffuſis, & interdū nugacibus explicationibus ea in ſynagogis publicè explicabant, vel cùm eadem in unum corpus digeſſerant, nonnulla, ſcilicet, partim addendo, partim tollendo, ut in hiſtoricis ſacræ Scripturæ libris ab eiſdem Scribis factum fuiſſe putant. Sanè antiquos Judæorum Scribas nonnulla, quæ emendatione aliquâ, aut majore claritate indigebant, in ſacris paginis, præſertim Prophetarum libris, mutaſſe, atque interpolaſſe, conſtat ex paucis illis Scripturæ locis, in quibus Scribarum correctiones continentur, quique ex Rabinorum ſcriptis latè præter alios enumerantur à Raymundo Martini in Pugione fidei adversùs Judæos par. 2. cap. 3. num. 9. & par. 3. diſt. 3. cap. 4. num. 11. & cap. 16. num. 26. & à Voiſino in notis ad ejuſdem operis procemium pag. 88. & ad caput tertium partis ſecundæ. Sed nihilominus cùm non ſatis conſtet, an correctiones iſtæ Nyſſeni ætate antiquiores ſint, licet Judęi in magnâ ſynagogâ Eſdræ temporibus habitâ, illas factas fuiſſe aſſerant; & alioqui cùm Nyſſenus non correctionis, aut lectionis, ſed ἐκβάσεως nomine utatur; veroſimiliùs mihi viſum eſt, eum ad prolixas potiùs, longèq; petitas Scribarum interpretationes, quàm ad eorundem correctiones biblicas reſpexiſſe.

dedignatus eſt fons ille bonitatis, è bono Patre emanans, ſervos ſuos nominis hujus ſui participes facere; ſed ad diſcipulos ſuos inquit, *Vos eſtis lux*
Mat. 5. 15. *mundi*; *& luceant opera veſtra coram hominibus*. Sed quod ad ea, quæ diximus, confirmanda adduci poteſt, id, juvante Deo, rurſus proferamus. Joanni Baptiſtæ impoſitum fuit lucernæ nomen, juxta id, quod in Pſalmis de eo antea pronuntiatum, & Chriſti deinceps teſtimonio comprobatum fuit. Propheta enim, Patris perſonam ſuſtinens, de ipſo inter canendum
Pſ. 131. 17. ait, *Paravi lucernam Chriſto meo*. hoc eſt, lucis miniſtrum, & præcurſorem. At Dominus paternæ voci robur addens, *Ille*,
Jo. 5. 34. inquit, *lucerna erat ardens*. Sed quantumvis lucerna ſolummodo eſſet, tantùm abfuit, ut in Domini adventu, qui ſol erat juſtitiæ, obſcuraretur, ut clariori potiùs lumine refulſerit, ipſius Salvatoris, ejuſdemque divinitatis præco ſimul, ac teſtis effectus. Joannes igitur propterea quod unam ſolam Iſraëlis domum illuminavit, [1] lucernæ nomen accepit. At noſtri Salvatoris Apoſtoli, non lucerna, non lampades, nec ſidera; ſed luminaria nuncupati fuere, utpote qui non in unâ regione, nec in uno terrarum angulo fulſere,

δοῦναι τῆς ἑαυτοῦ προσηγορίας· ἀλλά φησι πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, ὑμεῖς ἐστὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου, καὶ λαμψάτω τὰ ἔργα ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. ὃ δὲ μεῖζον παραγαγεῖν ἔχομεν εἰς ὑπόμνησιν τῶν εἰρημένων, τοῦτο, χάριτι Θεοῦ, πάλιν ἐκθησόμεθα. Ιωάννης Βαπτιστὴς, λύχνος ὀνομασθεὶς, καὶ ἐν τοῖς ψαλμοῖς προαναπεφωνημένος, καὶ ὑπὸ Κυρίου μεμαρτυρημένος. ὁ μὲν γὰρ Προφήτης, ἐκ προσώπου τοῦ Πατρὸς, φησὶ περὶ αὐτοῦ διὰ τῆς ὑμνῳδίας, ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου, τουτέστιν, ὑπηρέτην, καὶ πρόδρομον ἡτοίμασα τοῦ φωτός· ὁ δὲ Κύριος τὴν πατρικὴν βεβαιῶν φωνὴν, ἐκεῖνος ἦν, φησὶν, ὁ λύχνος ὁ καιόμενος. ἀλλ' ὅμως ὁ λύχνος ὢν, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ ἀμαυρωθῆναι τῇ τοῦ Κυρίου παρουσίᾳ, ὃς ἦν ἥλιος δικαιοσύνης, ὥστε καὶ μᾶλλον διέλαμψε, κῆρυξ ὁμοῦ, καὶ θεολόγος αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ὁ βαπτιστὴς γενόμενος. Ιωάννης μὲν οὖν διὰ τὸ ἕνα μόνον φωτίζειν οἶκον τὸν τοῦ Ισραὴλ, [1] λύχνος ὠνομάσθη· οἱ δὲ τοῦ Σωτῆρος Απόστολοι, οὐ λύχνος, οὐδὲ λαμπάδες, οὐδὲ ἀστέρες, ἀλλὰ φωστῆρες ἀνηγορεύθησαν, οὐκ ἐν ἑνὶ κλίματι, οὐδὲ μιᾷ γωνίᾳ λάμποντες, ἀλλ' ἅπασαν τὴν

1 Vox, λύχνος in Vaticano codice deerat; ſed nos eam, ſenſu palàm poſcente, ſupplevimus.

τὴν ὑπὸ οὐρανὸν καταυγάζοντες. ἔξαρχοι δὲ τούτων καὶ κορυφαῖοι ὁ Πέτρος, καὶ ὁ Ἰάκωβος, καὶ ὁ Ἰωάννης, οἱ σήμερον ταῖς ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίαις σεμνυνόμενοι, συμφώνως μὲν πρὸς τὸ τέλος τοῦ βίου δραμόντες· διαφόροις δὲ τοῦ μαρτυρίου τρόποις ἐναθλήσαντες. ὁ μὲν γὰρ πρωτοστάτης καὶ κορυφαῖος τῆς ἀποστολικῆς χορείας ἀναδειχθεὶς, οἰκείαν τῷ ἀξιώματι τὴν δόξαν ἀπηνέγκατο, τῇ τοῦ Σωτῆρος ὁμοιοπαθείᾳ τετιμημένος· [1] ὁ σταυρῷ γὰρ προσηλωθεὶς, τὴν δεσποτικὴν εἰκόνα τοῦ βασιλέως ἐξετύπωσεν. εἰκόνα δὲ λέγω βασιλικὴν τὸν σταυρὸν, οὐκ αἰσχυνόμενος ἐπὶ τῷ πάθει, ἀλλὰ σεμνυνόμενος ἐπὶ τῷ μεγάλῳ τροπαίῳ. μήτε γὰρ αὐτοῖς, μήτε ἡμῖν, μήτε τοῖς μεθ' ἡμᾶς μήτε τινὶ ἑτέρῳ, τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καθὼς καὶ ὁ Παῦλός φησιν [2] ... οὕτω γὰρ καὶ Πέτρος φαίνεται διὰ τιμῆς ἔχων τὴν σεβάσμιον [3] .... ἠξίου γὰρ κατὰ κεφαλῆς κρεμασθῆναι ὑπὸ τῶν σταυρούντων διὰ πολλὴν εὐλάβειαν, ἵνα μὴ ἴσος εἴη τῷ Σωτῆρι δόξῃ, τῷ ὑπὲρ πάσης τῆς ἀνθρωπότητος σταυρωθέντι, καὶ πλατείαις, ὥσπερ ταῖς διὰ τοῦ σταυροῦ, χερσὶ τὴν οἰκουμένην περιβαλόντι. Ἰάκωβος δὲ

τὴν

fulſere, ſed quidquid ſub cælo eſt illuminarunt. Horum verò duces ac principes ſunt Petrus, Jacobus, & Joannes, ob toleratum pro Chriſti fide martyrium hodiernæ feſtivitatis honorem conſequuti, qui uno quidem eodemque propoſito ad mortem properarunt, diverſo autem martyrii genere decertarunt. Nam ille, quem Dominus Apoſtolici chori Principem, & Coryphæum deſignavit, convenientem dignitati ſuę gloriam obtinuit, martyrii genere, dominicæ paſſioni haud abſimili, decoratus, quippe qui Cruci ſuffixus regiam Domini noſtri imaginem expreſſit. Regiam autem imaginem Crucem voco, non quòd paſſionem erubeſcam, ſed quia de magno, quod ab ipsâ pependit, trophæo potiùs glorier: nam nec ipſis, nec nobis, nec poſteris noſtris, nec alii cuipiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, quemadmodum Paulus ait [2] ... ita enim & Petrū in honore habuiſſe apparet venerandam [3] ...... ſiquidem propter ſummam venerationem rogavit, ut à crucifigentibus inverſo capite ſuſpenderetur in Cruce, ne Salvatori pro univerſo hominum genere crucifixo, & expanſis, ut erat in Cruce, manibus totum terrarum orbem complectenti.

ctenti

1 Fortaſsè legendum, τῷ σταυρῷ.
2 Hic lacuna eſt in codice Vaticano. Fortaſſe deeſt, δόξα συνέβη, *Gloria contigit*, vel quid ſimile.

3 Et hic in Vaticano codice lacuna eſt, quæ fortaſſe impleri poſſet his verbis, τὴν σεβάσμιον ἐκείνην σταύρωσιν, *Venerandum illud crucifixionis genus*.

ctenti æqualis eſſe videretur. Jacobus verò capite truncatus fuit, Chriſto, qui verè caput ejus erat, potiendi cupidus. Caput enim viri Chriſtus ſecundùm Apoſtolum, atque itidem totius Eccleſiæ caput. Beatus denique Joannes multa atque diverſa per totam vitam certans certamina, & in omnibus pietatis officiis emicans, [1] ferventi quidem in aquâ hunc finem ... judicatus, in Martyrum choris annumeratur; apud æquos enim rerum æſtimatores non ex paſſionis eventu, ſed ex deſiderio liberè eligentis voluntatis de martyrio exiſtimatur. Et quidem hujuſmodi fuit illorum mortis genus, qui per mortem apud Eccleſias quoque immortalem ſui memoriam reliquerunt. Enimverò maximè decebat uno eodemq; tempore iſtorum Virorum memoriam celebrari, non eâ tantùm de causâ, quòd in profitendâ pietate unà & mente, & voce conſenſerint, verum etiam quòd æquali in honore à Chriſto habiti fuerint. Hi etenim ſoli unà cum Chriſto ubique verſati ſunt, ac præterea tum agendi, loquendique libertatem,

I. Cor. 11. 3.
Eph. 5. 23.

τὴν κεφαλὴν ἀπετέμνετο, τὴν ὄντως αὐτοῦ κεφαλὴν, τὸν Χριστὸν, ἀπολαβεῖν ἐπειγόμενος· κεφαλὴ γὰρ ἀνδρὸς ὁ Χριστὸς κατὰ τὸν Απόστολον, καὶ πάσης ὁμοῦ κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας. ὁ δὲ μακάριος Ιωάννης ἐν πολλοῖς, καὶ διαφόροις κατὰ τὸν βίον ἀθλήσας ἀγῶσι, καὶ ἐν πᾶσι διαπρέψας τοῖς κατορθώμασι τῆς εὐσεβείας, [1] κενὸν μὲν εἰς ὕδωρ τοῦτο πέρας ..... κεκριμένος, τῷ χορῷ τῶν μαρτύρων συνηρίθμηται. [2] (παρὰ γὰρ δικάζουσιν [3] οὐκ ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως τοῦ πάθους, ἀλλὰ παρ' αἱρέσεως τοῦ πόθου κρίνεται τὸ μαρτύριον.) ἀλλ' ὁ μὲν τοῦ θανάτου τρόπος τοιοῦτος ἦν, τοῖς διὰ θανάτου τὴν ἀθάνατον μνήμην καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις χαρισαμένοις. ἔπρεπε δὲ ὡς ἀληθῶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ τῶν προειρημένων ἀνδρῶν τὰς μνήμας ἐπιτελεῖσθαι, οὐ μόνον διὰ τὸ σύμφωνον τῆς εὐσεβείας, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ὁμότιμον τῆς ἀξίας. οὗτοι γὰρ μόνοι τῷ Κυρίῳ πάντοτε συσχολάζοντες, καὶ ἐξαίρετον ὥσπερ παρὰ τοὺς λοιποὺς

[1] Et ſi nullum Scriptorem legerim, qui Joannem Apoſtolum in ferventis aquæ dolium immiſſum fuiſſe narraverit; nihilominus id apertè, ni fallor, colligitur ex corrupto iſto Vaticani codicis loco, qui commodiorem nullum ſenſum recipere poſſe videtur, & fortaſſe ita reſtituendus eſt, ut legamus, ζεόμενον, vel κ δόμενον εἰς ὕδωρ τοῦτο πέρας βίῳ ἔχειν, vel λαβὼν κεκριμένος, hoc eſt, *Et ferventi in aquâ, ut mortalem hanc vitam terminaret, tyranni decreto juſſus, in Martyrum choris annumeratur*. Sed de hac conjecturâ noſtrâ Eruditorum judicium eſto.

[2] Quæ circulis comprehenduntur, deſunt in poſteriori hujus orationis editione, quam unus idemque Vaticanus codex exhibet.

[3] Ita corrigendum cenſeo Vaticanum codicem, in quo, manifeſto librarii errore, perperam ſcribitur, ὐκ ἀπτίου ἐκβάσεως.

λοιποὺς τῶν Ἀποστόλων χώραν ἔχοντες, καὶ παρρησίαν, οὐ κατὰ τὴν τῆς ἀνθρωπίνης φιλίας πρόσληψιν, ἀλλὰ κατὰ θεϊκὴν ἀληθείας ἐπίκρισιν. ἔστι γοῦν εὑρεῖν ἐν τοῖς μεγίστοις τῶν θαυμάτων μόνους αὐτοὺς παρὰ τοῦ Κυρίου παραληφθέντας, ὡς πιστοτάτους, καὶ ἀληθεστάτους τῶν γιγνομένων μάρτυρας. τοῦτο μὲν ἐπὶ τῆς ἐν τῷ ὄρει θεωρείας· μόνος γὰρ ἦν ἐκεῖ Πέτρος, καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, ὅτε τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ μεταμορφώσας ὁ Κύριος, εἰς ἔνδοξον, καὶ λαμπροτέραν θεότητα μετέβαλε, Μωϋσέα, καὶ Ἠλίαν [1] ἐν ἑαυτῷ παραστησάμενος, καὶ τῇ νεφέλῃ τοῦ φωτὸς ἐπισκιάσας, τὴν μεγάλην ἐκείνην εἰκόνα τῆς βασιλείας ὑπέδειξε. τοῦτο δὲ ἐπὶ τῆς Ἰαείρου θυγατρὸς, ἣν θανοῦσαν διήγειρε· καὶ γὰρ ἐκεῖ τούτους εἶχεν ἐπόπτας τῆς γενομένης θαυματουργίας. ἔτι γε μὴν, ἵνα μὴ τὰ καθ' ἕκαστον λέγων διατρίβω, καὶ κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τοῦ σωτηρίου πάθους τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας παραλαβὼν, ἐθάρρησεν εἰπεῖν, ὡς πιστοῖς ἀνδράσι, καὶ βεβαιοτάτοις, νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται. ταῦτα δὲ ἡμῖν εἴρηται οὐκ εἰς καθαίρεσιν τῶν λοιπῶν Ἀποστόλων, ἀλλ' εἰς μαρτύριον τῆς τῶν μνημονευομένων ἀρετῆς· εἰ δὲ δεῖ φιλαλήθως εἰπεῖν, καὶ εἰς κοινὸν τῶν Ἀποστόλων ἐγκώμιον· τὸ γὰρ ὑπεροχὰς καὶ ἐπιβάσεις ἐν τοῖς ἁγίοις

tatem, tum eminentiorem quodammodo præ cæteris Apoſtolis locum obtinuere, non humanæ amicitiæ ratione, ſed divino judicio ad id dignitatis evecti. Ipſos itaque ſolos à Domino, dum præcipua miracula patravit, tanquam fideliſſimos, & veraciſſimos geſtorum teſtes ſecum aſſumptos fuiſſe comperimus. Hoc ſanè factum fuit in
viſione montis. Soli enim ibi *Mat. 17. 1.*
Petrus, Jacobus, & Joannes aderant, cùm corpus ſuum transformans Dominus, in glorioſam, ac ſplendidiorem divinitatem transſmutavit, & Moſe, atque Eliâ ſibi adſtantibus, luciſque nebulâ obumbrante, eximiam illam æterni regni imaginem oſtendit. Hoc etiam factum
eſt, dum Jairi filiam à mortuis *Mar. 5. 37.*
ſuſcitavit; tunc enim hos tantùm miraculi illius ſpectatores habuit. Quin & ſub ipſum paſſionis tempus, ne in ſingulis quibuſque narrandis diutiùs morer, eoſdem viros ſecum aſſumpſit, eiſque tanquam fidelibus, conſtantiſſimiſque diſcipulis non eſt veritus dicere, Nunc anima mea turbata eſt.
Hæc autem à nobis dicta ſunt, *Mat. 26. 37.*
non ut cæteris Apoſtolis detrahamus, ſed in eorum virtutis teſtimonium, quorum hodie memoriam celebramus; & ut veriùs dieam in communem quoque Apoſtolorum omnium laudem: nam de Sanctorum

1 Alia hujus orationis editio, quæ in fine Vaticani codicis extat, habet ἐν αὐτῷ.

de Sanctorum excellentiâ, deque eorum ſanctimoniæ gradibus quidpiam ſtatuere, humanæ cognitionis non eſt, ſed judicii divini: nos autem qui digni facti ſumus, ut tot tantorumq; Virorum memoriæ communicemus, gratias ipſis agere neceſſe eſt, non quantas debemus, hoc enim fieri nequit; ſed quantas poſſumus; nam & hoc acceptum eſt. Siquidem Sancti hos à nobis honores expoſcunt, non ut quid commodi noſtris è laudibus ſibi accedat; ſed ut nos ex hac communione beneficiis proſequantur. Porrò neminē pium ignorare arbitror, nos hac die non ſolùm Petri, Jacobi, & Joannis; ſed & omnium ſimul Apoſtolorū memoriam celebrare. Si enim quòd ad dogmatum veritatē attinet, membrorū inſtar diſpoſiti, unius corporis formam exprimunt, &
1. Cor. 12.26. ſi unum *membrum gloriatur, ut ait Apoſtolus, omnia ſimul membra gloriantur, id utiq; in beatis quoq; illis, atq; ſanctiſſimis Viris præcipuè locum habet, in quibus cuncta cum veritate concor-

ἁγίοις ὁρίζεσθαι, οὐκ ἀνθρωπίνης ἂν εἴη δοκιμασίας, ἀλλ᾽ ἐπικρίσεως καὶ ἀληθείας Θεοῦ. ἡμᾶς δὲ μνήμης τοιούτων καὶ τηλικούτων ἀνδρῶν κοινωνεῖν ἀξιωθέντας, εὐχαριστεῖν ἀναγκαῖον, οὐχ ὅσον ὀφείλομεν, τοῦτο γὰρ ἀδύνατον· ἀλλ᾽ ὅσον ἰσχύομεν, τοῦτο γὰρ εὐαπόδεκτον. ἀπαιτοῦσι δὲ ταύτας οἱ ἅγιοι παρ᾽ ἡμῶν τὰς τιμάς, οὐχ ἵνα τι κερδάνωσιν εὐφημούμενοι, ἀλλ᾽ ἵνα ἡμεῖς κοινωνήσωμεν εὐεργετούμενοι. ἐκεῖνο δὲ πάλιν οὐδένα τῶν εὐσεβῶν ἀγνοεῖν οἴομαι, ὡς οὐ μόνον Πέτρου, καὶ Ἰακώβου, καὶ Ἰωάννου, ἀλλὰ καὶ πάσης ὁμοῦ τῆς ἀποστολικῆς ἁρμονίας τὰς μνείας ἐπιτελοῦμεν. εἰ γὰρ κατὰ τὴν τῶν δογμάτων ἀλήθειαν, μελῶν τάξιν ἐπέχοντες, ἑνὸς σώματος ἀποπληροῦσι σχῆμα, δηλονότι δοξαζομένου * μου μέρους ἑνός, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος, συνδοξάζεται πάντα τὰ μέλη, καὶ μάλιστα ἐπ᾽ ἐκείνων τῶν μακαρίων, καὶ τελειοτάτων ἀνδρῶν, οἷς πάντα συμφωνεῖ πρὸς ἀλήθειαν, καὶ ὁ τρόπος ὁμόγνωμος, καὶ ἡ πίστις ὁμόδοξος, καὶ ὡς κοινὰ τὰ τῆς εὐσεβείας πλεονεκτήματα τούτων, κοινὰ καὶ τὰ παρὰ τῆς ἀληθείας σεμνολογήματα. τίς δὲ οὐκ ἂν εὐλόγως ἡσθείη, καὶ αὐτοῦ τοῦ ἁγίου πνεύματος πληρωθείη, ἀ-

ποστολικῷ

dant, morum, nempe, ſimilitudo, & in unâ eâdemque fide mira conſenſio; & quemadmodum communia ſunt eorum egregia pro pietate geſta, ita & communes ſunt, qui ipſis ob veræ fidei prædicationem impertiuntur honores. Ecquis lætitia non meritò perfundetur & Spiritûs ſancti gaudio plenus non exultabit, dum ſe di-

gnatum

* Delendum hic videtur pronomen μου.

ποστολικῷ χορῷ κοινωνεῖν ἠξιωμένος, τῷ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ὁδηγήσαντι, τῷ καὶ πάσης τῆς οἰκουμένης ἁπλώσαντι τὰ τῆς εὐσεβείας δίκτυα, καὶ πανταχοῦ πήξαντι τὰ τῆς ἀληθείας θήρατρα, ἵνα συλλαβόμενοι πᾶσαν ὁμοῦ τὴν ἀνθρωπότητα, τὴν ὑπὸ τῆς κακίας ἠγριωμένην προσαγάγωσι τῷ ἐξημεροῦντι, καὶ σώζοντι. εἰς πᾶσαν γοῦν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, οἱ θεμέλιοι τῆς Ἐκκλησίας, οἱ στῦλοι καὶ ἑδραιώματα τῆς ἀληθείας· οὗτοί εἰσιν αἱ ἀέναοι πηγαὶ τοῦ σωτηρίου, αἱ πολὺ, καὶ πλούσιον, καὶ θεοειδὲς νᾶμα τὸ τῆς διδασκαλίας προχέουσιν. ἐπὶ τούτους ἡμᾶς καὶ ἡ προφητικὴ παραπέμπει φωνὴ, λέγουσα, ἀντλήσατε ὕδωρ μετ᾽ εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου. μνημονεύεται Πέτρος ἡ κεφαλὴ τῶν Ἀποστόλων, καὶ συνδοξάζεται μὲν αὐτῷ τὰ λοιπὰ μέλη τῆς Ἐκκλησίας, ἐπιστηρίζεται δὲ ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ· οὗτος γάρ ἐστι κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ παρὰ τοῦ Κυρίου δωρεὰν ἡ ἀρραγὴς, καὶ ὀχυρωτάτη πέτρα, ἐφ᾽ ἣν τὴν Ἐκκλησίαν ὁ Σωτὴρ ᾠκοδόμησε. μνημονεύεται πάλιν Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, καὶ ὡς υἱοὶ βροντῆς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος προσαγορευόμενοι, πάσας ἑαυτοῖς τὰς ὀμβροτόκους νεφέλας συνεπιφέρονται· ῥηγνυμένης γὰρ τῆς βροντῆς, ἀνάγκη καὶ τὰς νεφέλας συναθροίζεσθαι. νεφέλας μὲν οὖν τοὺς ἀποστολικοὺς, καὶ προφητικοὺς λόγους ὑποληπτέον

gnatum cogitat Apoſtolorum choro communicare, qui orbem totum ad veritatis cognitionem perduxere, qui per totum terrarum orbem pietatis retia explicarunt, & ubicunque locorum veritatis fixere venabula, ut omne ſimul humanum genus malitiâ efferatum, ad eum, qui manſuefacit illud, atque ſalvat, adducerent. *In omnem* itaque *terram exivit ſonus eorum*. Hi Pſ. 18. 5.
ſunt Eccleſiæ fundamenta, & veritatis columnæ atque fulmenta. Hi ſunt perennes ſalutis fontes, è quibus abundantiſſimi divinæ doctrinæ latices profluunt. Ad hoſce nos ire jubet Propheta, cùm inquit, *Haurietis aquam cum gaudio de fontibus Salvatoris*. Eſa. 12. 3.
Celebratur Petri memoria, qui Apoſtolorum eſt caput, & unà quidem cum ipſo cætera Eccleſiæ membra glorificantur; Dei verò Eccleſia in ipſo ſolidatur. Hic enim, juxta prærogativam ſibi à Domino conceſſam, firma & ſolidiſſima petra eſt, ſuper quam Salvator Eccleſiam ædificavit. Memoria denique celebratur Jacobi, & Joannis, & ut filii tonitrui, quemadmodum eos Dominus appellavit, omnes ſecum imbriferas nubes trahunt; tonitru enim aërem rumpente, neceſſe eſt nubes congregari. Nubes itaque apoſtolicos, & pro-

pheticos

pheticos ſermones ſignificare cenſendum eſt, quorum etſi preconii diverſa ſunt tempora, concordes tamen, ac planè ſimiles pietatis ſunt leges, cùm ex uno eodemque ſpiritu ipſis chariſmata promanarint. Sed quid opus nobis eſt ea, quæ explicari nequeunt, audacter proſequi; atque eniti, ut dignam apoſtolicâ virtute commemorationem faciamus? Non ad Simonem piſcatione notum noſtrarum laudum ſtudia pertinent; ſed ad firmam ejuſdem fidem, & totius ſimul Eccleſiæ firmamentum. Nec rurſus Zebedæi filios alloquimur; ſed Boanerges, quod interpretatum ſonat, tonitrui filios. Qualem nam exilis noſter ſermo ſonum edet, dum tale tantumque tonitru omnium aures circumſonat? Quapropter quantumvis noſtrũ erga Sanctos ſtudium, ac bonam noſtram erga illos voluntatem explere, eâ ſaltem ratione magnopere cuperemus, ad ſilentium tamen periculi expers confugimus, quippe, qui optimè novimus, nos tum demum dignos fore, qui Sanctorum memoriæ communicemus, ſi eorum virtutes imitemur, atque æmulemur, non ipſorum geſta ſermonibus celebrantes; ſed eorum mores ita animo complectentes, ut eos elabi nunquam, ac excidere patiamur. Nos enim veros eorum diſci-

πλέον, ὧν εἰ καὶ διάφοροι τοῦ κηρύγματος οἱ χρόνοι, ἀλλὰ σύμφωνοι τῆς εὐσεβείας οἱ νόμοι· ἐξ ἑνὸς γὰρ αὐτοῖς καὶ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος ὥρμηται τὰ χαρίσματα. ἀλλὰ τί τοῖς ἀδυνάτοις ἐπεξιέναι τολμᾶν, καὶ τῆς ἀποστολικῆς ἀρετῆς ἐπαξίως πειρᾶσθαι μνημονεύειν, οὐ πρὸς Σίμωνα ἡμῖν, τὸν ἀπὸ τῆς ἁλιείας γνωριζόμενον, ἡ τῶν ἐπαίνων φιλοτιμία. ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐκείνου πίστιν τὴν στερεὰν, καὶ πάσης ὁμοῦ τῆς Ἐκκλησίας τὸ στήριγμα. οὐδὲ πάλιν πρὸς τοὺς υἱοὺς Ζεβεδαίου τὸν λόγον ἔχομεν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς Βοανεργὲς, τοὺς ἑρμηνευομένους υἱοὺς βροντῆς. ποῦ νῦν φανήσεται ἡ βραχυτάτη τοῦ λόγου φωνὴ, τοσαύτης καὶ τηλικαύτης βροντῆς τὰς πάντων ἀκοὰς περιηχούσης; οὐκοῦν αὐτὸ τοῦτο μόνον τὴν πρὸς τοὺς ἁγίους εὐγνωμοσύνην ἀποπληρῶσαι σπεύσαντες, ἐπὶ τὴν ἀκίνδυνον σιωπὴν καταφεύγομεν, ἐκεῖνο καλῶς εἰδότες, [1] ὡς ἐνὶ τούτῳ ταῖς μνείαις τῶν ἁγίων κοινωνεῖν ἀξιούμεθα ἐν τῷ τὰς ἐκείνων ἀρετὰς μιμεῖσθαι, καὶ ζηλοῦν, οὐκ ἐν τῷ λόγῳ περιφέροντες αὐτῶν τὸν βίον· ἀλλ᾽ ἐν τῇ γνώμῃ διασώζοντες αὐτῶν τὸν τρόπον. ἀποδείξει γὰρ ἡμᾶς ἐκείνων γνησίους μαθητὰς, ἡ συνήθεια μετὰ ἀλογίας,

[1] In alia hujus orationis editione, quæ habetur in fine Vaticani codicis legitur, ὡς ἐπὶ τύπῳ.

λογίας, ἀλλ᾽ εὐσέβεια μετὰ ἀληθείας, καὶ ὁ βίος ὁμόδοξος, καὶ ὁ τρόπος ὁμόζηλος. τιμᾷς Μαρτύρων τὴν μνήμην, τίμησαι καὶ τὴν γνώμην· κοινωνία γὰρ τῆς μνήμης ἡ συμφωνία τῆς γνώμης. μὴ γὰρ ἐκείνοις μόνοις ἐπέλαμψεν ὁ φωτισμὸς τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ. μὴ γὰρ ἐκείνοις μόνοις ἡ χάρις ἐξεπεστάλη. αἱ ἐντολαὶ κοιναὶ, ὁ τρόπος κοινὸς, εἷς ὁ τῶν πόνων ἀγωνοθέτης, ἓν τὸ βραβεῖον τῆς ἀληθείας, οὗ γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι, εὐχαῖς, καὶ πρεσβείαις τῶν μνημονευθέντων ἁγίων, χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΤΟΥ

rum diſcipulos eſſe non feſta inconſideratè, & pro conſuetudine celebrata; ſed religioſa pietas, eademque vivendi ratio, & morum ſimilitudo demonſtrabit. Veneraris Martyrum memorias, eorundem quoque propoſitum venerare: tunc namque Sanctorum memoriis verè communicamus, cùm eorum vitæ inſtituta ſectamur. Non enim illis ſolis illuminatio ſcientiæ claritatis Evangelii Jeſu Chriſti refulſit, non illis tantummodo gratiam largitus eſt Deus: præcepta communia ſunt, communis quoque lex morum; unus eſt, qui certantibus laborum præmia diſtribuit, unum veritatis præmium, cujus faxit Deus, ut nos omnes digni efficiamur, precibus & interceſſionibus Sanctorum, quorum memoriam celebramus, & gratiâ Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui gloria & potentia in ſecula ſeculorum Amen. *1. Cor. 4. 6.*

SANCTI

SANCTI PATRIS NOSTRI
GREGORII EPISCOPI NYSSENI.

Sermo [1] de Spiritu Sancto, ſive in Pentecoſtem.

QUodlibet feſtivæ celebritatis argumentum per ſe ipſe illuſtrius efficit David, dum ſuaviſſimam illam citharam ad id, quod uſui eſt, aptè ſemper accommodat. Quapropter ſapientiæ fidibus Spiritûs plectro pulſatis, cantum edens, idem nobis Propheta magnam quoque Pentecoſtes celebritatem illuſtret. Dicat proinde ex divinâ illâ modulatione ſuâ pſalmum illum hodierno Dei beneficio congruum: *Venite exultemus Domino.* Primùm autem noſſe oportet quodnam ſit hoc Dei beneficiũ, deinde orationis argumento aptanda ſunt verba prophetiæ; perque vos mihi liceat, quæ ad hæc pertinent, aliquo ordine pro viribus explicare. Initio aberraverant homines à cognitione Dei, relictoque rerum omnium Domino, alii Mundi colebant elementa, alii

Pſ. 94.

dæmo-

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ

Λόγος [1] εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα.

ΠΑσαν ἑορτῆς ὑπόθεσιν φαιδροτέραν ὁ Δαβὶδ δι᾽ ἑαυτοῦ ἀπεργάζεται, τὴν πολυαρμόνιον ἐκείνην κιθάραν, προσφόρως ἀεὶ τῇ χρείᾳ μεθαρμοζόμενος· οὐκοῦν καὶ τὴν μεγάλην τῆς πεντηκοστῆς ἑορτὴν φαιδρυνέτω ἡμῖν ὁ αὐτὸς προφήτης, τῷ πλήκτρῳ τοῦ πνεύματος ἐν ταῖς χορδαῖς τῆς σοφίας, τὸ μέλος ἀνακρουόμενος· εἰπάτω τοίνυν ἐκ τῆς ἐνθέου μελῳδίας ἐκείνης, τὸ τῇ παρούσῃ χάριτι [2] πρόσφορον, ὅτι δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ. πρότερον χρὴ γνῶναι τὴν χάριν, ἥτις ἐστὶν, εἶθ᾽ οὕτως τὸ κατάλληλον ἐκ τῆς προφητείας ἐφαρμόσαι τῇ ὑποθέσει φωνὴν, καί μοι δότε, καθὼς ἂν ᾖ δυνατὸν, διά τινος ἀκολούθου τάξεως διασαφῆσαι τὸν περὶ τούτων λόγον. πεπλάνητο κατ᾽ ἀρχὰς τὸ ἀνθρώπινον, πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ κατανόησιν, καὶ καταλιπόντες τὸν τῆς κτίσεως κύριον, οἱ μὲν τοῖς τοῦ

κόσμου

1 Edita eſt hæc oratio latinè tantùm ex verſione Franciſci Zini; cùm autem græcè haberetur in tribus perantiquis Vaticanæ Bibliothecæ codicibus ſignatis num. 564. 1433. & 1907. in quibus omnia ferè Gregorii Nyſſeni opera continentur, opportunum nobis viſum eſt, eam quoque græcè edere ex codice 1433. ad alios codices collato, additâ inſuper verſione noſtrâ, ut meliùs Eruditi dignoſcere poſſint, an genuinus ſit Nyſſeni fœtus.

2 Alius codex, πρόσφορα.

κόσμου στοιχείοις [1] δι' ἀπάτην ὑπέκειτο, ἄλλοι δὲ τὴν τῶν δαιμόνων φύσιν ἐποιοῦντο σεβάσμιον, πολλοῖς δὲ τὸ θεῖον ἐδόκει καὶ ἡ χειροποίητος τῶν εἰδώλων μορφὴ, οἷς βωμοί τε, καὶ ναοὶ, καὶ τελεταὶ, καὶ θυσίαι, καὶ τεμένη, καὶ ἀφιδρύματα, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα παρ' αὐτῶν ἀνετίθετο εἰς θεραπείαν τῶν ψευδωνύμων θεῶν. εἶδε τοίνυν τῷ τῆς φιλανθρωπίας ὀφθαλμῷ τὴν τῆς φύσεως τῶν ἀνθρώπων διαφθορὰν ὁ δεσπότης τῆς φύσεως, καὶ διά τινος ἀκολουθίας ἀπὸ τῆς πλάνης ἐπανάγει τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν. ὥσπερ γὰρ οἱ τοὺς ἐν λιμῷ χρονίῳ συντετηκότας μετά τινος ἰατρικῆς ἐπιστήμης ἀναλαμβάνοντες, οὐκ ἀθρόως ἐπὶ τὸν κόρον [2] προσάγουσι, φειδοῖ τῆς ἀσθενείας αὐτῶν· ἀλλὰ διὰ τῆς συμμέτρου τροφῆς ἀναληφθείσης αὐτοῖς τῆς δυνάμεως, τότε συγχωροῦσι κατ' ἐξουσίαν ἐμφορεῖσθαι τοῦ κόρου. κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τῷ φοβερῷ λιμῷ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως δαπανηθείσης, τεταμιευμένη γίνεται αὐτοῖς παρὰ τῆς οἰκονομίας ἡ τῆς τῶν μυστηρίων τροφῆς μετουσία; ὥστε διά τινος ἀκολούθου τάξεως ἀεὶ τὸ τέλειον προσλαμβάνοντας, οὕτως ἐπὶ τὸ πέρας φθάσαι τῆς τελειότητος· τὸ μὲν γὰρ σῶζον ἡμᾶς ἡ ζωοποιός ἐστι δύναμις, ἐν ὀνόματι πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος πιστευομένη· οἱ δὲ τοῦ παντὸς ἀχώρητοι διὰ τὴν γεγυμνωμένην

dæmones venerandos cenſebant, pleriſque verò manufactæ etiam ſimulacrorum imagines numina eſſe videbantur, quibus colendis aras, & templa, & ſacra, & victimas, & fana, & delubra, aliaque id genus dedicaverant. Benignis igitur oculis naturæ Dominus corruptam hominum naturam reſpexit, & humanam vitam ab errore ad veritatis cognitionem quibuſdam quaſi gradibus revocavit. Quemadmodum enim qui diuturnâ fame confectos ex medicæ facultatis præſcripto reficiunt, eorundem imbecillitati proſpicientes, haud illico eis ad ſatietatem cibos ſuppeditant; ſed poſteaquam victu moderato vices recuperarunt, tum demum ipſis ad arbitrium ſeſe explendi, poteſtatem faciunt: ſic etiam cum horrendâ veluti fame humanum genus abſumptum eſſet, myſteriorum eſcam divina illis providentia hac ratione diſpenſavit, ut in dies paulatim, atque ordine proficientes, ad perfectionis tandem apicem pervenirent. Quod enim nobis ſalutem impertit, vitalis eſt illa virtus, in quam in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti credimus. At cùm propter animarum imbecillita-

tem,

1 Alius codex, δι' ἀπάτης.

2 Alius codex, προσάγουσι.

tem, ex quadam veluti fame contractam, ad percipiendum myſterium illud homines nequaquam eſſent idonei, à multorum priùs Deorum cultu per Prophetas, & Legem ſic revocati ſunt, ut unam cernere divinitatem, & in unâ divinitate ſolam Patris potentiam agnoſcere aſſueſcerent, quippe qui ſolidiori, ut diximus, cibo non eſſent idonei. Deinde quos ad pleniorem divinitatis cognitionem lex præparaverat, iis revelatùs eſt per Evangelium unigenitus Filius: ac poſtremò datus eſt nobis perfectus naturæ noſtræ cibus, in quo vita eſt, Spiritus Sanctus. Hoc hodiernæ celebritatis eſt argumentum; quamobrem æquum eſt, ut cùm ad choros in S. Spiritûs feſtivitate celebrandos convenerimus, ſpiritualîs hujus chori principi Dvidi pareamus, dicenti, *Venite exultemus Domino*; Do-
2. Cor. 3. 17. minus autem, ut inquit Apoſtolus, Spiritus eſt. Hodie enim tranſactis, juxta annui orbis ſtata tempora, quinquaginta à Paſchatis feſtivitate diebus, hac ipsâ, tertiâ ſcilicet, diei horâ, donum illud hominibus largitus eſt Deus, quod omnem dicendi vim ſuperat. Rurſus enim homini admixtus eſt ille Spiritus, qui antea, propterea quòd ho-

mo

τὴν αὐτοῖς ἐκ τοῦ λιμοῦ τῶν ψυχῶν ἀσθένειαν, πρότερον ἐκ τῆς πολυθεΐας ὑπὸ τῶν προφητῶν τε, καὶ τοῦ νόμου μετατεθέντες, εἰς μίαν θεότητα βλέπειν ἐθίζοντο, καὶ ἐν τῇ μιᾷ θεότητι μόνην τὴν τοῦ πατρὸς δύναμιν κατανοοῦσιν, ἀχώρητοι, καθὼς εἶπον, ὄντες τῆς τελείας τροφῆς· εἶτα διὰ τοῦ εὐαγγελίου καὶ ὁ μονογενὴς [1] υἱὸς τοῖς διὰ τοῦ νόμου προτετελειωμένοις ἀποκαλύπτεται, μετὰ τοῦτο παραγίνεται ἡμῖν ἡ τελεία τῆς φύσεως ἡμῶν τροφὴ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν ᾧ ἐστὶν ἡ ζωή. αὕτη τῆς ἑορτῆς ἡ ὑπόθεσις· διὰ ταῦτα καλῶς ἔχει χορευτὰς ἡμᾶς γινομένους τοῦ πνεύματος πείθεσθαι τῷ κορυφαίῳ τῆς πνευματικῆς [2] ταύτης χοροστασίας Δαβὶδ τῷ λέγοντι, δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ· ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστι, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος· σήμερον γὰρ κατὰ τὴν ἐτήσιον τοῦ ἔτους περίοδον τῆς πεντηκοστῆς συμπληρουμένης, κατὰ τὴν ὥραν ταύτην, εἴγε περὶ τὴν τρίτην ὥραν τῆς ἡμέρας ἐσμὲν, ἐγένετο ἡ ἀνεκδιήγητος χάρις. κατεμίχθη γὰρ πάλιν τοῖς ἀνθρώποις τὸ πνεῦμα, [3] ὅπερ πρότερον διὰ τὸ γενέσθαι σάρκα τὸν ἄνθροπον τῆς φύσεως ἡμῶν ἀπεφοίτησε, καὶ διὰ τῆς

βιαίας

1 Zinus legit ὧδε, atque ita etiam alter Vatic. codex legit, in cujus tamen margine additur manu diversà.

2 Pronomen ταύτης non erat in Zini codice, nec extat in uno ex Vaticanis.

3 Alius codex, ὅ.

βιαίας ἐκείνης πνοῆς τῶν πνευματικῶν τῆς πονηρίας δυνάμεων, καὶ πάντων τῶν ῥυπαρῶν δαιμονίων ἀποσκεδασθέντων ἀπὸ τοῦ ἀέρος, ἐν τῇ καθόδῳ τοῦ πνεύματος, πλήρεις τῆς θείας δυνάμεως ἐν εἴδει πυρὸς, οἱ ἐν τῷ ὑπερώῳ καταληφθέντες, ἐγένοντο· οὐδὲ γάρ ἐστι δυνατὸν ἄλλως μέτοχον πνεύματος ἁγίου γενέσθαι τινὰ, μὴ τῷ ὑπερώῳ τῆς ζωῆς ταύτης ἐνδιαιτώμενον. ὅσοι γὰρ τὰ ἄνω φρονοῦσι, μεταθέντες ἑαυτῶν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν τὸ πολίτευμα, τοῦ ὑπερώου τῆς ὑψηλῆς πολιτείας ὄντες οἰκήτορες, ἐν μετουσίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος γίνονται· οὕτω γάρ φησιν ἡ ἱστορία τῶν πράξεων, ὅτι συνηγμένων αὐτῶν ἐν τῷ ὑπερώῳ, τὸ καθαρὸν ἐκεῖνο, καὶ ἄϋλον πῦρ, εἰς εἴδη γλωσσῶν, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν μαθητῶν διαχίζεται. ἐκεῖνοι μὲν οὖν πάρθοις, καὶ μήδοις, καὶ ἐλαμίταις, καὶ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι διελέγοντο, κατ᾽ ἐξουσίαν πρὸς πᾶσαν ἐθνικὴν γλῶσσαν τὰς ἑαυτῶν φωνὰς μεθαρμόζοντες· ἐγὼ δὲ, καθὼς φησιν ὁ ἀπόστολος, θέλω πέντε λόγους ἐν ἐκκλησίᾳ τῷ νοΐ μου λαλῆσαι, ἵνα καὶ ἄλλους ὠφελήσω, ἢ μυρίους λόγους ἐν γλώσσῃ. τότε μὲν χρήσιμον τὸ ὁμόφωνον γίνεσθαι τοῖς ἀλλογλώσσοις, ὡς ἂν μὴ ἀνενέργητον εἴη τὸ κήρυγμα τοῖς ἀγνοοῦσι, τῇ φωνῇ τῶν κηρυσσόντων ἐμποδιζόμενον· νῦν μέντοι τῆς

κῷ

mo eſſet caro, à naturâ noſtrâ receſſerat, & ſpiritualibus nequitiæ poteſtatibus per vehementem illum ſpiritum disjectis, cunctiſque fœdis dæmonibus ejuſdem adventu ex aëre expulſis, divinâ virtute, ſpeciem ignîs præ ſe ferente, repleti ſunt, qui in ſuperiore domûs parte degebant; neque enim fieri poteſt, ut quis S. Spiritûs particeps fiat, niſi in ſublimiori hujus vitæ inſtituto verſetur. Nam qui ea, quæ ſurſum ſunt, ſapiunt, & vitæ converſatione è terrâ in cælum tranſlatâ, in cœnaculo ſublimîs illius vitæ rationis habitant, hi ſancti Spiritûs participes fiunt. Congregatis enim in cœnaculo Diſcipulis, ut in Actuum Apoſtolorum hiſtoriâ narratur, ignis ille divinus omnîſque materiei expers, ad linguarum inſtar, pro eorundem Diſcipulorum numero, diviſus eſt. Illi ergo Parthos, Medos, & Elamitas, ac reliquas gentes alloquebantur, ad quarumlibet earum linguas, voces ſuas pro libitu accommodantes. *At ego*, ut inquit Apoſtolus, *malo, ſenſu meo quinque verba loqui in Eccleſiâ, ut aliis etiam proſim, quàm decem millia verborum in linguâ.* Verum tunc quidem multùm profuit, Apoſtolorum vocem aliarum gentium linguis aptari, ne præconum linguam ignorantibus Evangelii promulgatio incaſſum fieret; nunc autem quoniam unâ eâ- 1. Cor. 14. 19.

demque linguâ utimur, igneam debemus ſpiritûs linguā exquirere, quâ eos, qui per errorem in tenebris verſantur, illuminemus. Et hìc etiam nobis preeat David, ſociumq; ſibi adjungat Apoſtolū. In hoc enim pſalmo, cujus initiū nobis exultandi in Domino formā ſuppeditat, inquiens, *Venite exultemus Domino*, non ſolùm ad Spiritûs ſancti laudes celebrandas adducimur; ſed potiùs ex iis, quæ poſtea ſequuntur, de ejuſdem divinitate edocemur. Ipſa autem Prophetæ verba vobis proferā, quibus magnus itē Apoſtolus aſtipulatur, ſunt autem hęc, *Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundùm diem tentationis in deſerto, ubi tentaverunt me patres veſtri*. Horum quippe mentionem faciens Divinus Apoſtolus, ſic ait, *Qua propter ſi-*
Hebr. 3.7. *cut dicit Spiritus ſanctus*; atque ita præfatus, hęc Prophetæ verba ſtatim affert, Spiritûs ſancti perſonæ illa attribuens. Quis igitur eſt, quem patres ipſorum tentaverunt in deſerto? Quis eſt, quem irritaverunt? Diſce ab eodem Propheta dicente, *Ten-*
Pſal. 77.56. *taverunt Deum excelſum*. Atqui Apoſtolus cùm Spiritûs perſonæ mentionem injeciſſet, has eaſdem illi voces tribuit, in-
Hebr. 3.7. quiens, *Qua propter ſicut dicit Spiritus ſanctus: Secundùm diem tenta-*

καὶ τὴν γλῶσσαν ὁμοφωνίας οὔσης, ἐπιζητῆσαι χρὴ τὴν πυρίνην γλῶσσαν τοῦ πνεύματος εἰς φωτισμὸν τῶν δι' ἀπάτης ἐσκοτισμένων. οὐκοῦν καὶ πρὸς τοῦτο ἡμᾶς ὁδηγησάτω Δαβὶδ, συγχορεύοντα λαβὼν ἑαυτῷ τὸν ἀπόστολον. ἐν γὰρ τῇ ψαλμῳδίᾳ ταύτῃ, ἧς ἡ ἀρχὴ τὸ ἀγαλλίαμα ἡμῖν τὸ ἐπὶ τῷ κυρίῳ χαρίζεται, λέγουσα, Δεῦτε, ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ, οὐ διὰ τούτου πρὸς τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁδηγούμεθα δοξολογίαν· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐν τοῖς ὑπολοίποις τὰ περὶ τῆς θειότητος αὐτοῦ διδασκόμεθα. λέξω δὲ ὑμῖν αὐτὰ τοῦ προφήτου τὰ ῥήματα, οἷς συντίθεται καὶ ὁ μέγας ἀπόστολος, ἔχει δὲ ἡ ῥῆσις οὕτως, Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ καὶ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν. τούτων μεμνημένος ὁ θεῖος ἀπόστολος, οὕτω φησὶ, Διὸ καθὼς λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ τοῦτο εἰπὼν, ταύτας τοῦ προφήτου τὰς ῥήσεις ἐπήγαγεν, ἐφαρμόζων αὐτὰς τῷ προσώπῳ τοῦ πνεύματος. τίς οὖν ἐστὶν, ὃν ἐπείρασαν οἱ πατέρες αὐτῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ; τίς, ὃν παρώργισαν; μάθε παρ' αὐτοῦ τοῦ προφήτου, ὅς φησιν, ὅτι ἐπείρασαν τὸν θεὸν τὸν ὕψιστον· ἀλλὰ μὴν ὁ ἀπόστολος προτάξας τὸ πρόσωπον τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἐκείνῳ ταύτας τὰς φωνὰς ἀνατίθησι, λέγων, Διὸ καθὼς λέ-

λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν· οὐκοῦν ὃν ὕψιστον Θεὸν ὁ προφήτης κατωνόμασε, τοῦτον ὁ θεῖος ἀπόστολος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι λέγει· εἰ δὲ ἀπιστεῖς, πάλιν τὸ εἰρημένον ἐπίσκεψαι. Διὸ καθὼς λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μὴ σκληρυνῆτε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν· [1] εἰ οὖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγει, ὅτι ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ· ὁ δὲ προφήτης διαμαρτύρεται, ὅτι ὁ ἐν τῇ ἐρήμῳ πειρασθεὶς, ὕψιστός ἐστι Θεὸς, ἐνεφράγη τὰ στόματα τῶν πνευματομάχων, [2] τὰ λαλοῦντα κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν, σαφῶς τοῦ τε ἀποστόλου, καὶ τοῦ προφήτου διὰ τῶν εἰρημένων τὴν θεότητα κηρυξάντων τοῦ πνεύματος. τοῦ μὲν εἰπόντος, ὅτι ἐπείρασαν τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον, [3] καὶ ὡς παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῖς Ἰσραηλίταις προφέροντος τὴν ῥῆσιν ἐκείνην, ὅτι ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν· τοῦ δὲ μεγάλου Παύλου τῷ ἁγίῳ πνεύματι ταύτας τὰς φωνὰς ἐφαρμόσαντος· ὡς

tentationis in deſerto, ubi tentaverunt me patres veſtri. Quem igitur Deum excelſum nuncupavit Propheta, hunc divinus Apoſtolus ſanctum eſſe Spiritum aſſerit. Quod ſi autem verum id eſſe non credis, rurſum quæ dicta ſunt conſidera. *Quapropter ſicut dicit Spiritus ſanctus, Nolite obdurare corda veſtra ſicut in exacerbatione ſecundùm diem tentationis in deſerto, ubi tentaverunt me patres veſtri.* [1] Si ergo Spiritus ſanctus dicit, Tentaverunt me patres veſtri in deſerto; Propheta verò teſtatur, eum, qui tentatus eſt, excelſum eſſe Deum; obſtructa ergo ſunt illorum ora, qui Spiritum ſanctum temerè oppugnant, & loquuntur iniquitatem adversùs Deum, cùm perſpicuè tum Apoſtolus, tum Propheta, in iis quæ diximus, Spiritûs ſancti divinitatem prędicent. Propheta quidem dum ait, *Tentaverunt Deum excelſum*, & tanquam [3] Dei perſonam indutus Iſraëlitas verbis illis alloquitur, *In deſerto tentaverunt me patres veſtri*: Magnus verò Paulus, dum hæc eadem verba Spiri-

1 Hæc eſt vera hujus loci lectio, quã Vaticanus codex num. 564. exhibet. In altero Vaticanæ itidem Bibliothecæ codice num. 1907. malè legitur, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν· ὁ δὲ Προφήτης διαμαρτύρεται, ὅτι ὁ ἐν τῇ ἐρήμῳ πειρασθεὶς ὕψιστός ἐστι Θεός. Hæc autem lectio in Zini quoque codice reperiebatur; vertit enim, *Propheta verò teſtatur, eum qui tentatus eſt in deſerto, eſſe Deum excelſum.* Malè etiam in altero Vaticano codice ſcribitur, Εἰ οὖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγει, ὅτι ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, πειρασθεὶς ὕψιστός ἐστι Θεός.

2 Alius codex, τῶν λαλούντων.

3 Zinus aliter legit; nam interpretatus eſt, *Ipſo Deo verbis illis Iſraëlitas alloquente; In deſerto, &c.*

Spiritui ſancto attribuit; ut ex his evidenter pateat, Spiritum ſanctum eſſe Deum excelſum. Vident ne ergo qui gloriæ Spiritûs adverſantur, igneam ſacrorum eloquiorum linguam, quę obſcura erant, illuſtrantem? An nos, ut muſto plenos, irridebunt? Ego verò, quamvis hęc contra nos dicant, nihilominus auctor vobis ſum, Fratres, ut eorum dicteria nil timeatis, neve eorumdem deriſionibus ſuccumbatis. Utinam enim & ipſis aliquando [2] foret hoc muſtum, recens, inquam, effuſum hoc vinum, ac ex torculari profuſum, quod per Evangelium Dominus calcavit, [3] ut tibi proprii racemi ſanguinem potandum daret. Utinam & ipſi repleti fuerint novo hoc vino, quod muſtum appellaverunt, quod hæreticæ aquæ admixtione non eſt à cauponibus adulteratum. Prorſus enim Spiritu etiam repleti fuiſſent, [5] cujus operâ, qui eo fervent, craſſam perfidiæ fecem ex ipſorum animis deſpumant. Verùm iſtius generis homines in ſe ipſis muſtum illud capere non poſſunt, cum adhuc veterem utrem circumferant, qui

Eſa. 63. 3.

ὡς διὰ τούτων ἐναργῶς ἀποδειχθῆναι, ὅτι Θεὸς ὕψιστος τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ἅγιον· ἆρα βλέπουσιν οἱ ἐχθροὶ τῆς δόξης [1] τοῦ πνεύματος τὴν πυρίνην γλῶσσαν τῶν θείων λογίων τὴν τὰ κεκρυμμένα φωτίζουσαν; ἢ ὡς πεπληρωμένων τοῦ γλεύκους καταγελάσουσιν; ἐγὼ δὲ κἂν ταῦτα λέγωσι καθ' ἡμῶν, συμβουλεύω ὑμῖν, ἀδελφοὶ, μὴ φοβηθῆναι τὸν ὀνειδισμὸν τῶν τοιούτων, μηδὲ τοῖς φαυλισμοῖς αὐτῶν ἡττηθῆναι· εἴθε γὰρ [2] γένοιτό ποτε καὶ ἐκείνοις τὸ γλεῦκος τοῦτο, ὁ νεοθλιβὴς οὗτος οἶνος, ὁ ἐκ τῆς ληνοῦ προχυθεὶς, ἣν ἐπάτησε διὰ τοῦ εὐαγγελίου ὁ κύριος, [3] ἵνα σοι πότιμον τοῦ ἰδίου βότρυος τὸ αἷμα ποιήσῃ. εἴθε γὰρ ἐπληρώθησαν κἀκεῖνοι τοῦ νέου τούτου οἴνου, ὃν γλεῦκος ὠνόμασαν, ὃς τὴν [4] διὰ τοῦ αἱρετικοῦ ὕδατος ἐπιμιξίαν παρὰ τῶν καπήλων οὐκ ἔπαθε· πάντως γὰρ καὶ τοῦ πνεύματος πλήρεις ἐγένοντο, [5] δι' οὗ τὸ παχύ τι, καὶ ἰλυάδες τῆς ἀπιστίας οἱ πνεύματι ζέοντες ἀφ' ἑαυτῶν ἐξαφρίζουσιν· ἀλλ' οὐ δύνανται οἱ τοιοῦτοι ἐν ἑαυτοῖς τὸ γλεῦκος δέξασθαι, ἔτι τὸν παλαιὸν ἀσκὸν περιφέροντες, ὃς

cum

1 Verbum, τοῦ Πνεύματος omiſit Zinus, nec habetur in alio codice.

2 Zinus videtur legiſſe, γεύοιτο, refragantibus Vaticanis omnibus codicibus; vertit enim, *Atque utinam ipſi quoque degustent hoc muſtum*.

3 Videtur aliam lectionem ſequutus eſſe Zinus, qui interpretatur. *Ut nobis tanquam racemi proprii corporis ſanguinem propinaret*.

4 Omiſit Zinus vocem, τοῦ αἱρετικοῦ.

5 Videtur aliter legiſſe Zinus, vel potiùs vim græci textûs non eſſe aſſecutus; nam vertit, *Quo quidem ferventes, craſſam limoſamque perfidiæ ſpumam ex animis ſuis effunderent, & abjicerent*.

ὃς περικρατεῖν τὸν τοιοῦτον μὴ δυνάμενος οἶνον, αἱρετικῶς ἀπορρήγνυται. ἀλλ' [1] ἡμεῖς, ἀδελφοί, καθώς φησιν ὁ προφήτης, δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ, πίνοντες, καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας γλυκάσματα, καθὼς ὁ Ἔσδρας διακελεύεται, καὶ ταῖς τῶν ἀποστόλων τε, καὶ προφητῶν χοροστασίαις ἐμφαιδρυνόμενοι, καὶ τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀγαλλιασώμεθα, καὶ εὐφρανθῶμεν [2] ἐπὶ τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος, ἐν χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

cùm ejuſmodi vinum continere non valeat, heretica fractura diſrumpitur. [1] Nos autem, Fratres, ut ait Propheta, *Venite exultemus Domino*. Bibamus pietatis dulcedinem, ut Eſdras 3. Eſdr. 9. 52.
præcipit, & in Apoſtolorum, & Prophetarum choris gaudentes, pro ſancti Spiritûs dono exultemus, & lætemur in hac die, Pſ. 117. 24.
quam fecit Dominus in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria in ſæcula, Amen.

1 Zinus legit, ὑμεῖς.

2 Alius codex Vaticanus, ἐν τῇ.

Supplementum textûs græci Orationis adverſùs fornicarios ex Græco Vaticano codice, num. 445. quod in editâ Appendice Operum Nyſſeni deſideratur.

Φθείρει τοῦτον ὁ θεός. ἐβουλόμην ὑμῶν μηδὲ πρὸς μικρὸν διαζεύγνυσθαι· τί γὰρ γλυκύτερον παρὰ συνουσίας ἀγαπωμένων ἡμῶν, ἀλλ' ἐπειδὴ καλεῖ πρὸς ἀγῶνας τῆς εὐσεβείας ὁ λόγος, δεῖ δραμεῖν πρὸς τὰ σκάμματα, τῆς Ἐκκλησίας εὐχῶν συνεργοὺς εἰληφότας. ἀλλ' ἐκεῖνο παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, φυλάττετε τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐταξίαν, κἂν τινες ταραχὰς παρεμβάλλωσι, νικᾶτε μακροθυμίᾳ τὰς ταραχάς· ἔσται γὰρ οὐκ εἰς μακρὰν τῶν θορύβων διόρθωσις. μὴ ταράττεσθε φήμαις, μὴ φλυαρίαις παρακινεῖσθε, ἀλλ' εὐχὰς ἡμῖν συνοπόρους πέμψατε, ἵνα ταῖς εὐχαῖς ὑμῶν δυναμούμενοι, εἴπωμεν ἐν παντὶ καιρῷ, παρὰ τῆς θείας βοηθούμενοι ἰσχύος, πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

SANCTI PATRIS NOSTRI
GREGORII EPISCOPI NYSSENI.

Epiſtolæ Diverſæ.

[1] *Ad Euſebium, Epiſtola I.*

QUum ſuperiores cæli partes curſu ſuo ſol repetens, hyberno tempore, diurni ſpatii mēſuram auget, veræ lucis per carnem humano generi affulgentis apparitionem feſtivâ ſolemnitate celebramus; nunc verò medium cæli ita curſu ſuo jam tenente ſole, ut noctem, diemque æquali invicem temporis intervallo dimetiatur, humanæ naturæ è morte ad vitam reditio argumentum nobis eſt magnæ hujus, atque vniverſalis feſtivitatis, quam per totum orbem uno eodemque tempore celebrant, quotquot reſurrectionis myſterium agnoſcunt. Quorſum hoc epiſtolæ argumentū? [2] Quoniam

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ

Ἐπιστολαὶ διάφοροι.

Πρὸς Εὐσέβιον, ἐπιστολὴ α΄.

ὍΤαν πλεονάζειν ἄρχηται τὸ ἡμερήσιον μέτρον κατὰ τὴν χειμέριον ὥραν, τοῦ ἡλίου πρὸς τὸν ἄνω δρόμον ἀναποδίζοντος, τὴν τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς θεοφάνειαν, τοῦ διὰ σαρκὸς ἐπιλάμψαντος τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ, ἑορτάζομεν· νυνὶ δὲ μεσουρανήσαντος ἤδη τοῦ φωστῆρος κατὰ τὸν δρόμον, ὡς νύκτα τε, καὶ ἡμέραν πρὸς ἴσον ἀλλήλαις ἀντιμετρεῖσθαι διάστημα, ἡ ἐκ τοῦ θανάτου πρὸς τὴν ζωὴν ἐπάνοδος τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ὑπόθεσις ἡμῖν γίνεται τῆς μεγάλης ταύτης καὶ καθολικῆς ἑορτῆς, ἣν σύμπασα κατὰ ταυτὸν ἑορτάζει τῶν ἀνθρώπων ζωὴ, τῶν τὸ μυστήριον ἀναδεξαμένων τῆς ἀναστάσεως. τί μοι βούλεται τῆς ἐπιστολῆς ἡ ὑπόθεσις; ἐπειδὴ συνηθές ἐστιν ἐν ταῖς πανδήμοις ταύταις ἱερομη-

1 Scripta fuiſſe videtur hæc epiſtola ad Euſebium veterem S. Baſilii ſodalem, ad quem extat ejuſdem epiſtola 11. in qua ſe communem cum ipſo domum, focum, pædagogum, aliaque omnia habuiſſe teſtatur; par eſt enim & hunc Gregorii Nyſſeni ſodalem, amicumque fuiſſe. Fortaſſe ad hunc Euſebium ſcripta etiam eſt Gregorii Nazianzeni epiſtola 171. in qua de ejus nuptiis gratulatur.

2 Cujus moris in hac epiſtola mentio fit, extant & alia hôc Nyſſeni ævo exempla. Sic Helladium quendam Epiſcopum munus unà cum epiſtola, in qua Paſchatis myſterium explicabat, Nazianzeno miſiſſe liquet ex ejus epiſtolâ 54. quæ reſponſiva eſt ad Helladium. Sic idem Nazianzenus Theodoro Tyanenſi, à quo epiſtolam de Paſchatis feſtivitate acceperat, Origenis Philocaliam unà cum reſponſione ad ejus literas pro munere mittit, ut patet ex ejus epiſtolâ 87. Sic idem Nyſſenus Petro fratri in Paſchatis feſto librum de formatione hominis dono dedit, ut in epiſtolâ eidem libro præfixâ dicitur. Factum & hoc fuiſſe in Natalis feſtivitate teſtis eſt S. Baſilius in epiſt. 404. in qua Amphilochium illius feſti occaſione munuſcula quædam ſibi miſiſſe teſtatur.

μεγίσταις διὰ πάντων ἡμᾶς ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἐγκειμένην ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν διάθεσιν, [1] καὶ πού τινες τοῖς ἰδίοις δώροις δωροφοροῦντες εὐφροσύνην ἐπισημαίνουσι, καλῶς ἔχειν ἐνομίσαμεν, μὴ περιδραμεῖν σε τῶν ἡμετέρων δώρων ἀγέραστον, ἀλλά σου τὴν ψυχὴν τὴν ὑψηλήν τε, καὶ μεγαλόφρονα, τοῖς πενιχροῖς ξενίοις ἐκ τῆς πτωχείας ἡμῶν δεξιώσασθαι. ξένιον δὲ ἡμέτερον τὸ διὰ τοῦ γράμματός σοι προσαγόμενον, αὐτὸ τὸ γράμμα ἐστὶν, ἐν ᾧ λόγος μέν τις περιηνθισμένος ταῖς καλλιφώνοις τε, καὶ εὐσυνθέτοις τῶν λέξεων ἐστὶν οὐδεὶς, ὡς διὰ τοῦτο δῶρον τὴν ἐπιστολὴν τοῖς φιλολόγοις νομίζεσθαι· ἀλλ᾽ ὁ μυστικὸς χρυσὸς, ὁ τῇ πίστει τῶν Χριστιανῶν οἷόν τινι ἀποδέσμῳ ἐνειλημμένος, γένοιτο ἄν σοι δῶρον, ἐξαπλωθεὶς, ὡς οἷόν τε, διὰ τῶν γραμμάτων, καὶ τὴν κεκρυμμένην λαμπηδόνα προσδείξας. οὐκοῦν ἐπαναληπτέον ἡμῖν τὸ προοίμιον. τί δήποτε προελθούσης μὲν πρὸς τὸ ἀκρότατον τῆς νυκτὸς, ὅτε οὐκέτι προσθήκη νυκτερινὴ ἐπαύξησιν δέχεται, τότε ἡμῖν διὰ σαρκὸς ἐπιφαίνεται ὁ τοῦ παντὸς περιδεδραγμένος, καὶ περικρατῶν ἐν τῇ ἰδίᾳ δυνάμει τὸ πᾶν, ὁ μήτε ὑπὸ πάντων τῶν νοητῶν χωρούμενος, ἀλλὰ τὸ πᾶν περιέχων, καὶ τῷ βραχυτάτῳ εἰσοικιζόμενος, οὕτω τῆς μεγάλης

niam mos eſt in univerſalibus hujuſmodi feſtivitatibus noſtrã erga alios voluntatem modis omnibus palàm facere, ac nonnulli, miſſis etiam muneribus, benevolentiam ſuam aliis teſtantur, nos quoq; rectè factum iri cenſuimus, te munerum noſtrorũ expertem eſſe non ſinere; ſed potiùs magnum & excelſum animum tuum exiguis paupertatis noſtræ donis proſequi. Donum autem, quod cum his literis offero, ipſæmet literæ sũt, in quibus ſanè nulla eſt oratio verborum delectu, elegantique compoſitione niteſcens, ut propterea apud eloquentiæ ſtudioſos muneris loco epiſtola haberi poſſit; ſed myſticum aurum, quod Chriſtianorum fide, velut linteo quodam, involutum, muneris vicem ſubeat, dum hiſce literis, quãtùm fieri poterit, ſuis integumentis evolutum, edito fulgore ſplendeſcet. Itaque reſumendum nobis epiſtolæ procemium eſt. Quid eſt, quòd nocti ad longitudinis sũmum jam provectæ, nulla quum fieri poteſt acceſſio, tunc nobis in carne apparet, qui cuncta complectitur, & propriâ poteſtate rebus univerſis dominatur, qui à nullâ re, quæ ſub intelligentiam cadat, capi poteſt, ſed cuncta continet, & anguſtiſſimum jam corporis humani domiciliũ inha-

1 Ita emendandum cenſui Vat. cod. in quo ſcribitur, ἢ που τιμαῖς τοῖς ἰδίοις δώροις.

inhabitat; ſummâ, ſcilicet, poteſtate ita ejus bonam voluntatem obſecundante, eamque, quocunque inclinet, æquo paſſu, umbræ inſtar, comitante, ut nec in rebus creandis volũtate infirmior depræhenſa ſit, neque rurſus ubi ad noſtræ ſeſe naturæ humilitatem pro communi hominum ſalute demittere voluit, tanto muneri præſtando impar fuerit; ſed & ſuſceptâ infirmitate noſtrâ, univerſi tamen gubernationem nunquam dimiſerit? Quoniam igitur aliquid prorſus cauſæ eſt, cur utrumque feſtum temporibus illis celebretur; quare eâ anni tempeſtate, qua longiſſimæ noctes ſunt, carne apparet, cùm vero dies noctibus æquantur, hominem propter peccatum in terram reverſum, ad vitam rurſus revocat? Hujus rei cauſam dum pro virili breviter expono, epiſtola hæc ut muneris loco ſit, efficiam. Num prorſus ſagacitate tuâ jam intellexiſti myſterium, quod in eâ temporum diverſitate latere opinamur, noctem, nempe lucis, incremento contrahi, & tenebras, sẽſim creſcente ſpatio diurno, breviores fieri? Nam nemo fortaſſe ignorat non modicã tenebras inter, & peccatum ſimilitudinem eſſe atq; affinitatem; & ſanè malitia eo nomine in Scripturâ appellatur. Tempus itaque ipſum, in quo redemptionis myſterium incipit, diſpenſationis, quã pro noſtrarum animarum ſalute Deus inſtituit, quædam explicatio eſt. Opor-

-λης δυνάμεως τῷ ἀγαθῷ θελήματι συνδιεξιούσης, καὶ κατὰ τὸ ἴσον, ὅπουπερ ἂν ῥέψῃ τὸ θέλημα, σκιᾶς ἑαυτὴν δεικνυούσης, ὡς μήτε ἐν τῇ κτίσει τῶν ὄντων ἀτονωτέραν τῆς βουλήσεως εὑρεθῆναι τὴν δύναμιν, μήτε ὁρμήσαντα τῷ ταπεινῷ τῆς φύσεως ἡμῶν ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῶν ἀνθρώπων συγκαταβῆναι, πρὸς τὸ αὐτὸ τοῦτο ἀδυνατῆσαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ γενέσθαι, καὶ μὴ διαφεῖναι τὸ πᾶν ἀκυβέρνητον; ἐπεὶ οὖν πάντως τις λόγος ἐπ' ἀμφοτέρων ἐστὶ τῶν καιρῶν, πῶς τότε μὲν διὰ σαρκὸς ἐπιφαίνεται, τῇ δὲ ἰσημερίᾳ τὸν εἰς γῆν ἀναλυθέντα διὰ τῆς ἁμαρτίας ἄνθρωπον, τῇ ζωῇ πάλιν ἀποκαθίστησι; ταῦτα διὰ βραχέων, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, παραστήσας τῷ λόγῳ, δῶρον τὸ γράμμα ποιήσομαι. ἢ πάντως περιέλαβες ἀπὸ ἀγχινοίας τὸ ὑποπτευόμενον ἐν τούτοις μυστήριον, ὅτι ἐγκόπτεται τῆς νυκτὸς ἡ πρόοδος τῇ τοῦ φωτὸς προσθήκῃ, καὶ συστέλλεσθαι τὸ σκότος ἄρχεται, αὐξομένου ταῖς προσθήκαις τοῦ ἡμερινοῦ διαστήματος; τοῦτο γὰρ ἴσως καὶ τοῖς πολλοῖς ἂν γένοιτο φανερὸν, ὅτι συγγένειαν ἔχει πρὸς τὴν ἁμαρτίαν τὸ σκότος, καὶ οὕτω τὸ κακὸν παρὰ τῆς γραφῆς ὀνομάζεται· οὐκοῦν ἑρμηνεία τίς ἐστι τῆς ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν οἰκονομίας ὁ καιρὸς, ἐν ᾧ τὸ μυστήριον ἡμῶν ἄρχεται. ἔδει γὰρ πρὸς ἀπει-

ἄπειρον ἤδη τῆς κακίας ἐκχυθείσης, τὴν διὰ τῶν ἀρετῶν[1] ἡμῖν λαμβανομένην ἡμέραν παρὰ τοῦ τὸ τοιοῦτον φῶς ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐντιθέντος, ὥστε τὸν μὲν φωτεινὸν βίον εἰς ὅτι μήκιστον παρατείνεσθαι, ταῖς ἀγαθαῖς προσθήκαις αὐξανόμενον· τὴν δὲ ἐν τῇ κακίᾳ ζωὴν διὰ τῆς κατ᾽ ὀλίγον ὑφαιρέσεως. εἰς ἐλάχιστον συσταλῆναι· ἡ γὰρ τῶν ἀγαθῶν ἐπαύξησις τοῦ κακοῦ μείωσις γίνεται. ἡ δὲ ἰσημερία τὴν ἀναστάσιμον ἑορτὴν δεξαμένη, τοῦτο δι᾽ ἑαυτῆς ἑρμηνεύει, ὅτι οὐκέτι πρὸς ἀντίπαλον τάξιν ἀντικαταστήσεται, ἰσοπάλως τῷ ἀγαθῷ τῆς κακίας συμπλεκομένης· ἀλλ᾽ ὁ φωτεινὸς ἐπικρατήσει βίος, τοῦ ζόφου τῆς εἰδωλολατρείας ἐν τῷ πλεονασμῷ τῆς ἡμέρας διαπαυομένου· οὗ χάριν, καὶ τοῦ σεληναίου δρόμου, τοῦ κατὰ τὴν ιδ´ ἡμέραν, ἀντιπρόσωπον δείκνυσιν αὐτὴν ταῖς τοῦ ἡλίου βολαῖς, πληθύνουσαν παντὶ τῷ πλούτῳ τῆς λαμπηδόνος, καὶ μηδεμίαν τοῦ σκότους διαδοχὴν ἐν τῷ μέρει γενέσθαι παρασκευάζουσαν· δυόμενον γὰρ διαδεξαμένη τὸν ἥλιον, οὐ πρότερον αὐτὴ καταδύεται, πρὶν ταῖς ἀληθιναῖς αὐγαῖς τοῦ ἡλίου τὰς ἰδίας συμμίξειεν, ὥστε ἓν φῶς κατὰ τὸ συνεχὲς διαμεῖναι, κατὰ τὸ διάστημα τοῦ νυκτερινοῦ τε, καὶ ἡμε-

Oportuit enim,ut malitiâ jam in infinitum propagatâ, [1]ab eo nos virtutum diem acciperemus, qui talem animis noſtris lucem affundit,ut luminoſa vita, novis probitatis acceſſionibus adaucta, quàm maximè amplificetur; mala verò vita, paulatim factâ diminutione decreſcens, in minimum contrahatur; nam bonitatis incrementum, malitiæ prorſus imminutio eſt. At verò reſurrectionis feſtum, eo adveniens tempore, quo noctes diebus æquantur, hoc nobis intelligendum innuit, virtutem, ſcilicet, non ampliùs adversùs malitiam, æqualibus ac ipſa viribus pollentem, ancipiti marte pugnaturam; ſed idololatriæ tenebris, diei, hoc eſt, fidei incremento disjectis,luminoſam prævalituram eſſe vitam. Et hujus quoq; rei gratiâ luna decimumquartum cursûs ſuî diem complente,ſolis radios adversâ frōte excipiens, ſeipſam omni lucis copiâ affluentem, nullâque ſuî parte caligantem oſtendit. Occidenti enim ſoli ſuccedens, non antea ipſa occidit, quàm veris ejuſdem ſolis fulgoribus proprios immiſceat;ita ut una eademque lux, utroque tum diurni, tum nocturni cursûs ſpatio continuata, nullo tenebrarum interventu

1 Locus, ni fallor, corruptus. Vide an fortaſſe legendum ſit, παρὰ τοῦ τὸ τοιοῦτον φῶς ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐντιθέντος ἐνδόσιν δέχεσθαι, ὥστε, ut ſenſus ſit, *Oportuit enim,ut malitiâ jam in infinitum propagatâ, rectæ vitæ dies, quem virtutibus conſecuti ſumus, ab eo incrementum ſumeret, qui talem animis noſtris lucem affundit, &c.*

ventu dirimatur. Hanc tibi, charum caput, paupere noſtrâ manu orationem pro munere damus. Tibi autem tota vita unum ſit feſtum, magnaq; dies, nocturnarum quàm maximè tenebrarum expers.

ἡμερινοῦ δρόμου, τῇ παρεμπτώσει τοῦ σκότους μηδαμοῦ διαιρούμενον. Ταῦτά σοι, ὦ φίλη κεφαλή, τῇ πενιχρᾷ ἡμῶν χειρὶ τοῦ λόγου δωροφοροῦμεν. καί σοι πᾶς ἔστω ὁ βίος ἑορτὴ, καὶ ἡμέρα μεγάλη, τοῦ νυκτερινοῦ ζόφου καθαρεύων ὅτι μάλιστα.

EPISTOLA II.

Ad Sebaſtenos, qui de rectâ ejus in fidei rebus opinione dubitabant.

[1] AB unanimis quibuſdam fratribus certiores facti ſumus de obtrectationibus, quæ adversùs nos ab iis conflatæ ſunt, qui pacem odio habent, & proximo ſuo occultè detrahunt, nil veriti tremendũ magnumque illius tribunal, qui de otioſis quòque verbis in futurâ actionum noſtrarum diſquiſitione ſe rationem exacturum

ΕΠΙΣΤΟΛΗ β΄.

Πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας τῇ ὀρθοδοξίᾳ κατὰ Σεβαστηνῆς.

[1] ΕΓνώρισαν ἡμῖν τινὲς τῶν ὁμοψύχων ἀδελφῶν περὶ τῆς κατασκευαζομένης καθ᾽ ἡμῶν δυσφημίας παρὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην, καὶ καταλαλούντων λάθρα τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ μὴ φοβουμένων τὸ φοβερὸν, καὶ μέγα κριτήριον τοῦ ἐπαγγειλαμένου καὶ ὑπὸ τῶν ἀργῶν ῥημάτων ἀπαιτεῖσθαι τὸν λόγον ἐν τῇ προσδοκωμένῃ τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐξετάσει, λέγοντες τὰ περιθρυλλούμενα καθ᾽ ἡμῶν

1 Marcello Ancyræ Epiſcopo jam ab aræ Chriſtianæ anno 336. in Synodo Conſtantinopolitanâ depoſito, Baſilius, & Athanaſius, qui deinceps Eccleſiam illam gubernarunt, eos omnes, qui Marcelli cõmunionem amplectebantur, à fidelium conſortio excludi curarunt. Et hi quidem Eccleſiâ extorres ad illud uſque tempus fuere, quo Valens Auguſtus adversùs catholicos perſecutionem excitavit; tunc enim cùm quoſdam Ægypti Epiſcopos, apud Diocæſaream fidei causà exulantes, conveniſſent anno circiter 375. ab eiſdem in Eccleſiæ communionem, editâ priùs catholicæ fidei profeſſione, recepti ſunt, moxque eorundem communicatoriis literis frati, ut in Catholicorum numero à cæteris Orientis Epiſcopis haberentur, poſtularunt. Ægrè id ferens S. Baſilius Cæſarienſis, aliique non pauci Epiſcopi, eorundem Confeſſorum factum improbarunt; ſed poſtea, re meliùs perſpectâ, Marcellianos & ipſi in ſuam communionem admiſere. Nyſſenus quòque Baſilii, aliorumque Epiſcoporum exemplum ſecutus, non antea eum Marcellianis cõmunicavit, quàm ipſorum fidei profeſſione, Orientalium Epiſcoporum rogatu, accuratè diſcuſsâ, eoſdem Eccleſiæ Catholicæ conſortio dignos eſſe cognovit; cumque propterea neglectorum canonum, rejectæque Nicænæ fidei inſimularetur, hanc epiſtolam in ſuî defenſionem ad Catholicos Sebaſtenæ urbis cives dedit. Vide plura in Præfatione noſtrâ.

ἡμῶν ἐγκλήματα εἶναι τοιαῦτα, ὅτι ἡμεῖς ὑπεναντία φρονοῦμεν τοῖς κατὰ Νίκαιαν ἐκθεμένοις τὴν ὀρθὴν, καὶ ὑγιαίνουσαν πίστιν· καὶ ὅτι τοὺς ἐν Ἀγκύρᾳ ἐπ' ὀνόματι Μαρκέλλου ποτὲ τὴν σύναξιν ἔχοντας, ἀκρίτως καὶ ἀνεξετάστως εἰς τὴν κοινωνίαν τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας παρεδεξάμεθα. ἵν' οὖν μὴ κατακρατῇ τῆς ἀληθείας τὸ ψεῦδος, δι' ἑτέρων γραμμάτων αὐτάρκη ἐποιησάμεθα τὴν ὑπὲρ τῶν ἐπενεχθέντων ἡμῖν ἐγκλημάτων ἀπολογίαν, καὶ ἐπὶ τοῦ Κυρίου διεβεβαιωσάμεθα, μήτε τῆς πίστεως τῶν ἁγίων πατέρων ἐκβεβηκέναι, μήτε περὶ τῶν προσθεμένων ἐκ τῆς Μαρκέλλου συνάξεως εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν κοινωνίαν, ἀκρίτως καὶ ἀνεξετάστως τι πεποιηκέναι· ἀλλὰ τῶν κατὰ ἀνατολὴν ὀρθοδόξων, καὶ συλλειτουργῶν ἐπιτρεψάντων βουλεύσασθαι τὰ περὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοῖς γεγενημένοις συναινεσάντων, πάντα ἐπράξαμεν. ἐπειδὴ δὲ τὴν [a] ἀπολογίαν ἐκείνην ἔγγραφον ἡμῶν ποιησαμένων, πάλιν τινὲς τῶν ὁμοψύχων ἀδελφῶν, ἰδίως ἐκ τῆς ἡμετέρας φωνῆς ἐπεζήτησαν γενέσθαι τὴν τῆς πίστεως ἔκθεσιν, καθ' ἣν πεπληροφορήμεθα ταῖς θεοπνεύστοις φωναῖς, καὶ τῇ παραδόσει τῶν πατέρων ἀκολουθοῦντες, ἀναγκαῖον ἐλο-

ſum fore denunciavit, dum inquiunt, crimina de nobis ubiq; divulgata, hæc eſſe; Nos contraria ſentire Patribus, qui apud Nicæam, rectam, atque ſalutarem fidem expoſuerunt, ac preterea in communionem Catholicæ Eccleſiæ inexplorato, atque indiſcriminatim illos ſuſcepiſſe, qui aliquando apud Ancyram in Marcelli nomine eccleſiaſticos cœtus agebant. Ne igitur veritati mendacium præferatur, aliis literis noſmetipſos ab illatis criminibus ſatis purgavimus, & Dominum teſtati, validis rationibus confirmavimus, nec Sanctorum Patrum fidem nos tranſgreſſos eſſe, nec in recipiendis in Eccleſiæ communionem Marcellianis, inexplorato, ac ſine debitâ deliberatione quidpiam feciſſe; ſed orthodoxis in Oriente Fratribus, atque Comminiſtris, ut iſtorum hominum negotium tractaretur, hortantibus, & quod à nobis factum fuit comprobãtibus, omnia peregiſſe. Quoniam verò poſtquam [a] apologiam illam ſcripto edidimus, rurſus quidam unanimi Fratres poſtularunt, ut ſeorſim, ac diſertis verbis fidei profeſſionem ederemus, qua ſacris nos Scripturis, ac Patrum traditioni penitus inhærere, perſuaſum omnibus foret,

de

[a] Apologia iſta aut periit, aut in aliquo Bibliothecarum angulo adhuc latet; ſed & nulla ejus mentio fit apud antiquos Scriptores.

de his quoque breviter diſſerendum nobis eſſe putavimus. Nos itaque Chriſti doctrinam, quam Diſcipulos ſuos docuit, quum pietatis myſterium eiſdem traderet, fundamentum eſſe, & radicem rectæ, & ſalutaris fidei confitemur, nec quidpiam ſublimius, nec tutius, certiuſque eâ traditione eſſe credimus. Domini autem doctrina hæc eſt, *Euntes*, inquit, *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti*. (Mat. 28. 19.) Quoniam igitur S. Trinitatis dono, vivificę virtutis compotes fiunt, qui ex morte ad æternam vitam regenerantur, & gratiâ iſtâ per fidem digni facti ſunt; ita quoque imperfecta gratia eſt, ſi unum aliquod S. Trinitatis nomen, qualecunque illud ſit, in ſalutari baptiſmo prætermittatur. Nam neque in ſolo Patre, & Filio, ſine S. Spiritu, myſterium regenerationis adimpletur; neque ſi Filius ſilentio prætereatur, in ſolo Patre, & Filio baptiſmus habet, unde nobis perfectam vitam largiatur; nec in Patre & Filio, prætermiſſo Spiritu, reſurrectionis noſtræ gratia conſummatur. Qua propter omnem ſpem, atque fiduciam noſtrarum animarum ſalutis in tribus perſonis, quæ ijs nominibus nobis innoteſcunt, habemus, & credimus in Patrem Domini

ἐλογισάμεθα καὶ περὶ τούτων βραχέα διαλεχθῆναι. ἡμεῖς τὴν τοῦ Κυρίου διδασκαλίαν, ἣν πρὸς τοὺς μαθητὰς ἐποιήσατο, παραδιδοὺς αὐτοῖς τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, θεμέλιον εἶναι, καὶ ῥίζαν τῆς ὀρθῆς, καὶ ὑγιαινούσης πίστεως ὁμολογοῦμεν, καὶ οὔτε ὑψηλότερον τῆς παραδόσεως ἐκείνης, οὔτε ἀσφαλέστερον ἄλλό τι εἶναι πιστεύομεν. ἡ δὲ τοῦ Κυρίου διδασκαλία ἐστὶν αὕτη, Πορευθέντες, φησὶ, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. ἐπειδὴ τοίνυν ἡ ζωοποιὸς δύναμις ἐπὶ τῶν ἐκ τοῦ θανάτου πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀναγεννωμένων, διὰ τῆς ἁγίας Τριάδος παραγίνεται τοῖς μετὰ πίστεως καταξιουμένοις τῆς χάριτος, καὶ ὁμοίως ἀτελὴς ἡ χάρις, ἑνός τινος, οἵου δή ποτε, τῶν ἐκ τῆς ἁγίας Τριάδος ὀνομάτων παραλειφθέντος ἐν τῷ σωτηρίῳ βαπτίσματι· οὐ γὰρ χωρὶς Πνεύματος ἐν μόνῳ Υἱῷ, καὶ Πατρὶ τὸ μυστήριον τελεῖται τῆς ἀναγεννήσεως· οὔτε Υἱοῦ σιωπηθέντος, ἐν Πατρὶ, καὶ Πνεύματι τὸ τέλειον τῆς ζωῆς παραγίνεται τῷ βαπτίσματι· οὔτε ἐν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, παρεθέντος τοῦ Πνεύματος, ἐκτελεῖται ἡ τῆς ἀναστάσεως χάρις· διὰ τοῦτο πᾶσαν τὴν ἐλπίδα, καὶ τὴν πεποίθησιν τῆς τῶν ψυχῶν ἡμῶν σωτηρίας ἐν ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσιν ἔχομεν, διὰ τῶν ὀνομάτων τούτων γνωριζομένην· καὶ πιστεύομεν εἴς τε τὸν Πατέρα τοῦ Κυρίου

ἡμῶν

no-

ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, καὶ εἰς τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Πατρὸς, ὅς ἐστιν ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς, καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος, καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ, περὶ οὗ εἶπεν ὁ Κύριος, ὅτι τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν. καὶ ἐπειδὴ τοῖς λυτρωθεῖσιν ἡμῖν ἀπὸ τοῦ θανάτου, ἡ χάρις τῆς ἀφθαρσίας διὰ τῆς εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα πίστεως, ἐν τῷ σωτηρίῳ βαπτίσματι, καθὼς εἰρήκαμεν, παραγίνεται, ἐκ τούτων ὁδηγούμενοι, οὐδὲν δοῦλον, οὐδὲ κτιστὸν, οὐδὲ τῆς μεγαλειότητος τοῦ Πατρὸς ἀνάξιον τῇ ἁγίᾳ Τριάδι συναριθμεῖσθαι πιστεύομεν. ἐπειδὴ μία ἐστὶν ἡ ζωὴ ἡμῶν, ἡ διὰ τῆς εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα πίστεως παραγινομένη· ἐκ μὲν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων πηγάζουσα, διὰ δὲ τοῦ Υἱοῦ προϊοῦσα, ἐν δὲ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἐνεργουμένη. ταύτην οὖν ἔχοντες τὴν πληροφορίαν, βαπτιζόμεθα μὲν, ὡς προσετάχθημεν, πιστεύομεν δὲ, ὡς βαπτιζόμεθα, δοξάζομεν δὲ, ὡς πιστεύομεν· ὥστε ὁμοφώνως τὸ βάπτισμα, καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὴν δόξαν, εἰς Πατέρα εἶναι, καὶ Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον. εἰ δέ τις δύο, ἢ τρεῖς Θεοὺς, ἢ τρεῖς θεότητας λέγει, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις κατὰ τὴν Ἀρείου διαστροφὴν ἐκ μὴ ὄντων λέγει τὸν Υἱὸν, ἢ τὸ Πνεῦμα ἅγιον γεγενῆσθαι, ἀνάθεμα

noſtri Jeſu Chriſti, qui eſt vitæ fons, & in Filium Patris unigenitum, qui eſt vitæ auctor, quemadmodum ait Apoſtolus, *Act. 3. 15.* & in Spiritum ſanctum Dei, de quo Dominus ait, *Spiritus eſt, qui vivificat*. *Jo. 6. 63.* Quia verò nobis à morte redemptis, immortalitatis gratia per fidem in Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, in ſancto baptiſmate, quemadmodum diximus, impertitur; hac ratione adducti, nil ſervile, nil creatum, nil Patris majeſtate indignum Sanctæ Trinitati connumerari credimus; quippe una tantùm eſt vita noſtra, quam per fidem in Sanctam Trinitatem conſequimur, ex Deo quidem univerſorum, veluti fonte, promanans, per Filium verò procedens, & in Spiritu Sancto conſummata. Hoc igitur certum atque exploratum habentes, baptizamur quidem, quemadmodum nobis mandatum eſt; credimus autem, quemadmodum baptizati ſumus; ſentimus autem, quemadmodum credimus; ita ut ſine ullâ diſcrepantiâ, baptiſma, & fides, & ſententia noſtra in Patre, Filio, & Spiritu Sancto conſiſtat. Si quis autem duos, vel tres Deos, vel tres divinitates dicit, anathema ſit. Et ſi quis ſecundùm Arii perverſitatem ex non entibus Filium, vel Spiritum Sanctum factum fuiſſe dicit, anathema ſit. Quotquot autem veritatis regulam ſequuti,

tres

tres confitentur perſonas, eaſque in ſuis proprietatibus piè ac religioſè cognoſcunt, & unam credunt eſſe divinitatem, unam bonitatem, unum principatum, unam poteſtatem, atq; virtutem, nec Monarchię potentiam abrogant, nec ad aſſerendam Deorum multitudinem delabuntur, nec perſonas confundunt, nec ex diſſimilibus diverſique generis rebus Sanctam Trinitatem componunt; ſed Fidei dogma in ſimplicitate ſuſcipiunt, omnem ſalutis ſuæ ſpem in Patre, Filio, & Spiritu Sancto collocantes, hi unum idemque nobiſcum ſentiunt, cum quibus & nos partem in Domino habere precamur.

μα ἔστω. ὅσοι δὲ τῷ κανόνι τῆς ἀληθείας στοιχήσουσι, καὶ τὰς τρεῖς ὁμολογοῦσιν ὑποστάσεις, εὐσεβῶς ἐν τοῖς ἑαυτῶν ἰδιώμασι γνωριζομένας, καὶ μίαν πιστεύουσιν εἶναι θεότητα, μίαν ἀγαθότητα, μίαν ἀρχὴν, καὶ ἐξουσίαν, καὶ δύναμιν. καὶ οὔτε τὸ τῆς μοναρχίας ἀθετοῦσι κράτος, οὔτε εἰς πολυθεΐαν ἐκπίπτουσιν, οὔτε τὰς ὑποστάσεις συγχέουσιν, οὔτε ἐξ ἑτερογενῶν, καὶ ἀνομοίων τὴν ἁγίαν Τριάδα συντίθενται· ἀλλ' ἐν ἁπλότητι δέχονται τὸ τῆς πίστεως δόγμα, πᾶσαν τὴν ἐλπίδα τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἐν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι καταπιστεύοντες, ἤτοι κατὰ τὴν ἡμετέραν κρίσιν, τὰ αὐτὰ φρονοῦσι, μεθ' ὧν καὶ ἡμεῖς ἔχειν ἐν Κυρίῳ μέρος εὐχόμεθα.

EPISTOLA III.

[1] SAlvavit nos, ut par erat, Dominus, quos tuis precibus proſequens, dimiſiſti, ejuſque erga nos benignitatis argumentum evidens tibi narrabo. Ubi enim primùm ſol ſupra locum illum ſtetit, quem ponè [2] Earſum reliquimus, co-

actis

ΕΠΙΣΤΟΛΗ γʹ.

[1] ΔΙέσωσεν ἡμᾶς ὁ Κύριος, ὡς εἰκὸς ἦν, ὑπὸ τῶν σῶν προπεμφθέντας εὐχῶν, καί σοι τεκμήριον τῆς εὐμενείας σαφὲς διηγήσομαι· ὡς γὰρ ἤδη ἥλιος ἦν ἀνὰ τὸ χωρίον, ὃ κατόπιν [2] Ἐάρσου κατελίπομεν, ἄθροον ἐγένετο νεφῶν συστροφὴ, καὶ εἰς

βαθὺ

1 Hæc epiſtola, in qua Nyſſeni ad Eccleſiam ſibi commiſſam reditus deſcribitur, ſcripta fuiſſe videtur vel poſt Conſtantinopolitanam primam ſynodum, vel eo tempore, quo Nyſſenus ab exilio reverſus eſt. Quis enim crederet, redeuntem Epiſcopum eo cum honore, cumque iis lætitiæ ſignificationibus, quæ in hac epiſtolâ deſcribuntur, exceptum fuiſſe, niſi vel diuturno tempore procul ab Eccleſiâ extitiſſet, vel poſt egregiam aliquam operam Eccleſiæ navatam, ad ſedem ſuam reverſus eſſet. Si prior conjectura placet, ſcripta eſt hæc Epiſtola anno 381. deſinente; ſin verò poſterior conjectura magis arriſerit, dicendum eſt ſcriptam fuiſſe vel paulò ante Valentis obitum, vel ſtatim ab ejus morte, quæ contigit die nonâ Auguſti anno 378.

2 Qui hujus loci meminerit, nullũ reperi.

βαθὺν ζόφον ἐξ αἰθρίας μετέπεσε. ψυχρὰ δέ τις αὔρα τῶν νεφῶν διαπνέουσα, δροσώδης, καὶ ὑγροτάτη τοῖς σώμασιν ἡμῶν προσπίπτουσα, ὅσον οὐδέπω τὸν ὑετὸν ἠπείλει, καὶ κατὰ τὸ εὐώνυμον βρονταὶ συνεχεῖς ὑπερρήγνυντο, καὶ ἀστραπαὶ ὀξεῖαί τε, καὶ ἐπάλληλοι τῶν βροντῶν προηγοῦντο, τά τε ὄρη πάντα πρόσω τε, καὶ ὀπίσω, καὶ καθ' ἑκάτερα τῶν πλαγίων, κατηρεφῆ τοῖς νέφεσιν ἦν. καὶ ἤδη ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν [1] βραχεῖα νεφέλη πνεύματι βιαίῳ ὑποληφθεῖσα, τὸν ὑετὸν ὤδινε, καὶ ἡμεῖς κατὰ τὸ ἰσραηλιτικὸν θαῦμα, μέσοι πανταχόθεν τῶν ὑδάτων διειλημμένοι, ἄβροχοι τὴν μέχρις [2] Οὐεστήνης ὁδὸν ἐπεράσαμεν ἐν ᾗ καταχθέντων ἡμῶν ἤδη, καὶ [3] γὰρ ἡμιόνων ἀναπαυσάντων, τότε παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐδόθη τῷ ἀέρι τοῦ ὄμβρου τὸ σύνθημα. τριῶν δὲ ὡρῶν, ἢ καὶ τεσσάρων ἐκεῖσε διατριβόντων ἡμῶν, καὶ ἱκανῶς εἰχομένων τῆς ἀναπαύσεως, πάλιν διέχεν ὁ Θεὸς τὸν ὄμβρον, καὶ τὸ ὄχημα εὐδρομώτερον ἑαυτοῦ, ἢ πρόσθεν, ἦν, ἐν ὑγρῷ τε, καὶ ἐπιπολαίῳ τῷ πηλῷ τοῦ τροχοῦ δι' εὐκολίας ἐνολισθαίνοντος. ἔστι δὲ ὁδὸς ἀπ' ἐκείνης ἐπὶ τὴν πολίχνην ἡμῶν πᾶσα ἐπιποτάμιος, καὶ ῥοῦν συγκαπτοῦσα τῷ ὕδατι, χωρία τε συνε-

actis illico nubibus, ſerenum cælum in profundas ſe tenebras, denſamque caliginem induit; tum noſtra è nubibus corpora perflans, frigida, roſcidaque aura, eademque humidiſſima, magnam vim imbris jam jam ruituram prænuntiare; ad lævam crebra erumpere tonitrua, quibus rapida, & alternantia præcedebant fulgura; quin etiam quotquot erant tam hinc, atque inde, quàm à fronte, & à tergo montes nubibus undequaque tegebantur; jamque nubes, quæ noſtro impendebat capiti, poſtquam acri vehementique vento abrepta, aliò delata fuit, hyemem peperit, ac nos, quod olim Iſraëlitis Dei miraculo contigit, quantumvis pluviâ undequaque circundati, nullis tamen aquis aſperſi, [2] Veſtenam uſque iter confecimus; ubi divertentibus nobis, & quietem capientibus mulis, tum à Deo datum eſt aëri pluviæ ſignum. At poſtquam eo in loco trium quatuorve circiter horarum ſpatio corpora abundè curavimus, Deus rurſus pluviam cohibet, & rheda velociùs quàm antea, ferebatur, in molli, ſcilicet, luto, minimèque alto, facillimè currentibus rotis. Porrò via, quæ inter locum illum, & civitatulam noſtram eſt, tota flumine alluitur,

1 Fortaſſe legendum, βαρεῖα νεφέλη, *gravis nubes*.

2 Neſcio an apud alium quempiam Scriptorem loci hujus mentio habeatur.

3 Supervacanea hic videtur particula, γὰρ.

alluitur, & in eandem partem, in quam fluit amnis, ducitur. Ripæ quoque crebris diſtinctæ ſunt oppidulis, iiſque apud viam ſitis, nec inter ſe multùm diſtantibus. Tota itaque via ob hanc nunquam interruptam oppidorum ſeriem, hominibus partim obviam venientibus, partim proſequentibus, iiſque omnibus multas gaudio miſcentibus lacrymas, ſine intermiſſione repleta erat. Aërem non admodum moleſta aquæ irroratio humectabat; parum autem longè ab urbe, nubes, quæ noſtro capiti imminebat, in vehementiorem pluviam reſolvitur; quare licuit nobis quietè urbem ingredi, nemine adventum noſtrum præſentiente. Verùm ut [2] porticum ingreſſi fuimus, quum ob ſoli duritiem, ac ſiccitatem currus ſonitum ederet, neſcio quo pacto, ac unde, veluti ex quadam machinâ, repentè circa nos ita confertus populus extitit, ut nulla nobis de rhedâ deſiliendi copia eſſet; ac tandem à turbâ, nos undique comprimente, vix ac ne vix quidem obtinere licuit, ut nobis deſcendendi, muliſque tranſeundi tempus concederent; quare parùm abfuit, quin amoris atque benevolentiæ exceſſus nobis animi defectionem intulerit. Ceterum

τε συνεχῆ περὶ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ, παρόδια τὰ πάντα, καὶ οὐ πολλοῖς τοῖς μέσῳ ἀπ' ἀλλήλων διῳκισμένα. πᾶσα τοίνυν ἡ ὁδὸς ἐκ τῆς ἐπαλλήλου ταύτης οἰκήσεως, τῶν μὲν ὑπαντώντων, τῶν δὲ παραπεμπόντων καὶ τὸ συνεχὲς ἀνθρώπων ἐπεπλήρωτο, πολὺ τῇ ἡδονῇ καταμιγνύντων τὸ δάκρυον. ἦν δὲ ψεκὰς ἀνεπαχθὴς τὸν ἀέρα ὑπονοτίζουσα· μικρὸν δὲ πρὸ τῆς πολίχνης εἰς βιαιότερον ὄμβρον τὸ ὑπερκείμενον [1] ἐθλίβετο νέφος, ὥστε καθ' ἡσυχίαν ἡμῖν γενέσθαι τὴν εἴσοδον, μηδενὸς προαισθομένου τῆς παρουσίας. ὡς δὲ ἤδη τῆς [2] στοᾶς ἐντὸς ἐγενόμεθα, ἐπειδὴ διὰ ξηροῦ τοῦ ἐδάφους κατεκτύπει τὸ ὄχημα, οὐκ οἶδα ὅθεν, ἢ ὅπως, ὡς ἐκ μηχανῆς τινὸς, ἀθρόως ἀνεφάνη δῆμος, κύκλῳ περὶ ἡμᾶς πεπυκνωμένος, ὡς μηδὲ κατελθεῖν τοῦ ὀχήματος εὔπορον εἶναι· οὐ γὰρ ἦν εὑρεῖν τόπον κενὸν ἀνθρώπων. μόγις δὲ πείσαντες ἡμῖν τε δοῦναι καιρὸν πρὸς τὴν κάθοδον, καὶ τοῖς ἡμιόνοις ἐπιτρέψαι τὴν πάροδον, παρὰ τῶν παραρρεόντων ἡμῖν κατὰ πᾶν μέρος συνθλιβόμενοι, ὥστε τὴν ὑπερβάλλουσαν φιλοφροσύνην, μικροῦ δεῖν καὶ λειποθυμίας γενέσθαι αἰτίαν· ὡς δὲ πλησίον τοῦ ἔνδον ἐγενόμεθα ἐπὶ

1 Ita emendandum cenſui Vaticanum codicem, in quo ſcribitur, ἔθλιβε τὸ νέφος.

2 Nota morem conſtruendi longas porticus, per quas iter ad majorem Eccleſiam pateret, Romæ olim ſervatum, apud Nyſſam quoque viguiſſe, licet eam Nyſſenus parvam fuiſſe urbem in hac eâdem epiſtolâ teſtetur.

ἐπὶ στώου, ὁρῶμεν ῥύακα πυρὸς ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν εἰσρέουσαν· ὁ γὰρ τῶν παρθένων χορὸς, τὰς ἐκ κήρης λαμπάδας διὰ χειρὸς φέρουσαι, στοιχηδὸν ἀλλήλαις κατὰ τὴν εἴσοδον τῆς Ἐκκλησίας προῄεσαν, τοῖς πυρσοῖς δι᾽ ὅλου καταλαμπόμεναι. ἐντὸς δὲ γενομένου, καὶ συνησθεὶς τῷ λαῷ, καὶ συνδακρύσας· ταῦτα γὰρ ἦν ἀμφότερα πάσχειν τῷ καὶ τῷ πλήθει βλέπειν τὰ δύο πάθη, ὁμοῦ τε τῶν εὐχῶν ἐπαυσάμην, καὶ ταύτην τῇ ὁσιότητί σου τὴν ἐπιστολὴν διεχάραξα ἐπισπεύδων, ὡς οἷόν τε, τῷ τῇ δίψῃ προσαναγκάζεσθαι, προσασχοληθῆναι μετὰ τὸ γράμμα τῇ θεραπείᾳ τοῦ σώματος.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ δʹ.

[1] Νόμος ἐστὶν ἡμέτερος, κλαίειν μετὰ κλαιόντων νομοθετῶν, καὶ συγχαίρειν τοῖς χαίρουσιν. ἀλλὰ τούτων, ὡς ἔοικε, τὸ ἕτερον ἐφ᾽ ἡμῖν τῆς νομοθεσίας ἐνεργόν ἐστι μόνον· πολλὴ γὰρ τῶν εὐθυμούντων ἡ σπάνις, ὡς μὴ ἔχειν εὑρεῖν ῥᾳδίως τισὶ τῶν ἀγαθῶν συμμετάσχωμεν· τῶν δὲ ὡς ἑτέρως πραττόντων, ἀφθονία πολλή.

ταῦτα

terum cùm intra porticum longiùs progreſſi, haud procul ab Eccleſiæ limine eſſemus, vidimus ignis rivum in Eccleſiam influentem. Sacrarum enim Virginum chorus, ardentes cerâ lampades in manibus geſtantes, ad Eccleſiæ limen, aliæ aliis ordine ſuccedentes, proceſſerant, facibus undequaque ſplendentes. Ingreſſus autem Eccleſiam, & unà cum populo gaudens, unàque lacrymans (utroque enim modo nos affici par erat, vel ex hoc, quòd in frequenti populo duos hoſce animi motus intuebamur) ſtatim atque precibus finem impoſui, hanc Sanctitati tuæ epiſtolam feſtinanter conſcripſi, ut poſſem, eò quòd ſiti urgerer, poſt exaratam epiſtolam corpori curando vacare.

EPISTOLA IV.

[1] Lex nobis eſt cum flentibus flere jubens, & cum gaudentibus gaudere; ſed, ut res ferunt, hujus legis pars altera tantùm apud nos viget; rari enim admodum ſunt, qui ſecuro atque alacri ſint animo, ut facilè inveniri nequeant, qui nos felicium lætarumque rerum participes faciant; eorum verò, qui ſecus ſe habent, uberrima eſt copia. Hæc

præfati

1 Tam hæc, quàm ſequens epiſtola ſcripta fortaſſe fuit Cynegio Nyſſeni amiciſſimo viro, ut patet ex ejuſdem epiſtolis nonâ, & decimâ; nam hunc Præfecturam Prætorii in Oriente ab an. 384. uſq; ad an. 390. geſſiſſe ex pluribus Theodoſiani codicis legibus apparet: Vide accuratiſſimum Gotofredum in Proſopographiâ & in notitiâ dignitatum ejuſdem codicis.

præfati ſumus propter infelicem tragœdiam, quam malus quidam dęmon adversùs illos, quorum integerrima ſemper vita fuit, excitavit. Nobilis juvenis, [1] Syneſius nomine, ex cognatione noſtrâ, in ipſo ætatis flore, & nondum ferè vitam exorſus, in magnis periculis verſatur, ex quibus illum eripere ſolus Deus poteſt, ac poſt Deum, tu, cui de morte, ac vitâ ſuffragium creditum eſt. Involuntariè infortunium accidit; quis enim ſponte ſuâ infelix eſt? & nunc infortunium iſtud crimini vertunt, qui illum rei capitalis accuſarunt. Sed eos quidem, irâ depoſitâ, mites pacatoſque, miſſis ad ſingulos literis, reddere, conabor: at verò clementia tua, cum juſtitiâ conjuncta, ne à nobis hac in re deſideretur, enixè rogo, ut ſcilicet, benignitas tua adoleſcentis vincat calamitatem, nihil intentatum omittens, quò adoleſcens, ope tuâ improbo illo genio, ſibi adverſante, ſuperato, extra diſcriminis aleam conſtituatur. Quæ animus erat dicere, paucis exequutus ſum; qua verò ratione ritè rectèque negotium perfici queat, nec meum eſt dicere, nec tuum doceri.

ταῦτα προοιμιάζομαι διὰ τὴν δυστυχῆ τραγῳδίαν, ἣν πονηρός τις δαίμων ἐν τοῖς πάλαι γνησίοις ἐδραματούργησε. νέος τῶν εὐπατριδῶν, [1] Συνέσιος ὄνομα αὐτῷ, οὐκ ἔξω τοῦ ἐμοῦ γένους, ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας, οὔπω σχεδὸν τοῦ ζῆν ἀρξάμενος, ἐν μεγάλοις κινδύνοις ἐστὶν, ὃν ἐξελέσθαι μόνος ὁ Θεὸς ἰσχὺν ἔχει, καὶ μετὰ τὸν Θεὸν σὺ, ὁ τὴν περὶ θανάτου, καὶ ζωῆς ψῆφον πεπιστευμένος. δυστύχημα γέγονεν ἀκούσιον· τίς δ' ἂν ἑκὼν δυστυχήσειε; καὶ νῦν ἔγκλημα τὴν δυστυχίαν πεποίηνται οἱ κατ' αὐτοῦ τὴν ἐπιθανάτιον ταύτην δίκην συστήσαντες. ἀλλ' ἐκείνους μὲν ἰδίοις γράμμασι καθυφεῖναι τῆς ὀργῆς, δυσωπῆσαι πειράσομαι· τὸ δὲ σὸν εὐμενὲς μετὰ τοῦ δικαίου καὶ μεθ' ἡμῶν γενέσθαι παρακαλῶ, ὅπως ἂν τὴν ἀθλιότητα τοῦ νέου ἡ σὴ φιλανθρωπία νικήσειε, πᾶσαν μηχανὴν ἐξευροῦσα, δι' ἧς ἔξω κινδύνων ἔσται ὁ νέος, τὸν πονηρὸν κατ' αὐτοῦ δαίμονα διὰ τῆς σῆς συμμαχίας νικήσας. πάντα εἶπον ἐν κεφαλαίῳ, ἃ βούλομαι· τὸ δὲ καθ' ἕκαστον ὑποτίθεσθαι, ὅπως ἂν κατορθωθείη τὸ σπουδαζόμενον, οὔτε ἐμὸν ἂν εἴη τὸ λέγειν, οὔτε σὸν τὸ διδάσκεσθαι.

ΕΠΙ-

EPI-

[1] Hujus Syneſii, Nyſſeno conſanguinitate conjuncti, nulla, quod ſciam, apud alium quempiam Scriptorem mentio habetur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ έ

[1] Ἐφ' ᾧ μάλιστα παρὰ τῶν σοφῶν ὁ βασιλεὺς τῶν Μακεδόνων θαυμάζεται· θαυμάζεται γὰρ οὐ τοσοῦτον τοῖς Μηδικοῖς [2] τρόποις, οὐδὲ τοῖς Ἰνδικοῖς τε, καὶ περὶ τὸν ὠκεανὸν διηγήμασιν, ὅσον ἐπὶ τῷ εἰπεῖν τὸν θησαυρὸν ἐν τοῖς φίλοις ἔχειν· τολμῶ καὶ αὐτὸς ἐν τῷ μέρει τούτῳ τοῖς ἐκείνου θαύμασιν ἐμαυτὸν ἀντεπᾶραι, καί μοι προσήκειν τὸν τοιοῦτον μᾶλλον λόγον εἰπεῖν. ὅτι δὲ πλουτῶ τῇ φιλίᾳ, καὶ ὑπεραίρω τῷ τοιούτῳ κτήματι τάχα καὶ αὐτὸς ἐκεῖνον τὸν ἐπὶ τούτῳ μεγαλαυχούμενον. τίς γὰρ ἐκείνῳ τοιοῦτος φίλος, οἷος ἐμοὶ σὺ, διὰ πάντων ἐν ἑκάστῳ τῆς ἀρετῆς εἴδει πρὸς ἑαυτὸν ἁμιλλώμενος; πάντως γὰρ οὐκ ἄν τις ἐμοὶ, [3] ταῦτα λέγοντι, κολακείαν ἐπικαλέσειε, πρός τε τὴν ἡλικίαν τὴν ἐμὴν, καὶ πρὸς τὸν σὸν βίον βλέπων· ἔξωρός τε γὰρ ἤδη πρὸς κολακείαν ἡ πολιὰ, καὶ τὸ γῆρας εἰς θωπείαν ἀνεπιτήδειον, σοί τε, καὶ εἰ ἐν ὥρᾳ τοῦ κολακεύειν εἴη ποτὲ, ὁ ἔπαινος πρὸς ὑπόληψιν κολακείας οὐ κατέπιπτε, τοῦ βίου πρὸ τοῦ λόγου δεικνύντος τὸν ἔπαινον. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς καλοῖς πλουτούντων ἴδιον τὸ εἰδέναι κεχρῆσθαι, οἷς ἔχει· ἀρίστη δὲ χρῆσις

EPISTOLA V.

[1] Qua in re magnum illum Macedonum Regem ſapientes potiſſimùm ſuſpiciunt, atque admirantur; apud eos quippe admirationi habetur, non tam [2] ob victorias de Medis relatas, vel ob ea, quæ de rebus ab ipſo in Indiâ, & circa Oceanum geſtis narrantur, quàm quòd dixerit, ſe in amicis theſaurum poſſidere. Qua, inquam, in re maximam ille ſui admirationem concitavit, eâ utique & ipſe, æquè ac ille, efferri haud vereor, & non immeritò affirmare poſſum, effatum illud mihi etiam convenire; nam cùm magna mihi ſit amicorum copia, fortaſſe & illum, de iis ſe magnificè jactantem, eorundem numero, atque præſtantiâ longè antecello. Quis enim illi tam amicus, quàm tu mihi es, qui in omni virtutum genere ſemper temetipſum ſuperare contendis? Neque enim quiſpiam me iſta dicentem aſſentationis accuſaverit, ſi ad ætatem meam, & tuum vivendi inſtitutum reſpiciat. Nam & canitiem non decet aſſentatio, nec ſenectus adulationi apta eſt; tibi autem impertita laus, quantumvis adulatio noſtræ conveniret ætati, in nullam certè aſſentationis ſuſpicionem incideret, cum vitæ tuæ

1 Hæc etiam epiſtola ad Cynegium ſcripta fuiſſe videtur, ut diximus in notis ad epiſtolam præcedentem.

2 Fortaſſe legendum τροπαίοις, *trophæa*.

3 Ita emendandum cenſui Vaticanum codicem, in quo legitur, ταῦτα λέγει.

tæ tuæ ratio nil verbis egeat, ut ſe omni laude dignã eſſe oſtendat. At verò cùm eorum, qui divites ſcitè prudenterque eſſe norunt, proprium ſit ſcire illis uti bonis, quæ poſſident; optimus autem divitiarum uſus ſit, amicos eorum, quæ poſſidemus, participes facere; mihi autem amicus ſit eximiâ præ cæteris omnibus ſinceritate conjunctus, dilectiſſimus filius Alexander; ſine ut meum theſaurum ipſi oſtendam, nec oſtendam tantummodo, ſed & efficiam, ut eo affatim potiatur, dum illum tuo patrocinio indigentem, iis in negotiis tueberis, atq; juvabis, quorum causâ ad te venit. Ipſe autem per ſe cuncta indicabit; ita enim fieri potiùs decet, quàm ut ſingula ad te hiſce literis perſcribamus.

EPISTOLA VI.

[1] TAle quidpiam admirandum præſtigiatores artificiosè in Theatris edere ajunt, quum fabulâ ex hiſtoriis mutuatâ, vel narratione aliquâ vetere in præſtigiarum materiem aſſumptâ, rem totam, quaſi verè tunc gereretur, actione ac geſtu ſpectatorum oculis ſubjiciunt. Porrò hôc pacto, quod ſibi repræſentandum propoſuerunt, efficiunt. Varias enim formas, atque perſonas induti, ac urbem quoque

in orcheſtrâ

χρῆσις τῶν περιόντων, τὰ κοινὰ προτιθέναι τοῖς φίλοις, ἃ ἔχουσι· φίλος δέ μοι πάντων μάλιστα διὰ πάσης γνησιότητος συνηρμοσμένος, ὁ ποθεινότατος υἱὸς Ἀλέξανδρος, παρακλήθητι δεῖξαι αὐτῷ τὸν ἐμὸν θησαυρόν· καὶ μὴ δεῖξαι μόνον, ἀλλὰ καὶ δαψιλῶς παρασχεῖν ἐμφορηθῆναι, τῷ προστῆναι αὐτοῦ, ὑπὲρ ὧν ἥκει, τῆς σῆς προστασίας δεόμενος. λέξει δὲ δι' ἑαυτοῦ τὰ πάντα. οὕτω γὰρ εὐπρεπέστερον, ἢ τὰ καθ' ἕκαστον ἐμὲ διεξιέναι τῷ γράμματι.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ϛʹ.

[1] ΤΟιοῦτόν τι θαῦμά φασιν ἐν τοῖς θεάτροις τοὺς θαυματοποιοῦντας τεχνάζεσθαι. μῦθον ἐξ ἱστορίας, ἢ τινα τῶν ἀρχαίων διηγημάτων, ὑπόθεσιν τῆς θαυματοποιΐας λαβόντες, ἔργῳ τοῖς θεαταῖς διηγοῦνται τὴν ἱστορίαν. διηγοῦνται δὲ οὕτως τὰ κατάλληλα τῶν ἱστορουμένων· ὑποδυόντες σχήματά τε, καὶ πρόσωπα, καὶ πόλιν ἐκ παραπετασμάτων ἐπὶ τῆς ὀρχήστρας δι' ὁμοιότητός τινος σχηματίσαντες, καὶ τέως ψιλὸν τόπον τῇ ἐναργεῖ μιμήσει

τῶν

1 Ex hujus epiſtolæ argumento diſcimus Gregorium Nyſſenum, Baſilii fratris, & Gregorii Nazianzeni exemplo in eremum aliquando ſeceſſiſſe, cujus rei neſcio an apud alium quempiam veterem Scriptorem mentio habeatur. Cæterum ad quemnam hæc epiſtola ſcripta fuerit divinare non poſſumus.

τῶν πραγμάτων οἰκειώσαντες, θαῦμα τοῖς θεωμένοις γίνονται, αὐτοί τε οἱ μιμηταὶ τῶν ἐν τῇ ἱστορίᾳ πραγμάτων, καὶ τὰ παραπετάσματα, ἡ πόλις δή. τί οὖν μοι τὸ διήγημα βούλεται; ἐπειδὴ χρεία ἡμῖν τὴν μὴ οὖσαν πόλιν, καὶ οὖσαν δεῖξαι τοῖς συνιοῦσι, παρακλήθητι γενέσθαι τῆς πόλεως ἡμῶν οἰκιστὴς αὐτοσχέδιος, αὐτῷ τῷ φανῆναι μόνον· πόλιν εἶναι δοκεῖν τὸν ἔρημον χῶρον παρασκεύασον· ὅτι σοὶ καὶ ἡ ὁδὸς οὐ πολλή, καὶ ἡ χάρις, ἣν δώσεις, σφόδρα πολλή· βουλόμεθα γὰρ φαιδροτέρους ἑαυτοὺς δεῖξαι τοῖς συνιοῦσιν, ἀντ᾽ ἄλλου τινὸς κόσμου, τῇ φαιδρότητι ὑμῶν καλλωπιζόμενοι.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ζ'.

[1] ΠΟῖον τοιοῦτον ἄνθος ἐν ἔαρι; τίνες τοιαῦται μουσικῶν ὀρνίθων φωναί; ποίαις λεπταῖς, καὶ πρασηνέσι ταῖς αὔραις καταγλυκαίνεται γαληνιῶσα θάλασσα; τίς ἄρουρα τοῖς γεωπόνοις οὕτως ἡδεῖα, ἢ εὐθηνουμένη ληΐοις, ἢ τοῖς καρποῖς ἤδη τῶν ἀσταχύων ἀποκυμαίνουσα, ὅσον τὸ πνευματικὸν ἔαρ, ἐκ τῆς εἰρηνικῆς σου ἀκτῖνος, διὰ τῆς ἐν τοῖς γράμμα-

σι

in orcheſtrâ ex velis efformantes, nudum illum locum tum demum vivâ geſtarum rerum imitatione ita ad fabulæ argumentum accomodant, ut tam ipſi rerum, quæ in illâ hiſtoriâ continentur, imitatores, quàm vela ipſa, urbs, videlicet, velis repræſentata, miraculum ſpectatoribus fiant. At quare nobis inſtituta eſt hæc narratio? Quoniam mihi opus eſt, urbem, quę nuſquam ęſt; quaſi reverâ eſſet, advenientibus oſtendere, te etiam atque etiam rogo, ut ſpecie tantùm tenus te in extemporalem urbis noſtræ civem aſciſci patiaris, (dabo quippe operam, ut ſolitarius iſtę locus urbs eſſe videatur) quandoquidem tibi non multum itineris conficiendum eſt, gratia autem, quam præſtabis, valde magna. Volumus quippe noſmetipſos ſplendidiores hoſpitibus oſtendere, veſtrâ, ſcilicet, claritate, prę alio quopiam ornatu, decorati.

EPISTOLA VII.

[1] QUinam verno tempore flos tam gratus, quænam cantantium avium voces tam ſuaves, quænam tam placidæ, atque lenes auræ, quibus tranquillatum mare miteſcit, quænam tellus agricolis tam jucunda, ſive viridi ſegete luxuriet, ſive jam ſpicarum culminibus fluctuet, quàm ſuave ac jucundum

eſt ver

1 Cuinam hæc epiſtola ſcripta fuerit, penitus ignoro, cùm ejus verba nullam ad id conjiciendum opem ſuppeditent; videtur tamen eo tempore data fuiſſe, quo Nyſſenus ab Eccleſiâ ſuâ Valentis juſſu exulabat.

eſt ver illud ſpirituale, quod tuis pacem afferentibus radiis, per literarum tuarum fulgorem, vitam noſtram mœrori ſubtractam, illuſtrem, hilaremque reddit. Sic nobis fortaſſe congruit, propheticum illud de præſentibus bonis uſurpare. *Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes Dei*, per probitatem tuam, *lætificaverunt animam meam*, dum ſolis radiorum inſtar, vitam noſtram, pruinâ veluti aduſtã, fovent. Nàm æquè ſumma ſunt malorum noſtrorum magnitudo, & bonorum tuorum dulcedo. Quòd ſi ex eo quòd adventum tuum tantummodo annuntiaveris, uſque adeo nos alacres, lætoſque feciſti, ut omnia ex ſummo mœrore in hilaritatem converſa fuerint; quid non igitur præſtabit vel ſolus tui aſpectus, quum præſens aderis, Vir integerrime atque venerande? Quantum etiam ſolamen afferet dulcis vox tua, noſtris auribus inſonans? Sed utinam id fiat quàm citiſſimè, Dei ope atque auxilio, qui puſillanimis doloris remiſſionem, & mœrore confectis requiem largitur.

Pſal. 93. 19.

σι λαμπηδόνος, τὴν ζωὴν ἡμῶν ἐκ κατηφείας ἐφαίδρυνον. οὕτω γὰρ ἡμῖν τάχα τὸ προφητικὸν ἁρμόσει τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς ἐπιφθέγξασθαι, ὅτι καὶ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν, τῶν ἐν τῇ καρδίᾳ, αἱ τοῦ Θεοῦ παρακλήσεις, διὰ τῆς σῆς ἀγαθότητος, τὴν ψυχὴν ἡμῶν εὔφραναν, ἀκτίνων δίκην τῇ πάχνῃ κεκαυμένην τὴν ζωὴν ἡμῶν ἐπιθάλπουσαι. ἴση γάρ ἐστιν ἐν ἀμφοτέροις ἡ ἀκρότης, τῆς τε παχύτητος, λέγω, τῶν λυπηρῶν, καὶ τῆς γλυκύτητος τῶν σῶν ἀγαθῶν. καὶ εἰ μόνον εὐαγγελισάμενος ἡμῖν τὴν παρουσίαν σου, τοσοῦτον ἐφαίδρυνας, ὥστε πάντα ἡμῖν ἐκ τῆς ἐσχάτης ἀλγηδόνος εἰς φαιδρὰν μεταβληθῆναι κατάστασιν, τί ποτε ἄρα ποιήσει, καὶ ὀφθεῖσα μόνον, ἡ τιμία, καὶ ἀγαθὴ παρουσία σου; πόσην δὲ δώσει τῇ ψυχῇ ἡμῶν παράκλησιν ἡ γλυκεῖα σου φωνὴ ταῖς ἀκοαῖς ἐνηχήσασα; ἀλλὰ γένοιτο ταῦτα διὰ τάχους κατὰ Θεοῦ συνεργίαν, τοῦ διδόντος ὀλιγοψύχοις ἄνεσιν, καὶ τοῖς συντετριμμένοις ἀνάπαυσιν. ἡμᾶς δὲ γίνωσκε, ἐὰν μὲν εἰς τὸ ἡμέτερον βλέψωμεν, περιαλγεῖν τοῖς παροῦσι, καὶ διαφοροῦντας μὴ παύεσθαι· ἐὰν δὲ πρὸς τὴν σὴν ἀπίδωμεν τιμιότητα, πολλὴν ὁμολογεῖν τῇ οἰκονομίᾳ τοῦ δεσπότου τὴν χάριν, ὅτι ἔξεστιν ἡμῖν ἐκ γειτόνων ἀπολαύειν τῆς γλυ-

Scias autem nos, ſi ad noſtra quidem reſpiciamus, de præſentibus rebus vehementer dolere, neque eos, qui nos vexant, unquam ceſſare; at verò ſi ad præſtantiam tuam oculos convertamus, ultro fateri, multum nos Domini providentiæ debere, quòd nobis fas ſit egregiâ illâ tuâ mente, ejuſque jucunditate è propinquo

γλυκείας σου, καὶ ἀγαθῆς προαιρέσεως, καὶ ἐμφορεῖσθαι κατ᾽ ἐξουσίαν μέχρι κόρου τῆς τοιαύτης τροφῆς, εἰ δή τις κόρος τῶν τοιούτων ἐστίν.

pinquo frui, & hujuſcemodi cibo ad ſatietatem uſque pro libitu expleri, ſi tamen talis rei ulla poteſt eſſe ſatietas.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ῍ ή.

[1] Αἰτῶν τι προσφυὲς καὶ οἰκεῖον τῷ γράμματι δοῦναι προοίμιον, ἀπὸ μὲν τῶν ἐμοὶ συνήθων, λέγω δὴ τῶν γραφικῶν ἀναγνωσμάτων, οὐκ εἶχον ὅτῳ καὶ χρήσομαι, οὐ τῷ μὴ εὑρίσκειν τὸ συμβαῖνον, ἀλλὰ τῷ περιττὸν κρίνειν πρὸς οὐκ εἰδότας, τοιαῦτα γράφειν. ἡ γὰρ περὶ τοὺς ἔξω λόγους σπουδή, τοῦ μηδεμίαν τῶν θείων μαθημάτων ἐπιμέλειαν ἔχειν, ἀπόδειξις ἡμῖν γέγονεν. οὐκοῦν ἐκεῖνα μὲν σιωπήσομαι, ἐκ δὲ τῶν σῶν πρὸς τὴν λογιότητά σου προοιμιάσομαι. πεποίηταί τις παρὰ τῷ διδασκάλῳ τῆς ὑμετέρας παιδεύσεως, πρεσβυτικῶς εὐφραινόμενος, μετὰ τὴν χρονίαν αὐτοῦ κακοπάθειαν ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχων τὸν ἑαυτοῦ παῖδα, καὶ τοῦ παιδὸς ἅμα τὸν παῖδα [2] ὑπόθεσιν δόντος τῆς εὐφροσύνης, ἡ περὶ τῶν πρω-

τείων

EPISTOLA VIII.

[1] Cum aptum aliquod atq; conveniens exordium ex ſacræ Scripturæ lectione, pro conſuetudine noſtrâ, epiſtolæ præfigendum perquirerem, nullum, quo uterer, invenire potui; non quòd nil congruum atque propoſito noſtro conſentaneum occurreret, ſed quod talia ſupervacaneum cenſerem, neſcientibus ſcribere. Studium enim, quod prophanis rebus impendis, argumento nobis eſt, te nullam ſacris doctrinis, operam dare. Igitur illa quidem ſilentio prætermittam; ex tuis verò rebus meæ ad te Virũ eruditum, & eloquentem epiſtolę, initium faciam. Fingitur non nemo ab eruditionis veſtræ magiſtro poſt diuturnam malorum tolerantiam ſenum more exultans, dum ante oculos unà haberet filium, & nepotem ex eodem filio, qui exultandi occaſionem

ſeni

1 Scripta eſt hæc epiſtola ad eruditum juvenem quendam Cappadocem, vel in Cappadocia degentem, Chriſtianum ne, an Ethnicum, incertùm, qui eum fidei fortaſſe causâ exulantem, ſuis literis patri commendaverat. Epiſtolę autem argumentum deſumptum eſt ex Homeri Odyſ. lib. 24. in cujus fine ait, Laërtem, cùm videret, Telemachum nepotem, ab Vlyſſe patre monitum, in aciem alacri animo deſcendiſſe adversùs Ithacenſes, & Cephallenios, qui procorum necem ulturi, paternam domum armis aggrediebantur, exclamaſſe.

Τίς νύ μοι ἡμέρη ἥδε, θεοὶ φίλοι· ἦ μάλα χαίρω.
Υἱός τε υἱωνός τ᾽ ἀρετῆς πέρι δῆριν ἔχουσι.
Quæ mihi dies hæc, Dii dilecti, certè valde gaudeo:
Filiuſque, nepoſque virtutem circa, pugnam habent.

2 Vide an legendum ſit, ἀμφοτέρω ὑπόθεσιν δόντος, ita ut adverbium, ἅμα abſolutè poſitum, nullum caſum regat.

ſeni præbuerat. Vlyſſis cum Telemacho de virtute certamen, quod & Cephalleniis memoratur, ad noſtri ſermonis ſcopum confert; quandoquidem excipientes me nunc tu, & pater tuus, quemadmodum illi Laërtem, honore, & benevolentiâ erga nos, de principatu cum munificis quibuſque, ac generoſis viris contendiſtis, hic quidem ſuum in modum, tu verò è Cappadociâ per literas ſingularibus planè erga me officiis certantes. Quid igitur ego ſenex? Feliciſſimam cenſeo eam diem, in qua talem video inter patrem, filiumque contentionem. Ne itaque ceſſes juſta boni, & admirandi patris vota implere, & præclaris factis paternam gloriam ſuperare. Ego ſanè ambobus vobis gratioſum me judicem præbebo, tibi quidem palmam de patre concedens, patri verò de te. Nos autẽ aſperam, non tam lapidibus, quàm habitatorũ moribus, Ithacam feremus, in qua multi proci, & bonorum expetitæ ad nuptias mulieris occupatores, qui vel hoc ipſo ſponsã contumeliã afficiunt, quòd modeſtiæ atq; pudori nuptias minantur, [3] Melantho, vel

τέων τῆς ἀρετῆς Ὀδυσσεῖ πρὸς τὸν Τηλέμαχον μάχη, [1] εἰ καὶ τῇ μνήμῃ τῶν Κεφαλλήνων, πρὸς τὸν σκοπὸν τοῦ λόγου συμβάλλεται. ὅτι με διαλαβόντες νυνὶ σύ τε, καὶ ὁ τὰ πάντα θαυμάσιος ὁ πατὴρ ὁ σὸς, ὥσπερ τὸν Λαέρτην ἐκεῖνοι, φιλοτίμους ὅλως ἐν τῇ πρὸς ἡμᾶς τιμῇ τε, καὶ φιλοφροσύνῃ περὶ τῶν πρωτείων διαγωνίζεσθε, ὁ μὲν οὕτως, σὺ δὲ ἀπὸ Καππαδοκίας τοῖς γράμμασι βάλλοντες. τί οὖν ὁ γέρων ἐγώ; μακαριστὸν τίθεμαι τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ βλέπω τοιαύτην παιδὶ πρὸς πατέρα τὴν ἅμιλλαν. μήποτε οὖν παύσαιο, χρηστοῦ, καὶ θαυμαστοῦ πατρὸς εὐχὴν δικαίαν ἀποπληρῶν, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς προτερήμασι τὴν πατρικὴν δόξαν ὑπερβαλλόμενος. παρ' ἀμφοτέροις ὑμῖν ἔσομαι κεχαρισμένος κριτής· σοὶ μὲν τὰ πρωτεῖα πρὸς τὸν πατέρα νέμων, τῷ πατρὶ δὲ πρὸς σέ· ἡμεῖς δὲ οἴσομεν τὴν τραχεῖαν Ἰθάκην, οὐ λίθοις τοσοῦτον, ὅσον τοῖς ἤθεσι τῶν οἰκητόρων τραχυνομένην, ἐν ᾗ πολλοὶ μνηστῆρες, καὶ τῶν κτημάτων τῆς μνηστευομένης [2] κρατῆρες, οἱ καὶ αὐτῷ τούτῳ τὴν νύμφην ὑβρίζοντες, τῷ ἐπαπειλεῖν τὸν γάμον τῇ σωφροσύνῃ, [3] Μελανθεῖς, οἶμαι

1 Et hic fortaſſe legendũ, οὐ καὶ ἐν τῇ μνήμῃ.

2 Et ſi incompertum mihi ſit, an vox, κρατῆρες, pro occupatoribus, eo ſenſu à quopiam accepta ſit, quo verbum, κρατεῖν ſæpenumero uſurpatur; tamen non video, quonam alio meliori ſenſu hôc in loco latinè reddi poſſit.

3 Notum eſt Eruditis, hôc nomine appellatam fuiſſe eam Penelopis ancillam, quæ Vlyſſem, ſub pauperis habitu latentem, adeo adverſabatur, vt & verbera ei minaretur, niſi è Penelopis domo diſcederet, ut videre eſt in Homeri Odyſ. lib. 18. verſ. 319. & lib. 19. verſ. 65.

οἶμαι, τινὸς, ἢ ἄλλης τοιαύτης, ἀξίως πράττοντες· οὐδαμοῦ δὲ ὁ σφενδονίζων [1] τῷ τόξῳ. ὁρᾷς ὅσον πρεσβυτικῶς ἐπὶ τὰ μηδὲν προσήκοντα ἡμῖν παρεληρήσαμεν. ἀλλά μοι πρόχειρος ἔστω διὰ τὴν πολιὰν ἡ συγγνώμη· ἴδιον γὰρ αὐτῆς, ὥσπερ τὸ κορυζᾶσθαι τὰ ὄμματα, καὶ τὰ μέλη πάντα ὑπὸ τῆς τοῦ γήρως [2] ἀπονοίας βαρύνεσθαι, οὕτω καὶ τὸ ἀδολεσχεῖν ἐν τῷ λόγῳ. σὺ δὲ ὑμᾶς τοῖς τροχαλοῖς τε καὶ διεγηγερμένοις τῶν λόγων νεανικῶς δεξιούμενος, ἀνανεώσῃ τὸ γῆρας, τῇ καλῇ τε καὶ πρεπούσῃ γηροκομίᾳ ταύτῃ τὸ ἐκ μήκους τῆς ἡλικίας ἐπανορθούμενος.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ θʹ.

[3] Οὔτε δὲ τοῦ ἔαρος ἡ χάρις διαλάμπειν νῦν τὸ ἀθρόον πέφυκεν· ἀλλὰ προοίμια τῆς ὥρας γίνονται ἀκτίς τε προσηνῶς τὸ πεπηγὸς τῆς γῆς ἐπιθάλπουσα, καὶ ἄνθος ἡμιφανῶς τῇ βώλῳ ὑποκρυπτόμενον, καὶ αὖραι τὴν γῆν ἐπιπνέουσαι, ὡς διὰ βάθους τὸ ἐκ τοῦ ἀέρος γόνιμόν τε καὶ ζώφυτον εἰς αὐτὴν διαδύεσθαι

vel aliquâ aliâ ejúſdem generis muliere, ut arbitror, digna perpetrantes; ſed qui [1] arcu valeat, nullus ſuppetit. Vides quàm ſeniliter in his, quæ nil nobis conveniunt, nugati ſumus. Sed mihi ob canitiem venia ultrò danda erit; proprium enim ſenectutis eſt, quemadmodum oculos gravedine infeſtare, & membris omnibus torporem inducere, ita & garrulam, atque verboſam eſſe. Tu autem volubili, fervido, atque incitato ſermone nos, ut juvenem decet, excipiens, me juventuti quodammodo reddes, pulchrâ atque decenti hac ſenes curandi ratione, longævitatem noſtram in meliorem ſtatum reſtituens.

EPISTOLA IX.

[3] Nec veris gratia repentè, ac tota ſimul emicare ſolet; ſed verni temporis exordia fiunt ſolis radii terræ duritiem blandè emollientes, & flores dimidiâ ſui parte glebis tecti, & auræ terram afflantes, ut ſeminalem, atque generativam aëris virtutem in ejus abdita inſinuent; licet & recens pullulantem.

1 Reſpicit Nyſſenus ad Procorum necem, quam Vlyſſes jactis arcu ſagittis, patravit. Vide Homeri Odyſſ. lib.22.

2 Aut hic mendum aliquod ſubeſt, aut ἡ τοῦ γήρως ἀπόνοια, idem per circumlocutionem eſt, ac ſimplex, τὸ γῆρας, quod poſtremum in verſione noſtrâ ſecuti ſumus.

3 Ex hujus epiſtolæ contextu apparet, eam ſcriptam fuiſſe ad Cappadocem virum in quodam Ponti loco degentem. Moris autem tunc erat, amicos ad celebriores feſtivitates, præſertim Paſchatis, unà celebrandas invitare, ut patet ex Nazianzeni epiſtolis 99. 100. & 102. ad Eulalium, junctis epiſtolæ 230. ad Palladium.

tem herbam intueri, & avium, quos hyems exulare juſſit, reditum, & alia multa hujuſcemodi, quæ quãvis ſigna potiùs veris ſint, quàm ver ipſum; attamẽ & ipſa jucunda ſunt, quoniã res longè jucundiſſimas portendũt. Quid igitur ſibi vult ſermo noſter? Quoniam benevolentia tua, theſauri in te repoſiti prænuntia, per literas ad nos veniens, pulchro initio bona, quæ à te expectamus, annunciat; nos quidem inſitam illis gratiã, veluti quendam primo veris tẽpore apparentem florem, ſuſcipimus, etiam atque etiam rogantes, ut pleno tuæ probitatis vere quàm primùm nos frui facias. Multùm enim, ut probè noſti, multùm moleſtię nobis attulit feritas, & aſperitas morum, qui apud hujus regionis incolas vigent, & quemadmodum in domorum tectis ex influentibus aquis [2] glacies accreſcit; (exemplo enim è noſtrâ regione ſumpto utar) & defluens novus aquæ humor, ſi ſuper aquæ jam denſatæ ſuperficiem dilatetur, in glaciem & ipſe dureſcit, ejuſdemque maſſam adauget; ſimile quidpiam in noſtrorum indigenarũ moribus obtinere videtur, cùm aliquid ſemper ad veterem

δύεσθαι. ἔστι καὶ νεοθαλῆ πόαν θεάσασθαι, καὶ ὀρνίθων ἐπάνοδον, οὓς ὁ χειμὼν ἀπεξένωσε, καὶ πολλὰ τοιαῦτα, ἃ σημεῖα μᾶλλόν ἐστι τοῦ ἔαρος, οὐκ αὐτὸ τὸ ἔαρ, πλὴν ἀλλ' ἤδη καὶ ταῦτα, διότι καὶ τῶν ἡδίστων [1] μηνύματα γίνεται. τί οὖν ὁ λόγος μοὶ βούλεται; ἐπειδὴ πρόδρομος τῶν ἐν σοὶ θησαυρῶν, ἡ διὰ τῶν γραμμάτων σου φιλοφροσύνη πρὸς ἡμᾶς ἐλθοῦσα, καλῷ προοιμίῳ τὸ παρὰ σοῦ προσδοκώμενον ἡμῖν διαγγελίζεται· καὶ τὴν ἐν τούτοις χάριν δεχόμεθα, ὥς τι πρωτοφανὲς ἄνθος τοῦ ἔαρος, καὶ ὅλης ἀπολαῦσαι τῆς ὥρας, ἐν σοὶ εὐχόμεθα διὰ τάχους. σφόδρα γὰρ, εὖ ἴσθι, σφόδρα τῷ θυμῷ, καὶ τῇ πικρίᾳ τῶν ἐπιχωρίων ἠθῶν πεπονήκαμεν, καὶ ὥσπερ τοῖς δωματίοις ἐκ τῶν ἐπεισρεόντων ὑδάτων ὑποτρέφεται [2] κρύσταλλος· χρήσομαι γὰρ ἐκ τῶν ἡμετέρων τῷ ὑποδείγματι· οὕτω καταῤῥέουσα νοτὶς, εἰ τῷ πεπηγότι ἐπιπολάσειε, λιθοῦται περὶ τὸν κρύσταλλον, καὶ προσθήκη τοῦ ὄγκου γίνεται. τοιοῦτόν τι βλεπέτω τοῖς πολλοῖς τῶν κατὰ τὸν τόπον ἐπιχωριαζόντων τὸ ἦθος, ὡς ἀεί τι προ-

1 Ita emendandus fortaſſe Vaticanus codex, in quo ſcribitur, μηνυμάτων.

2 Vox κρύσταλλος, duplicem apud Grecos ſignificationem habet; nam & pro glacie ſumitur, atque etiam pro eo, quod latini etiam vocant cryſtallum, uſurpatur. Nos autem glaciem vertimus, cum neſciamus an apud ullum Scriptorem cryſtalli in Cappadociâ naſcentis mentio fiat, & alioqui de Cappadociæ nivibus jocatur Libanius in epiſtola 156. inter Baſilii epiſtolas, idemque Baſilius tum epiſtolâ ſequenti, tum paſſim, de Cappadocię hyemis acerbitate conqueritur.

τι προσεπινοεῖται παρ' αὐτῶν εἰς πικρίαν, καὶ ἐφευρίσκεται, καὶ τῷ προκατειργασμένῳ, ἕτερον κακὸν ἐπιπήγνυται, κἀκείνῳ ἄλλο, καὶ πάλιν ἕτερον, καὶ τοῦτο συνεχῶς ὑπαντᾷ, καὶ οὐδεὶς αὐτῷ ὅρος τοῦ μίσους, καὶ τῆς τῶν κακῶν ἐπαυξήσεως· ὥστε πολλῶν ὑμῖν εὐχῶν εἶναι χρείαν, ἐπιπνεῦσαι διὰ τάχους τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, καὶ διαχέαι τὴν πικρίαν τοῦ μίσους, καὶ διαθρύψαι τὸν ἐκ τῆς πονηρίας αὐτοῖς πηγνύμενον κρύσταλλον. διὰ ταῦτα γλυκὺ τὸ ἔαρ καὶ κατὰ φύσιν ὑπάρχον, ἑαυτοῦ ποθεινότερον γίνεται τοῖς ἀπὸ τοιούτων σε προσδεχομένοις χειμώνων. μὴ οὖν βραδυνέτω ἡ χάρις· ἄλλως τε καὶ τῆς ἁγίας ἡμῖν ἡμέρας πλησιαζούσης, εὐλογώτερον ἂν εἴη, τὴν ἐνεγκοῦσαν τοῖς ἰδίοις μᾶλλον, ἢ τὸν Πόντον τοῖς ἡμετέροις σεμνύνεσθαι. ἐλθὲ οὖν, ὦ φίλη κεφαλὴ, φέρων ἡμῖν ἀγαθῶν πλῆθος, σαυτόν· τοῦτο γάρ ἐστι τῶν ἀγαθῶν τῶν ἡμετέρων τὸ πλήρωμα.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ί.

[1] Ἤκουσά τινος ἰατρικοῦ, παράλογόν τι φύσεως πάθος διηγουμένου. τὸ δὲ διήγημα τοιοῦτο ἦν. κατείχετό τις, φησὶ, ἀρρωστήματί τι-

νι

terem aſperitatem excogitent, atque adinveniant, & malo jam perpetrato, alterum malum adjiciant, & iſti aliud, aliudque rurſus, idque perpetuò accidit, & nullus odii, & malorum incrementi terminus apparet; ita ut multis precibus nobis opus ſit, ut Spiritûs ſancti gratiâ quàm citò nos afflante, odii amaritudo diſſipetur, & glacies ipſis ex malitiâ inhęrens conteratur. Propterea, etſi ver ſuâpte naturâ jucundum ſit, attamen ſe ipſo deſiderabilius illis evadit, qui talem hyemem perpeſſi, te præſtolantur. Iſtud itaque beneficium atque gratia non differatur; nam & alioqui, ſanctâ die jam appropinquante, convenientiùs utique erit, patriam propriis potiùs, quàm Pontum alienis, hoc eſt, noſtris opibus decorari. Veni itaque, charum caput, fer nobis bonorum affluentiam, te ſcilicet, ipſum; hoc enim bonorum noſtrorum complementum erit.

EPISTOLA X.

[1] Audivi medicum inſolitam quandam naturæ affectionem enarrantem. Ejus autem narratio talis erat. Diſtinebatur

1 Libanio Sophiſtæ hæc epiſtola inſcribenda eſt, quem Sancti Baſilii magiſtrum extitiſſe pluribus oſtendimus in præfatione noſtrâ, quam vide. Hæc autem epiſtola cum ſequenti, tunc temporis à Nyſſeno ſcripta fuiſſe videtur, cùm eloquentię artes, Nazianzeno teſte in epiſtola 43. publicè profitebatur.

tur non nemo difficillimo quodam morbo, artemque incuſabat, quòd minùs, quàm polliceretur, præſtare poſſet; nam quidquid ad ejus curationem adhibebatur, expectato carebat effectu. Mox cùm exoptatum quoddam nuntium præter ſpem ipſi allatum fuiſſet, artis vicem ſupplens caſus, hominem morbo liberavit, ſive anima gaudii atque voluptatis abbundantiâ, corporis quoque habitudinem ad ſui ipſius affectionem conformaverit, ſive alio quopiã modo id acciderit, nequeo dicere, cùm mihi de talibus philoſophandi otiũ deſit, cauſamque hujus rei non adjecerit, qui narravit. Commodùm autem, ut arbitror, narrationis hujus nunc memini; cùm enim minùs valerem, quàm in votis eſſet (cauſas autem adverſitatum, quę ex eo tempore, quo apud vos fui, mihi uſque nunc evenere, nil opus eſt exactè nunc recenſere) de improviſo allata eſt mihi à te Viro eruditiſſimo epiſtola, quam ubi accepi, atque avidiſſimè perlegi, ſtatim quidem animum meum ita affecit, quaſi ab hominibus cunctis de pulcherrimis rebus laudem conſequerer, tanto in pretio apud me erat teſtimonium, quod per epiſtolam nobis impertiebaris; deinde verò corporis habitudo in melius ſtatim converſa eſt; unde & ipſe rem valde inſolitam tibi refero, me, ſcilicet, unam eandemque epiſto-

νι τῶν δυστροπωτέρων, καὶ τὴν τέχνην διήλεγχεν, ἔλαττον τῆς ἐπαγγελίας ἰσχύουσαν· πᾶν γὰρ τὸ ἐπινοούμενον εἰς θεραπείαν ἄπρακτον ἦν, εἶτά τινος ἀγγελίας τῶν καταθυμίων παρ' ἐλπίδας αὐτῷ μηνυθείσης, ἀντὶ τῆς τέχνης ἡ συντυχία γίνεται, λύουσα τῷ ἀνθρώπῳ τὴν νόσον· εἴτε τῆς ψυχῆς τῷ περιόντι τῆς ἀνέσεως, καὶ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν ἑαυτῇ συνδιαθείσης, εἴτε καὶ ἄλλως, οὐκ ἔχω λέγειν· οὔτε γὰρ ἐμοὶ σχολὴ τὰ τοιαῦτα φιλοσοφεῖν, καὶ τὴν αἰτίαν ὁ εἰπὼν οὐ προσέθηκεν. ἐπὶ καιροῦ δὲ νῦν ἐμνήσθην, ὡς οἶμαι, τοῦ διηγήματος· διακείμενος γὰρ, ὡς οὐκ ἂν ἐβουλόμην, τὰς δὲ αἰτίας οὐδὲν δέομαι ἀκριβῶς νῦν καταλέγειν τῶν, ἀφ' οὗ γέγονα παρ' ὑμῖν, καὶ μέχρι τοῦ νῦν, συμπεπτωκότων μοι λυπηρῶν, μηνύσαντος ἀθρόως μοί τινος περὶ τῶν γραμμάτων τῆς μονογενοῦς σου παιδεύσεως, ἐπειδὴ τάχιστα τὴν ἐπιστολὴν ἐδεξάμην, καὶ τοῖς γεγραμμένοις ἐπέδραμον, εὐθὺς μὲν τὴν ψυχὴν διέθετο, ὡς ἐπὶ τοῖς καλλίστοις ἐπὶ πάντων ἀνθρώπων ἀνακηρυσσόμενος, τοσούτου τὴν σὴν μαρτυρίαν ἐτιμησάμην, ἣν διὰ τῆς ἐπιστολῆς ἡμῖν κεχάρισαι· ἔπειτα δέ μοι καὶ ἡ τοῦ σώματος ἕξις εὐθὺς πρὸς τὸ κρεῖττον μετεποιεῖτο· καί σοι τὸ ἴσον παράδοξον καὶ αὐτὸς διήγημα δίδωμι,

ὅτι

ὅτι τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς, τὰ μὲν ἀῤῥωστῶν, τὰ δὲ καθαρῶς ὑγιαίνων, ἐπέδραμον. καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. ἐπεὶ δέ μοι τῆς χάριτος ταύτης ὁ Κυνήγιος ὑπόθεσις γέγονεν, οἷος εἶ τῷ περιόντι τῆς εἰς τὸ εὐεργετεῖν ἐξουσίας, οὐχ ἡμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς εὐεργέτας ἡμῶν καλῶς ποιεῖν· εὐεργέτης δὲ ἡμῶν οὗτος, καθὼς εἴρηται, τῶν παρὰ σοῦ γραμμάτων ἀφορμὴ γενόμενος ἡμῖν, καὶ ὑπόθεσις, καὶ διὰ τοῦτο εὖ παθεῖν ἄξιος. διδασκάλους δὲ τοὺς ἡμετέρους, εἰ μὲν [1] ὧν τι δοκοῦμεν μεμαθηκέναι, ζητοίης, Παῦλον εὑρήσεις, καὶ Ἰωάννην, καὶ τοὺς λοιποὺς Ἀποστόλους τε, καὶ προφήτας, εἴ γε μὴ τολμηρὸν ἡμῖν τὴν διδασκαλίαν οἰκειοῦσθαι τῶν τοιούτων διηγημάτων, [2] οἷς περὶ τῆς ὑμετέρας λέγοις σοφίας, ἣν κρίνειν ἐπιστήμονές φασι, ἀπὸ σοῦ πηγάζουσαν, ἐν μετοχῇ τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι πᾶσιν, οἷς τινὸς καὶ μέτεστι λόγου. ταῦτα γὰρ ἤκουσα πρὸς πάντας διηγουμένου τοῦ σοῦ μὲν μαθητοῦ, πατρὸς δὲ ἐμοῦ, καὶ διδασκάλου τοῦ θαυμαστοῦ Βασιλείου. ἴσθι με μηδὲν ἔχοντα [3] λιπαρὸν ἐν τοῖς τῶν διδασκάλων διηγήμασιν, ἐπ᾽ ὀλίγον τῷ ἀδελ-
φῷ

epiſtolam partim ægrotantem, partim verò optimè valentem perlegiſſe. Et de his quidem hactenus. Quoniam verò Cynegius cauſa fuit, cur mihi abs te gratia iſta proveniret, tu ſuperabundanti illa tuâ ad benefaciendum facultate, non nos tantùm beneficiis proſequi potes; ſed & eos, qui nos beneficiis complectuntur. Cynegius autem, ut diximus, beneficii nobis eſt auctor, qui occaſio & cauſa fuit, cur abs te literas acciperemus, & propterea dignus, qui etiam beneficiis afficiatur. Porrò ſi quæris magiſtros, ex quibus nonnihil nos didiciſſe videmur, Paulum, Joannem, cæteroſque Apoſtolos, & Prophetas extitiſſe reperies, niſi fortè audacius videatur, ejus nobis artis ſcientiam ſumere, [2] in qua, quantùm ſpectat ad res diſciplinæ veſtræ, adeo excellis, ut ejus rei periti judices hujuſce artis præcepta à te, velut ex pleniſſimo fonte, profluentia, in alios, quotquot aliquâ dicendi facultate pollent, derivari exiſtiment. Talia enim tuum quidem diſcipulum, patrem verò meum, atque magiſtrum, admirabilem illum Baſilium de te palàm dicentem ſæpiùs audivi. Scias me nullâ in hauriendis magiſtrorum documentis [2] felicitate uſum fuiſſe, quippe qui modico
tem-

1 Lego, εἰ μὲν ὑφ᾽ ὧν τι; niſi quis emendandum cenſuerit, εἰ μὲν ὧν τι.

2 Locus, ni fallor corruptus. Vide tamen an articulus οἷς, ad ἡμῖν, referatur, ut ſit, *ejus nobis artis ſcientiam ſumere, de quibus tuam ſapientiam prædicas, quam ejus rei periti judices, &c.*

3 Ita hic locus emendandus mihi videtur; nam in Vaticano codice, λυπρὸν, contrario planè ſenſu ſcribitur.

tempore cum fratre verſatus fuerim, & tantùm me divina ejus lingua cultum expolitumque reddiderit, quantùm ſatis eſt ad eorum [1] (ignorantiam) dignoſcendam, qui eloquentię ſacris haud initiati ſunt; deinde verò cum ipſo, ſi quando otium ſuppetebat, ſtudioſiſſimè converſantem, magno veſtræ elegantiæ amore flagraſſe, nec tamen illius compotem unquam fuiſſe. Igitur ſi, quantùm ad nos attinet, nullus, ut cenſeo, magiſter nos docuit; & alioquin ſi opinionem, quam de nobis habes, nefas eſt falli; quin potiùs verax eſt ſermo veſter, & nos, vel te ipſo judice, rejiciendi prorſus non ſumus; da mihi, ut hujus rei originem cauſamque ad te referam. Nam ſi Baſilius quidem noſtræ qualiſcunque in dicendo facultatis auctor eſt; ejus autem divitiæ è tuis theſauris depromptæ ſunt; tuis utique bonis potimur, etſi per alios acceperimus. Sin verò exigua hæc ſunt, parum etiam aquę & ſi in amphoris ſit, è Nilo tamen eſt.

ΕΠΙ-

φῷ συγγεγονότα, καὶ τοσοῦτον παρὰ τῆς θείας γλώττης ἐκκαθαρέντα, ὅσον ἐπιγνῶναι μόνον τὴν ([1] ἄγνοιαν) τῶν ἀμυήτων τοῦ λόγου· ἔπειτα μέντοιγε, καὶ τούτῳ, εἴποτε σχολὴν ἄγοιμι, καὶ σπουδὴν πᾶσαν ἐνδιατρίβοντα, ἐραστὴν γενέσθαι τοῦ ὑμετέρου κάλλους, καὶ τυχεῖν δὲ μηδέπω τοῦ ἔρωτος. εἰ μὲν οὖν, ὥσπερ αὐτὸς ἐγὼ κρίνω τὰ καθ' ἡμᾶς, ἐστὶν οὐδαμοῦ ὁ διδάσκαλος ἡμῶν. εἰ δὲ τὴν σὴν ὑπόληψιν, ἣν ἐφ' ἡμῖν ἔχεις, μὴ ἀληθεύειν οὐ θέμις· ἀλλ' ἀληθεῖς τινὲς ἐν τῷ λόγῳ καὶ ὑμεῖς, καὶ ἡμεῖς οὐκ ἀπόβλητοι παρά σοίγε κριτῇ, δὸς τολμῆσαί σοι τὴν τοιούτων τὴν αἰτίαν ἀναθεῖναι. εἰ γὰρ Βασίλειος μὲν τοῦ ἡμετέρου προστάτης λόγου· ἐκείνῳ δὲ ὁ πλοῦτος ἐκ τῶν σῶν ἦν θησαυρῶν, τὰ σὰ κεκτήμεθα, καὶ εἰ δι' ἑτέρων ὑπεδεξάμεθα. εἰ δὲ ὀλίγα ταῦτα, ὀλίγον ἐν τοῖς ἀμφορεῦσι τὸ ὕδωρ· ἀλλ' ἐκ τοῦ Νείλου ὅμως.

ΕΠΙ-

1 Vocem ſemicirculis incluſam nos ſupplevimus, cùm in codice Vaticano lacuna ſit.

2 Ita hic legendum videtur, licèt in Vaticano codice ſit, τέτῳ.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ͂ ιά.

[1] Ἑορτὴν ἄγειν συνήθες τοῖς Ῥωμαίοις περὶ [2] τὴν χειμέριον ὥραν, νόμον κατά τινα πάτριον, ὅτε τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν ἄνω χώραν ἀναποδίζοντος, πλεονάζειν ἄρχεται τὸ ἡμερήσιον μέτρον. ἱερὰ δὲ νενόμισται τοῦ μηνὸς ἡ ἀρχὴ, καὶ διὰ ταύτης τῆς ἡμέρας τὸ πᾶν ἔτος οἰωνιζόμενοι, δεξιάς τινας συντυχίας, καὶ εὐφροσύνας, καὶ πόρους ἐπιτηδεύουσι. τί βουλόμενος ἐντεῦθεν τοῦ γράμματος ἄρχομαι; ὅτι καὶ αὐτὸς διήγαγον τὴν ἑορτὴν ταύτην, παραπλησίως ἐκείνοις χρυσοφορήσας· ἦλθε γὰρ τότε καὶ εἰς τὰς ἐμὰς χεῖρας χρυσὸς, οὔτοι κατὰ τὸν πάνδημον τοῦτον χρυσὸν, ὃν ἀγαπῶσιν οἱ ἄρχοντες, καὶ δωροφοροῦσιν οἱ ἔχοντες, τὸ βαρὺ, καὶ αἰσχρὸν, καὶ ἄψυχον κτῆμα· ἀλλ' ὃ παντὸς πλούτου τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν, ὑψηλότερόν ἐστιν, τὸ κάλλιστον ὄντως δέξιωμα [3] κατὰ Πίνδαρον, τὰ σὰ, φημὶ, γράμματα, καὶ ὁ πολὺς ἐν ἐκείνοις πλοῦτος. οὕτω γὰρ συνέβη κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην προσφοιτήσαντά με τῇ μητροπόλει Καππαδόκων, ἐντυχεῖν τινὶ τῶν ἐπιτηδείων, ὅς μοι τὸ δῶρον τοῦτο, τὴν ἐπιστολὴν, οἷόν τι σύμ-

EPISTOLA XI.

[1] FEſtum agere more quodã patrio conſuetum eſt Romanis, quum [2] hyberno tempore, ſol ſuperiores cæli partes repetens, diurni ſpatii incrementum inchoat, Sacrum autem eſſe putant menſis initium, & ex hac die omen totius anni capientes, felicibus eventis, proſperitatibus, & bonorum omnium affluẽtiis auſpicandis vacant. Quorſum hoc epiſtolæ exordium? Quoniam & ipſe, æquè ac illi, auri donum adeptus, feſtum hunc diem egi. Nam ad meas quoque tunc manus pervenit aurum, non vulgare illud, quod Reges in pretio habent, & dono dant, qui eo abundant, rem, nempe, oneroſam, vilem, & inanimem; ſed quod apud cordatos viros omnibus divitiis excellentius eſt, pulcherrima ſanè res accipienti, ut [3] Pindarus loquitur, tuas, inquam, literas, & magnas earundem divitias. Contigit enim me illâ die ad Cappadocum Metropolim venientem, cum neceſſario quodam, & amico viro congredi, qui mihi donum iſtud, epiſto-

1 Reſponſiva eſt hæc epiſtola ad alteram, fortaſſe Libanii epiſtolam, ut ex rurſus factâ Cynegii mentione conjici poteſt.

2 Ita videtur hic legendum, licèt in codice Vaticano ſit, περὶ τὴν χειμέριον τρόπον κατά τι πάτριον. Nam idem Nyſſenus in epiſtola I. ad Euſebium, ait κατὰ τὴν χειμέριον ὥραν, τοῦ ἡλίου πρὸς τὸν ἄνω δρόμον ἀναποδίζοντος. Vide Libanium in ἐκφράσει καλανδῶν, in Tomo I. ejuſdem operum edit. Morellianę pag. 178. qui hanc Nyſſeni epiſtolam non mediocriter illuſtrat.

3 Verba iſta in his, quæ nobis ſuperſunt, Pindari operibus non reperio.

epiſtolam, nempe, tuam, velut quoddam feſtivitatis ſymbolū, obtulit. Ego autem magnâ ex hoc eventu lætitiâ perfuſus, lucri iſtius cunctis, qui aderant, copiam feci, omneſq; ejus participes facti ſunt, totum quantum erat, ſinguli citra contentionem ullam adepti, neque tamen ego illius quicquam minus habui; literæ enim tuæ manus cunctorum pervagantes, proprię uniuſcujuſq; divitiæ factæ ſunt, dum alii pluries legendo memoriæ, alii tabulis earum verba commendant, & rurſus ad meas rediere manus, majus mihi gaudium afferentes, quàm divitum oculis auri materies ſuppeditat. Quoniam igitur agricolis quoque, ut exemplo ex familiaribus rebus petito utar, multam ad ſecundos labores alacritatem confert [1]laus ex tranſactis laboribus percepta; da nobis quoque veniam. ut tuas ad nos literas, laudibus noſtris refertas, veluti amicitię ſemina jaciamus, & propterea ſcribamus, ut te ad ſcribendum rurſus provocemus. Cæterum hoc gratiæ, & beneficii loco abs te peto in communem omnium utilitatem, ut de iis ampliùs non cogites, quæ ſub epiſtolæ finem ſuboſcurè apud nos comminatus es. Neque enim arbitror rectum eſſe judicium, quo ſermonum elegantiam damnas, & idcirco ſilentium per totam vitam tibi indicendum eſſe decernis, quia nonnulli malè

σύμβολον ἑορτῆς προετείνατο. ἐγὼ δὲ περιχαρὴς τῇ συντυχίᾳ γενόμενος, κοινὸν προὔθηκα τοῖς παροῦσι τὸ κέρδος, καὶ πάντες μετεῖχον, τὸ ὅλον ἕκαστος, οὐ φιλονικοῦντες, καὶ οὐκ ἠλαττούμην ἐγώ· διεξιοῦσα γὰρ τὰς πάντων χεῖρας ἡ ἐπιστολὴ, ἴδιος ἑκάστου πλοῦτός ἐστι, τῶν μὲν τῇ μνήμῃ διὰ τῆς συνεχοῦς ἀναγνώσεως, τῶν δὲ δέλτοις ἐναπομαξαμένων τὰ ῥήματα, καὶ πάλιν ἐν ταῖς ἐμαῖς ἦν χερσὶ, πλέον εὐφραίνουσα, ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν πολυχρύσων ἡ ὕλη. ἐπειδὴ τοίνυν καὶ τοῖς γεωργοῖς, χρήσομαι γὰρ ἐκ τῶν οἰκείων τῷ ὑποδείγματι, πολλὴν δίδωσι πρὸς τοὺς δευτέρους τῶν πόνων τὴν προθυμίαν, τὸ τῶν πονηθέντων [1]ἀπόκροτον, σύγγνωθι καὶ ἡμῖν, ἅπερ αὐτὸς δέδωκας καταβαλλομένοις, καὶ διὰ τοῦτο γράφουσιν, ἵνα σε πάλιν πρὸς τὸ γράφειν ἐκκαλεσώμεθα. αἰτοῦμαι δὲ χάριν ὑπὲρ τοῦ βίου κοινὴν, ὅσα δι' αἰνίγματος ἡμᾶς τὰ τελευταῖα τῆς ἐπιστολῆς ὑπηπείλησας, μηκέτι διανοεῖσθαι. οὐδὲ γὰρ καλῶς ἔχειν, φημὶ, κρίσεως, τίνες ἁμαρτάνουσι πρὸς τὴν βάρβαρον γλῶσσαν ἀπὸ τῆς ἑλληνίδος αὐτομολοῦντες, καὶ μισθοφόροι στρατιῶται γενόμενοι, καὶ τὸ

στρα-

1. Niſi mendum hic ſit, ἀπόκροτον, nil aliud eſſe videtur, quàm *laus*, à κροτέω, *plaudo*.

στρατιωτικὸν σιτηρέσιον ἀντὶ τῆς ἐν τῷ λέγειν δόξης αἱρούμενοι, διὰ τοῦτό σε καταδικάζειν τῶν λόγων, καὶ ἀφωνίαν τοῦ βίου καταψηφίζεσθαι. τίς γὰρ ὁ φθεγξόμενος, εἰ σὺ τὴν βαρεῖαν ταύτην ἀπειλὴν κατὰ τῶν λόγων κυρώσειας; ἀλλὰ καλῶς ἔχει τάχα μνημονεῦσαί τινος τῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας γραφῆς. κελεύει γὰρ ὁ ἡμέτερος λόγος τοὺς δυναμένους εὖ τι [1] (ποιεῖν) μὴ πρὸς τὰς γνώμας τῶν εὐεργετουμένων βλέπειν, ὡς φιλοτιμεῖσθαι μὲν τοῖς εὐαισθήτοις, ἀποκλείειν δὲ τοῖς ἀχαρίστοις τὴν εὐποιΐαν· ἀλλὰ μιμεῖσθαι τὸν τοῦ παντὸς οἰκονόμον, ὃς κοινὴν προτίθησι τῶν ἐν τῇ κτίσει καλῶν τὴν [2] μετουσίαν, ἀγαθοῖς τε, καὶ μὴ τοιούτοις. πρὸς ταῦτα βλέπων, ὦ θαυμάσιε, δὸς ἀεὶ τοιοῦτον τῷ βίῳ σαυτὸν, οἷον ὁ παρελθὼν ἔδειξε χρόνος. οὐ γὰρ τὸν ἥλιον οἱ μὴ βλέποντες, κωλύουσιν ἥλιον εἶναι. οὔκουν οὐδὲ τὴν ἀκτῖνα τῶν σῶν λόγων ἀμαυροῦσθαι καλῶς ἔχει διὰ τοὺς μεμυκότας τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια. τὸν δὲ Κυνήγιον εὔχομαι μὲν, ὥστε μάλιστα μὲν πόῤῥω τῆς κοινῆς εἶναι νόσου, ἣ νῦν τοὺς νέους κατείληφε· προσέχειν δὲ καὶ τὸ [3] ἑκούσιον τῇ περὶ τοὺς λόγους σπουδῇ· εἰ δὲ ἄλλως ἔχει,

δίκαιόν

malè agunt, dum relictâ Græcorum linguâ ad barbaras transfugiunt, & mercenarii milites facti, militare ſtipendium dicendi gloriæ præferunt. Quis enim rectè ampliùs loquetur, ſi gravis hæc tua adversùs eloquentiam comminatio rata habeatur? Sed & non alienum erit è Scripturâ noſtrâ aliquid cõmemorare. Jubet enim lex noſtra, eos, qui hominibus aliquâ in re [1] (prodeſſe) valent, nõ debere ad eorum, qui beneficiis afficiendi ſunt, animum reſpicere, ita ut qui bonâ quidem mente præditi ſunt, beneficiorum noſtrorum compotes fiant; ingratis verò omnis eadẽ conſequendi aditus præcludatur; ſed potiùs vult, ut orbis moderatorem imitentur, qui probos æquè, ac improbos omniũ mundi bonorum conſortes facit. Ad hæc reſpiciens, Vir admirande, talem te ipſum nũc præbe, qualem præteritum tempus oſtendit. Neque enim ſolem, non eſſe ſolem cæci unquã effecerint: neque par eſt tuorum ſermonum radios propter eos obſcurari, qui hebetes habent animæ ſenſus. Cynegium autem ab hoc communi morbo, qui nunc juniores quoſque corripuit, quàm maximè abeſſe, & eloquentiæ ſtudiis ultro ac ſponte incumbere valde opto. Quod ſi

aliter

1 Verbum, ποιεῖν, nos ex conjecturâ ſupplevimus; nam in Vaticano codice hic lacuna eſt.

2 Ita emendandum cenſeo Vatic. cod. in quo malè ſcribitur, μετάνοιαν.

3 Et hic neceſſariò emendandum cenſeo Vaticanum codicem, in quo legitur, ἀκούσιον.

aliter ſentiat, æquum eſt, ut & nolentem cogamus, propterea quòd miſeri ſint, magnoq; dedecore nunc afficiantur, qui ante hoc tempus eloquentiæ ſtudia deſeruerunt.

δίκαιόν ἐστι, καὶ μὴ βουλόμενον αὐτὸν ἐκβιάζεσθαι, ἐν ᾧ νῦν ὄντες οἱ πρὸ τούτου τῶν λόγων ἀποστατήσαντες, ἐλεεινοί τινές εἰσιν ὑπ' αἰσχύνης καταδυόμενοι.

EPISTOLA XII.

[1] QUum rerum ferè omniũ, quæ poſſeſſores ſuos felices faciunt, pauperes nos Cappadoces ſimus; præ cæteris tamen eorum penuriâ laboramus, [2] qui deſcribendis libris operam navant; idque ſanè cauſa fuit, cur tam ſerò te literis alloquar. Nam cùm ante multum temporis, hæreſeos [3] confutationem elucubraſſem, hominis, qui illam tranſcriberet, copia non erat; [3] (tanta) librariorum penuria nobis eſt, quæ ſanè in eam opinionem nos haud immeritò poteſt (adducere,) ut ſocordes, vel ad ſcribendum

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ιβ'.

[1] ΚΑὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων μικροῦ δεῖν, ὅσα ποιεῖ τοὺς κεκτημένους εὐδαίμονας, πένητες οἱ Καππάδοκες ἡμεῖς, πλέον δὲ πάντων [2] πένητες τῶν γράφειν δυναμένων· τοῦτό τοι καὶ τῆς πολλῆς τοῦ λόγου βραδυτῆτος αἴτιον· περὶ πλείονος γάρ μοι χρόνου πεπονημένης τῆς πρὸς τὴν αἵρεσιν [3] ἀντιῤῥήσεως, ὁ μεταγράφων οὐκ ἦν [4] (τοσαύτη τῶν) γραφέων ἡ ἀπορία, ῥαθυμίας ἡμῖν κατὰ τὸ εἰκὸς, ἢ τὴν περὶ τὸν λόγον ἀσθενείας προσε(νέγκουσα) ὑπόνοιαν. ἀλλ'

1 Ad quemnam hæc epiſtola ſcripta ſit, divinare non poſſumus; quanam autem occaſione ſcripta fuerit, ex ejuſdem lectione liquidò apparet.

2 De hac Librariorum apud Cappadoces penuriâ, clarè etiam conqueritur S. Baſilius in fine epiſt. 167. & ſuboſcurè in epiſtola 341.

3 Videtur loqui Nyſſenus non de antirrhetico adversùs Apollinarem; ſed de alio ejus magno opere adversùs Eunomium; prioris enim operis non admodum prolixi exemplar unum facilè Nyſſenus conficere potuiſſet; poſterius verò opus multis, iiſque longiſſimis libris conſtat. Scripta eſt itaque hæc epiſtola paulò poſt Conſtantinopolitanam I. generalem ſynodum; nam uno ante ejus ſynodi celebrationem anno libros illos ediſſe Nyſſenum, ſcitè probat Hermantius in vitâ S. Baſilii lib. 8. cap. 23.

4 In hac, & ſequentibus epiſtolis lacunæ multæ reperiuntur in codice Vaticano, non Librarii culpâ, ſed quia in alio codice, ex quo ante quingentos annos Vaticanus tranſcriptus fuit, nonnullæ erant paginæ, in unâ earum extremâ parte vetuſtate conſumptæ, quarum defectum accuratè adeo antiquus Vaticani codicis ſcriptor repræſentavit, ut deficientium verborum numerum, relicto nunc majori, nunc minori ſpatio diligentiſſimè deſignaverit. Nos autem, ne tot hiatus in earundem epiſtolarum contextu conſpicerentur, lacunas illas, habitâ ratione majoris, minoriſve intervalli, quod antiquus librarius reliquit, ex ingenio ſupplevimus, & conjecturas noſtras ſemicirculis incluſimus, ne eas pro Nyſſeni verbis quiſpiam acciperet.

'ἀλλ' ἐπειδὴ νῦν γοῦν καὶ Θεοῦ χάριν ὅ, τε γράφων, καὶ ὁ δοκιμάζων τὰ γεγραμμένα (παρῆν, τοῦτον) ἀπέσταλκα ὑμῖν, οὐ καθώς φησιν ὁ Ἰσοκράτης, [1] δῶρον τὸν λόγον· οὐδὲ γάρ τοι (οὗτον εἶναι) λογίζομαι, ὡς ἀντὶ κτήματος τῷ δεξομένῳ γενέσθαι· ἀλλ' ὡς ἂν γένοιτο ἡμῖν (τοὺς ἐν τῷ νυνὶ) σφριγῶντας τῇ ἀκμῇ τῆς νεότητος καταθαρσῆσαι τῆς πρὸς τοὺς ἐναντίους μάχης, ἐν τῇ τοῦ (ἀγῶνος πείρᾳ) τὸ τῆς νεότητος εὐθαρσὲς ἀνεγείροντας. εἰ δὲ φανείη τι τῶν ἐκ τοῦ λόγου, καὶ τῆς (σπουδῆς) ἄξιον, δοκιμάσαντες μέρη τινὰ, τὰ περὶ τῶν ἀγώνων μάλιστα, ὅσα τῆς (αὐτῆς) ἰδέας, ἀνενέγκατο, ἴσως δέ τινα καὶ τῶν δογματικῶν, φανήσεται ὑμῖν οὐκ ἀχαρίστως (εἰρημένα.) ἅπερ δ' ἂν γινώσκοιτε, δηλονότι ὡς διδασκάλῳ καὶ διορθωτῇ ἀναγνώσεσθε (τῷ μὴ πράττοντι) οἷόν τι ποιοῦσιν [2] οἱ τῇ σφαίρᾳ παίζοντες, ὅταν τριχῇ διαστάντες ἀντιπέμπωσι .... 'ἐν

dum infirmi atque imbecilles eſſe videamur. Quoniam verò nunc Dei munere nobis (adeſt) & qui deſcribat, & qui ab aliis deſcripta corrigat, miſi vobis non [1] muneris loco, quemadmodum Iſocrates ait, tractatum iſtum; neque enim (talem eſſe) arbitror, ut lucri, vel poſſeſſionis alicujus loco haberi poſſit; ſed ut nobis facilè accidat, vos (nunc) in ipſo juventutis flore conſtitutos, excitatâ in (pugnæ diſcrimine) juvenili audaciâ, ad aggrediendos hoſtes, alacres promptoſque reddere. Quòd ſi in eo tractatu quidpiam occurrat, (quod accuratiore ſtudio, & animadverſione) dignum vobis viſum fuerit; ſi quaſdam operis partes examini ſubjicietis, eas præcipuè, quæ acrius cum hæreſi certamen præcedunt, & quotquot alia relationem ad (idem) materiæ genus habent; nonnulla etiam ad ipſum dogma pertinentia, vobis fortaſſe videbuntur haud inſcitè (dicta fuiſſe.) Quæcumque autem talia eſſe deprehenderitis, ea ſanè tanquam magiſtro, & correctori, iis legetis, (qui non faciunt) quemadmodum [2] pilæ luſores facere ſolent, quum in trigonum diſtantes, pilam invicem excipiunt, & cùm dexteritate

1 Ita hunc locum emendavimus ex Iſocratis oratione ad Demonicum, in cujus exordio, que Nyſſenus laudat, habentur; nam in Vaticano codice corruptiſſimè ſcribitur, ξυρὸν τὸν λόγον. Sic idem Nyſſenus in epiſt. primâ ad Euſebiū, ὡς διὰ τοῦτο δῶρον τὴν ἐπιστολὴν τοῖς φιλολόγοις νομίζεσθαι.

2 Deſcribit in hac epiſtolâ Nyſſenus, vel trigonalem, vel alium eidem planè ſimilem, pilæ ludum, ejuſque verba non modicam lucem afferunt iis, quæ de eo ludi genere tradunt poſt Sipontinū in Martialem, Mercurialis de arte Gymnaſticâ lib. 2. cap. 5. Roſinus Antiq. Roman. lib. 5, cap. 1. & in eundem Dempſterus pag. 334. Faber in Agoniſtico lib. 1. tit. 6. & Voſſius de quatuor Artibus popularibus in Gymnaſticâ §. 65.

tate remittunt: deludunt autem illum, qui in eorum medio proſilit, dum ſimulato vultûs motu, & quodam manûs geſtu, dextrorſum, vel ſiniſtrorſum ſe pilam miſſuros eſſe oſtentantes; ab eâ, quò ipſum accurrere vident, (parte) pilæ iactum avertunt, & ejuſdem ſpem arte fallunt. Talia plerumque (à nobis) modò fiũt, qui ſeriò, bonâque fide agendi ſtudio prætermiſſo, callidè cum hominibus, veluti pilâ, ludimus, dum bonâ ſpe, quam (prętendimus,) fidẽtium nobis animos ſiniſtris factis decipimus: Literæ reconciliati animi indices, benevolentiæ ſignificationes, teſſeræ, dona, conjunctio animorum per literas inita, hæc omnia ſunt ſimulati pilæ jactus, dexterâ versùs partem præmõſtrati; ſed in eorum bonorum locum, quæ inde expectamus, accuſationes, inſidiæ, calumniæ, maledicentiæ, injuriæ, & ſententiarum, unâ tantùm parte auditâ, rapinæ ſuccedunt. O vos ab omni ſpe felices, quos hujuſcemodi hominum nequi-

... [1] ἐν εὐστοχίᾳ τὴν βολὴν, ἄλλο παρ' ἄλλου διαδεχόμενοι· διαπαίζουσι δὲ τὸν ἐν τῷ μέσῳ . . . . [2] ἀναπηδάντα τῇ ἐσχηματισμένῃ τοῦ προσώπου ὁρμῇ, καὶ τῇ ποιᾷ τῆς χειρὸς ἐνδείξει (κατὰ τὸ) δεξιὸν, ἢ εὐώνυμον τὴν βολὴν προδείξαντες, ἐφ' ὅπερ ἂν ἴδωσιν αὐτὸν ὁρμάντα [3] (μέρος) ἀποπεμπόμενοι, καὶ τὴν ἐλπίδα δι' ἀπάτης ἐψεύσαντο. τοιαῦτα κατορθοῦνται καὶ νῦν ἐπὶ τοῖς πολλοῖς (ἡμῖν,) οἱ τὸ σπουδάζειν ἀφέντες, ἐν εὐφυΐᾳ τοὺς ἀνθρώπους σφαιρίζομεν, ἀντὶ τῆς δεξιᾶς ἐλπίδος, ἣν [4] (προτείνομεν) τῇ σκαιότητι τῶν γινομένων τὰς ψυχὰς τῶν ἐλπιζόντων ἡμῖν παρακρουόμενοι. γράμματα καταλλακτήρια, φιλοφροσύναι, σύμβολα, δῶρα, ἀγαπητικὴ διὰ γραμμάτων περιπλοκὴ, ταῦτά ἐστι τῆς σφαίρας ἡ ἔνδειξις, ἡ κατὰ τὸ δεξιὸν προδεικνυμένη. ἀλλ' ἀντὶ τῆς ἐλπισθείσης διὰ τῆς εὐφροσύνης, κατηγορίαι, συσκευαὶ, διαβολαὶ, μέμψεις, ἐγκλήματα, μονομερῶν ἀποφάσεων ὑφαρπαγαί. μακάριοι τῶν ἐλπίδων ὑμεῖς, οἱ διὰ τῶν τοιούτων τὴν πρὸς Θεὸν παῤῥησίαν πραγματευόμενοι. ἀλλὰ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς, μὴ πρὸς τὰ ἡμέτερα βλέπειν. ἀλλὰ πρὸς τὴν δε- . . . . ἀποπ-

tiæ non vetant, quominus fidenter, audacterque de Deo loquamini. Verũtamen hortamur vos, ut non ad res noſtras, ſed ad eã, ... quæ

[1. 2.] In his duabus lacunis, cùm ſine ullo ſupplemento ſenſus conſtet, ſupervacaneum videtur quidpiam addere; quod ſi iſtas quoque implere lubet, in priori fortaſſe legendum, ἀντιπέμπουσι τὴν σφαῖραν ἐν εὐστοχίᾳ τὴν βολὴν; in poſteriori verò addendum videtur pronomen, αὐτῶν.

3 Vide an meliùs ſit, ἐφ' ὅπερ ἂν ἴδωσιν αὐτὸν ὁρμῶντα, ἐκεῖθεν ἀποπεμπόμενοι.

4 Vide an ſupplendum hic, προδείκνυμεν, quo verbo in hac eadem epiſtolâ non ſemel utitur Nyſſenus.

ἀποτικὴν τοῦ εὐαγγελίου διδασκαλίαν· τίς γὰρ ἂν ἑτέρῳ τῶν ὀδυνῶν παραμυθία γένοιτο ἂν ἄλλος αὐτὸν ταῖς ὀδύναις ὑπερβαλλόμενος, ὡς δ᾽ ἂν τὴν ἰδίαν διέξοδον λάβῃ τὰ πράγματα. ὥς φησι, ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος. σὺ δέ μοι, ὦ ἄριστε, πράττειν σεαυτοῦ ἀξίως, καὶ τῷ Θεῷ ἐλπίζειν, καὶ μὴ ἐγκόπτεσθαι πρὸς τὸ καλός τε, καὶ ἀγαθὸς εἶναι, διὰ τὰ παρ᾽ ἡμῶν ὑποδείγματα· ἐπιτρέπειν δὲ τῷ Θεῷ τῷ δικαιοκρίτῃ τὴν συμφέρουσάν τε, καὶ δικαίαν τῶν πραγμάτων ἀπόβασιν, ταύτῃ τε ἄγειν, ὅπηπερ ἂν ἡ θεία κατευθύνῃ σοφία. πάντως οὐδὲ ὁ Ἰωσὴφ τῷ φθόνῳ τῶν ἀδελφῶν ἐδυσχέραινε, διότι τῶν ὁμογενῶν ἡ κακία ὁδὸς αὐτῷ πρὸς τὴν βασιλείαν ἐγένετο.

quā Dominus in Evangeliis tradidit, doctrinā reſpiciatis; quid enim præſidii, ut ſuæ meliùs res procedant, mœrore afflictus habere ab eo poteſt, qui ipſum calamitatibus ſuperat; ait autem Scriptura, *Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus.* Rom.12.19. Tu autem, Vir optime, fac digna te agas, Deo cōfide, nec infortunia noſtra te à bonis rectiſque operibus retrahant. Quod autem ad felicem rerum exitum attinet, id totum Deo commenda atque concrede, eoque modo age, quo divina ſapientia tibi agendum fore monſtrabit; nam nec Joſepho malè ceſſit invidia fratrum, quandoquidem conſanguineorum malitia viam ipſi ſtravit ad regnum.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ιγ΄

[1] ΥΜᾶς μὲν ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως, ὁ πάντα ἐν σοφίᾳ πρὸς τὸ συμφέρον οἰκονομῶν, διὰ τῆς ἰδίας ἐπισκοπήσειε χάριτος, καὶ παρακα-

EPISTOLA XIII.

[1] VOs quidem Pater miſericordiarum, & Deus 2.Cor.1.3. totius conſolationis, qui cuncta ſapienter ad utilitatem noſtram moderatur, gratiâ ſuâ gubernet, ſibique conciliet, faciens in vobis beneplacitum ſuum; & ve-

1 Elegantiſſimam hanc Nyſſeni epiſtolam ſcriptam fuiſſe ad Eccleſiam Nicomedienſem, non modò, quæ in ipsâ fit, Euphraſii Epiſcopi mētio demonſtrat, verùm etiam clarè colligitur ex aliis quibuſdam ejuſdem epiſtolæ locis, de quibus agimus in noſtrâ ad hoc opus præfatione. Scripta autem fuit poſt primam generalem Conſtantinopolitanam Synodum, cui Euphraſius interfuit, cùm poſt ejus mortem multæ in Eccleſia illâ turbæ iterum eſſent excitatę, quas dum hac epiſtolâ cōponere ſtudet Nyſſenus, fortiſſimis rationibus evincit, in Epiſcopi electione non tā mundanæ nobilitatis, atq; potentiæ, quàm animi virtutum rationem habendam eſſe.

& veniat ſuper vos gratia Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & ejus Spiritûs ſancti communicatio, ut fiat vobis quidem afflictionum omnium, atque tribulationum ſolamen; (profectus verò) in omni virtute, ad Eccleſiæ tranquilitatem, & animarum veſtrarum ædificationem, atque (laudem) gloriæ nominis ejus. Nos autem excuſationem hanc noſtram apud Charitatem veſtram inſtituentes, dicimus, nec anteactis temporibus, nec poſt beati [1] Patricii [2] obitum, in ſuſcipiendâ Eccleſiæ veſtræ curatione, quemadmodum muneris noſtri ratio poſtulabat, negligentes unquam fuiſſe; ſed quoniam [3] (turbæ) multæ ſunt in Eccleſiis noſtræ curæ commiſſis, multa etiam corporis noſtri infirmitas, unà cum ætate, ut par eſt, quotidie creſcens, multa denique veſtra neglectio noſtrî, quandoquidem nullâ unquam ad nos excitandos, literarum collocutione uſi eſtis, (nec) vllam cum Eccleſiâ noſtrâ neceſſitudinem habuiſtis; cùm alioqui beatus [4] Euphraſius Epi-

ſcopus

καλέσειεν ἑαυτῷ, ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον, καὶ ἔλθοι ἐφ' ὑμᾶς ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐτοῦ, εἰς τὸ γενέσθαι ὑμῖν θεραπείαν μὲν πάσης θλίψεως, καὶ δυχερίας, (προκοπὴν δὲ) πρὸς πᾶν ἀγαθὸν, εἰς καταρτισμὸν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ οἰκοδομὴν τῶν ὑμετέρων ψυχῶν, καὶ εἰς (ἔπαινον) τῆς δόξης τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. ἡμεῖς δὲ ταύτην ὑπὲρ αὐτῶν τὴν ἀπολογίαν πρὸς τὴν ἀγάπην ὑμῶν ποιούμενοι, οὐκ ἠμελήσαμεν πρὸς τὴν ἀπόδοσιν τῆς κεχρεωστημένης ἡμῖν ἐπισκέψεως, ἢ ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ, (ἢ μετὰ) τὴν γενομένην τοῦ μακαρίου [1] Πατρικίου [2] μετάστασιν· ἀλλ' ὅτι πολλαὶ μὲν αἱ τῶν καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησιῶν [3] (ταραχαί·) πολλὴ δὲ ἡ τοῦ σώματος σαθρότης, ὡς εἰκὸς, προϊόντι τῷ χρόνῳ συνεπιδιδοῦσα· πολλὴ δὲ καὶ ἡ τῆς ὑμετέρας ἀγαθότητος εἰς ἡμᾶς ῥαθυμία, ὅτι οὐδεὶς οὐδέποτε λόγος εἰς προτροπὴν ἐν γράμματι; (οὐδὲ) σχέσις πρὸς τὴν καθ' ὑμῶν Ἐκκλησίαν, τοῦ μακαρίου [4] Εὐφρασίου

τοῦ

1 Patricii hujus Nicomedienſis Epiſcopi nulla, quod ſciam, mentio in antiquis monumentis habetur.

2 Vox, μετάστασις, poteſt etiam ſignificare tranſlationem, & exilium; ſed utrũque ſenſum excludere videtur vox μακάριος, quæ mortuorum epitheton plerumque eſſe ſolet.

3 Vide, an ſupplendum potiùs ſit φροντίδες, ut reſpexiſſe videatur Nyſſenus ad curam illam componendarum per Ponticam Diœceſim turbatæ nimiùm Eccleſiæ rerum, quam ſibi, & Helladio Cæſarienſi, ac Otrejo Melitinenſi Conſtantinopolitana prima generalis Synodus commiſit. Vide Baronium an. 381. tom. 4. pag. 445. & Hermantiũ in Vita S. Baſilii lib. 9. cap. 30.

4 Euphraſius Nicomedienſis Epiſcopus Conſtantinopolitanæ primæ generali Synodo ſubſcripſit; hinc autem apparet poſt eandem ſynodum ſcriptam fuiſſe hanc epiſtolam.

τοῦ Ἐπισκόπου διὰ πάσης ὁσιότητος ἑαυτοῦ τε, καὶ ὑμῖν, οἷον σειραῖς τισὶ, τῇ ἀγάπῃ τὴν βραχύτητα ὑμῶν συνδήσαντος. ἀλλ᾽ εἰ καὶ μὴ πρότερον τὸ τῆς ἀγάπης χρέος, ἢ παρ᾽ ἡμῶν διὰ τῆς ἐπισκέψεως, ἢ παρὰ [1] τῆς ὑμετέρας εὐλαβείας διὰ τῆς προτροπῆς ἀπεπληρώθη, νῦν γοῦν εὐχόμεθα τοῦ Θεοῦ, σύμμαχον πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν ἡμῶν καὶ τὴν ὑμετέραν εὐχὴν πρὸς Θεὸν συμπαραλαβόντες, διὰ τάχους, ὡς ἔστι δυνατὸν, ἐπιδημῆσαί τε ὑμῖν, καὶ συμπαρακληθῆναι, καὶ συσπουδάσαι, ὡς ἂν ὑφηγῆται ὁ Κύριος, ὥστε καὶ τῶν ἤδη γεγενημένων λυπηρῶν διόρθωσιν ἐξευρεῖν, καὶ εἰς τὸν ἐφεξῆς χρόνον ἀσφάλειαν· ὥστε μηκέτι [2] ὑμᾶς ἐν τῇ ἀσυμφωνίᾳ ταύτῃ διεσπασμένους, ἄλλου κατ᾽ ἄλλην ὁρμὴν ἑαυτὸν τῆς Ἐκκλησίας ἀπάγοντος, γέλωτα προκεῖσθαι τῷ διαβόλῳ, οὗ βούλημα, καὶ ἔργον ἐστὶν ἐξ ἐναντίου τῷ θείῳ θελήματι, τὸ μηδένα σωθῆναι, μηδὲ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. πῶς γὰρ οἴεσθε ἡμᾶς, ἀδελφοὶ, θλίβεσθαι πρὸς τὴν ἀκοὴν τῶν διαγγειλάντων ἡμῖν τὰ ὑμέτερα, ὅτι οὐδεμία γέγονε τῶν ἐφεστώτων ἐπιστροφή· ἀλλ᾽ ἡ τῶν ἅπαξ ἀποκλινάντων προαίρεσις ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμῆς ἀεὶ φέρεται, καὶ ὥσπερ [3] ἐκ τοῦ ὀχετοῦ ὕδωρ

ſcopus charitate, veluti catenis quibuſdam, ſeipſum, & vos cum humilitate noſtrâ ſanctiſſimè conjunxerit. Sed quamvis debitum charitatis officium, nec à nobis, curam Eccleſiæ veſtræ impendendo, nec à [1] veſtrâ religioſitate, ad id nos adhortando, expletũ antea fuerit; tamen aſſumptis nunc demum in votorum noſtrorum ſocietatem precibus veſtris, Deum oramus, ut nos quàm celeriter fieri poterit, ad vos venire permittat, ut invicem conſolemur, & Deo viam, rationemq; monſtrante, operam demus, ut iis, quæ dudum evenere, malis occurramus, & in poſterum ſecuri eſſe poſſimus, ne ampliùs hac veſtrâ diſcordiâ invicem divulſi, dum alius alio conſilio ſeſe ab Eccleſiâ ſeparat, Diabolo riſûs materiam præbeatis, cujus voluntas, atque opus eſt divine voluntati contrarium, neminem ſalvum fieri, & ad veritatis cognitionem pervenire. Quanto enim putatis, Fratres, dolore nos angi, dum ex iis, qui de rebus veſtris nuncium afferunt; intelligimus, nullam rerũ apud vos mutationem de integro factam eſſe; ſed eos qui ſemel à mutuâ charitate declinarunt, eodem ſemper impetu ferri: & quemadmo-

1 Malè in Vaticano codice, ἡμετέρας.

2 Lego ὑμᾶς, ſenſu ita poſtulante; licet in Vaticano codice ſit, ἡμᾶς.

3 Fortaſſe legendum, ἐκ τοῦ ὀχετοῦ.

admodum ſi aquæ rivus frequenter marginem ſuperet, & ſiniſtrorſum delapſus, defluat, ægrè fieri poteſt, ut ad priſtinum curſum revocetur, ſubjacente, videlicet, ſolo, aquę impetu excavato, ni locus, unde aqua defluit, obſtruatur; ita & eorũ, qui à fratrum communione diſceſſerunt, animi affectio, ſemel à rectâ & ſincerâ fide, præ contentionis æſtu, veluti diſtorto curſu, deflectens, profundam jamdudum conſuetudine foſſam egit, ęgrèque ad priſtinam charitatem, benevolentiamque revertitur. Quapropter rectore aliquo ſapiente, atque eximio res veſtrę opus habent, qui probè ſciat in alveum quodammodo, aberrantes reducere, ut inordinatus hujus fluenti decurſus ad primævum ordinem iterum poſſit revocari, & rurſus pietatis ſegetes vobis multiplicentur, perennibus concordiæ aquis irrigatę. In hôc itaque negotio multum ſtudii, atque alacritatis unuſquiſq; veſtrûm adhibere debet, ut talis Epiſcopus Sancti Spiritûs gratiâ deſignetur, qui ſtudioſè, quæ Dei ſunt, ſolummodo (intueatur), & nunquam ad ea, de quibus adeo in hac vitâ ſolliciti ſumus, oculos adjiciat. Propterea enim (antiqua) lex, arbitror, Levitas terrenæ hæreditatis exortes eſſe juſſit, ut ejus poſſeſſionis loco ſolum Deum (privatim ac præcipuè) haberent, eumq;

ὕδωρ πολλάκις εἰς τὴν παρακειμένην ὄχθην ὑπερεκχεῖται, καὶ κατὰ τὸ πλάγιον διαδυὲν, ἀπορρέει, μὴ ἀποσφαλέντος δὲ τοῦ ὑπαιτίου τόπου, δυσανάκλητον γίνεται, κοιλανθέντος τοῦ ὑποκειμένου πρὸς τὴν τοῦ ῥεέθρου φοράν· οὕτως ἡ τῶν ἀποστάντων ὁρμὴ, ἅπαξ τῆς εὐθείας τε, καὶ ὀρθῆς πίστεως ἐκ φιλονεικίας παραρρυεῖσα, ἐνεβάθυνεν ἤδη τῇ συνηθείᾳ, καὶ οὐκ εὐχερῶς ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν ἐπανέρχεται χάριν. διὸ σοφοῦ τινὸς, καὶ μεγάλου χρῄζει τὰ καθ' ὑμᾶς ἐπιστάτου, καλῶς τὰ τοιαῦτα ὀχετεύειν ἐπισταμένου, ὥστε δυνηθῆναι πάλιν τὴν ἄτακτον τοῦ ῥεύματος τούτου παρεκτροπὴν εἰς τὸ ἀρχαῖον κάλλος ἀνακαλέσασθαι, ὡς ἂν πάλιν ὑμῖν τὰ τῆς εὐσεβείας ἀδρυνοίτο λήϊα, τῇ τῆς εἰρήνης ἐπιρροῇ καταρδόμενα. διὰ ταῦτα πολλὴ χρεωστεῖται τῷ πράγματι παρὰ πάντων ὑμῶν σπουδή τε, καὶ ἐπιθυμία, πρὸς τὸ ἀναδειχθῆναι προστάτην ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τοιοῦτον, ὃς ὅλῳ τῷ ὀφθαλμῷ τὰ τοῦ Θεοῦ (βλέψῃ) μόνα, πρὸς οὐδὲν τῶν ἐν τῇ ζωῇ σπουδαζομένων μετεωρίζων τὸ ὄμμα· διὰ τοῦτο γὰρ οἶμαι τὸν (παλαιὸν) νόμον ἀπόκληρον τῆς γηΐνης κληρονομίας τὸν Λευΐτην ποιεῖν, ὡς ἂν μερίδα κτήσεως καθ' (ἑαυτὸν) τὸν Θεὸν μόνον ἔχοι, καὶ τοῦτο περιέποι διὰ παντὸς ἐν ἑαυτῷ τὸ κτῆμα,

πρὸς

de

πρὸς οὐδὲν ὑλῶδες (ἀποβλέπων) εἰ δέ τινες εἰσὶν, ἢ καὶ ἐσμὲν ἀδιάφοροι, μηδεὶς πρὸς τοῦτο βλέπων [1] ἐπὶ τῶν . . . πιέσθω. οὐ γὰρ νόμος ἐστὶ τοῖς ἁπλοῖς πρὸς τὸ μὴ τὰ δέοντα πράσσειν, τὸ παρ' ἑτέροις (καλῶς) γινόμενον· ἀλλ' ὑμᾶς χρὴ τὰ ἑαυτῶν βλέπειν, ὅπως ἂν τὸ κρεῖττον γένοιτο [2] ἡ (σπουδὴ,) τῶν διεσχορπισμένων πάλιν εἰς τὴν τοῦ ἑνὸς σώματος ἁρμονίαν ἐπανελθόντων, καὶ τῆς πνευματικῆς εἰρήνης (ὑπὸ τῶν) εὐσεβῶς τὸν Θεὸν δοξαζόντων εὐθυνουμένης. πρὸς τοῦτο καλῶς ἔχει, οἶμαι, σκοπεῖν τὰ καλὰ τῇ ἐκ(λογῇ, ὡς) ἂν ὁ ἀναδεικνύμενος εἰς προστασίαν ἐπιτηδείως ἔχοι· γένος δὲ, καὶ πλοῦτον, καὶ κοσμικ(ὴν περιφάνειαν) ἐν τοῖς ἐπισκοπικοῖς κατορθώμασιν ὁ ἀποστολικὸς οὐκ ἐνομοθέτησε λόγος· ἀλλ' εἰ (πᾶν τοῦτο) αὐτόματον ἕποιτο τοῖς προηγουμένοις, ὡς σκίαν κατὰ τὸ συμβὰν ἀκολουθοῦσαν, οὐκ ἀποβάλλομεν, (ἀλλ' οὐδὲν) ἧττον ἀγαπήσομεν τὰ περιτιμότερα, κἂν χωρὶς τύχῃ. αἰπόλος ἦν ὁ Προφήτης (Ἀμὼς) ἁλιεὺς ὁ Πέτρος, καὶ τῆς αὐτῆς τέχνης ὅ, τε τούτου ἀδελφὸς

de terrenis rebus nihil (ſoliciti,) apud ſe perpetuò cuſtodirent. Quòd ſi nonnulli apud vos, aut etiam unuſquiſque veſtrûm neutram in partem propendat, non idcirco debet aliquis ad agenda ea, quæ non decet, animum adjicere. Neque enim quod apud alios (rectè) agitur, id ſimpliciorum animos ad res malè gerendas debet inducere; ſed oportet ea tantùm, quæ ad vos pertinent, attendere, ut (conatibus veſtris) meliorem exitum ſortientibus, id tandem conſequamini, ut qui ab Eccleſiâ ſeceſſerunt, iterum ad ejus unitatem revertantur; & ſpiritualis pax (ab) his, qui piè Deum glorificant, inſtauretur. Præterea multùm expedire arbitror, ut (in Epiſcopi electione) quod juſtum, rectumque eſt, præ oculis habeatur; ut nempe idoneus, ad eam dignitatem promoveatur; genus autem clarum, divitias, & mundanæ (nobilitatis ſplendorem) Epiſcopi dotibus annumeranda eſſe, nunquam Apoſtolicâ ſanctione ſtatutum fuit; ſed ſi (hæc omnia) ultro & non quæſita, in Epiſcopo reperiantur, ea utique, velut umbram, caſu, & fortuitò comitantem, non rejicimus; (at nihilo) minus quæ præſtantiora hiſce rebus ſunt, animi, ſcilicet, dotes, majori in pretio habebimus, tametſi illis omnibus caruerint. Caprarius erat Amos Propheta, piſcator Petrus, eandem-

1 Fortaſſe hic legendum, ſupplendumque eſt, πρὸς τοῦτο βλέπων τῶν μὴ δεόντων ἀπτέσθω; niſi quis malit, ἐπὶ τὰ μὴ δέοντα καμπτέσθω, vel κυλιέσθω.

2 Vide an melius ſit, ἡ πραγματεία.

eandemque artem hujus frater Andreas, & ſublimis Joannes exercebat, ſcenofactoriæ Paulus operam dabat, publicanus erat Matthæus, cæteriq; omnes diſcipuli ſimiliter, (non) Conſules, non exercituum ductores erant, non Præfecti Prætorio, nec rhetoricis, & Philoſophicis ſcientiis conſpicui, ſed pauperes, idiotæ, & è vilioribus artibus
Pſal. 18. 5. accerſiti; & tamen, *In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Vi-*
1. Cor. 1. 26. *dete*, ait Apoſtolus, *vocationem veſtram, Fratres, quia non multi ſapientes ſecundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles; ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus.* Fortaſſe nunc etiam ſtultũ quid humanis oculis ille videtur, qui propter paupertatem infirmus, vel propter corporis, non verò animi ignobilitatem obſcurus apparet; ſed quis ſcit, an ſuper ejuſmodi hominem, tametſi ſublimibus, atque illuſtribus viris longè inferiorem, divina gratia unctionis cornu inclinet? Quidnam Urbi Romę antiquis temporibus magìs cõducebat, nobilem ne aliquem, atque faſtu tumentem Senatorii ordinis virum in Eccleſiæ Præpoſitum accipere, an potiùs Petrum piſcatorem, cui nil ad gloriam ex mũdanis rebus ſuppetebat? Quæ domus, qui famuli, quæ poſſeſ-

φὸς Ἀνδρέας, καὶ ὁ ὑψηλὸς Ἰωάννης, σκηνορράφος ὁ Παῦλος, καὶ ὁ Ματθαῖος τελώνης, καὶ οἱ ἄλλοι κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὁμοίως ἅπαντες (οὐχ ὕ)πατοί τινες, καὶ στρατηλάται, καὶ ὕπαρχοι, ἢ κατὰ ῥητορικὴν, καὶ φιλοσοφίαν περίβλεπτοι· ἀλλὰ πένητες, καὶ ἰδιῶται, καὶ ἀπὸ τῶν ταπεινοτέρων ἐπιτηδευμάτων ὁρμώμενοι· καὶ ὅμως εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. βλέπετε, φησι, τὴν κλῆσιν ὑμῶν, ἀδελφοὶ, ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, οὐ πολλοὶ δυνατοὶ, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς· ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεός. ἴσως τί μωρὸν καὶ νῦν ἐν τοῖς φαινομένοις τῶν ὀφθαλμῶν τῶν ἀνθρωπίνων νομίζεται, ὅταν ἀσθενὲς ὑπὸ πενίας, ἢ ἄδοξον ἢ διὰ τὴν σωματικὴν δυσγένειαν. ἀλλὰ τίς οἶδεν, εἰ μὴ τούτῳ τὸ κέρας τῆς χρίσεως παρὰ τῆς χάριτος ἐπικλίνεται, κἂν τῶν ὑψηλῶν τε καὶ ἐμφανεστέρων μικρότερός ἢ; τί λυσιτελέστερον ἦν τῇ Ῥωμαίων πόλει τὸ κατ᾽ ἀρχὰς τῶν εὐπατριδῶν τινὰ, καὶ ὑπερόγκων ἐκ τῆς ὑπάτου βουλῆς εἰς προστασίαν λαβεῖν, ἢ τὸν ἁλιέα Πέτρον, ᾧ μηδὲν ἦν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς εὐδοξίαν [2] ἐφόλκιον; τίς οἰκία,

2 Fortaſſe legendum, ἐφόδιον; ſed & dici poſſet Nyſſenum ludere in voce, ἐφόλκιον, quæ naviculam, ſeu cymbam propriè ſignificat, quaſi diceret, Petrum nil ex terrenis rebus poſſediſſe, quibus, veluti quadam naviculâ, ad mundanæ nobilitatis gloriam adnavigaret.

οἰκία, τίνες οἰκέται, ποία κτῆσις διὰ προσόδων τρυφὴν χορηγοῦσα; ἀλλ' ὁ ξένος, καὶ ἄστεγος, καὶ ἀτράπεζος, τῶν τὰ πάντα ἐχόντων πλουσιώτερος ἦν, ὅτι διὰ τοῦ μηδὲν ἔχειν, τὸν Θεὸν εἶχεν ὅλον. οὕτω καὶ οἱ Μεσοποταμῖται, βαρυπλούτους ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς σατραπείας, πάντων ἐδοκίμασαν [1] τὸν Θωμᾶν εἰς ἐπιστασίαν ἑαυτῶν προτιμότερον, καὶ Τῖτον Κρῆτες, καὶ Ἱεροσολυμῖται Ἰάκωβον, καὶ ἡμεῖς οἱ Καππαδόκαι τὸν [2] Ἑκατόνταρχον, τὸν ἐπὶ τοῦ πάθους τὴν θεότητα τοῦ Κυρίου ὁμολογήσαντα, πολλῶν ὄντων κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον λαμπρῶν ἐν γένει, καὶ ἱπποτρόφων, καὶ τοῖς ἐν τῇ συγκλήτῳ [3] πρωτείοις σεμνυνομένων, καὶ κατὰ πᾶσαν δὲ Ἐκκλησίαν (ἰδεῖν ἐστι) τοὺς κατὰ Θεὸν μεγάλους, τῆς κοσμικῆς περιφανείας προτιμηθέντας. πρὸς ταῦτα βλέπειν ἐπὶ τοῦ παρόντος οἶμαι δεῖν καὶ ὑμᾶς, εἴ γε μέλλοιτε πάλιν τὸ ἀρχαῖον τῆς Ἐκκλησίας ὑμῶν ἀνακαλεῖσθαι ἀξίωμα. οἴδατε γὰρ παντὸς μᾶλλον τὰ ὑμέτερα διηγήματα, ὅτι

poſſeſſiones proventibus ſuis rerum omnium affluentiam ſuppeditantes? ſed peregrinus homo, domo, & victu carens, ditior illis erat, qui omnia poſſidebant, quia nihil poſſidendo, Deum totum obtinuit. Ita & Meſopotamiæ incolæ, tametſi inter ipſos ditiſſimi ſatrapiarum rectores eſſent, nihilominus [1] Thomam cunctis digniorē eſſe cenſuerunt, quem ſibi ipſis præficerent. Ita & Titum Cretenſes, & Hieroſolymæ cives Jacobum in Epiſcopum elegerunt, noſq; Cappadoces [2] Centurionem illum, qui paſſionis tempore divinitatem Domini faſſus eſt, & ſi multi tunc temporis apud nos eſſent illuſtres genere, & nutritores equorum, quique primas in Senatu partes obtinerent. Quin & per univerſam Eccleſiam (cernere eſt) viros, qui ſecundùm Deum magni ſunt, aliis mundanâ nobilitate conſpicuis prælatos. Opportunum autem arbitror, ut in præſenti ad hæc quoque reſpiciatis, ſi de antiquâ Eccleſiæ veſtræ dignitate reparandâ ſoliciti eſtis. Nil enim vobis notum magìs eſt, quàm veſtræ gentis hiſto-

1 Thomam Apoſtolum Parthis Evangelium prædicaſſe antiqui Scriptores uno ore teſtatur. Hoc ampliùs affirmare videtur Nyſſenus, eundem primum Meſopotamiæ Epiſcopum fuiſſe. Cæterum Satrapas, & Satrapias à Perſis, & finitimis gentibus vocatas fuiſſe provincias, earumque rectores, notum eſt Eruditis.

2 Ex hoc Nyſſeni loco diſcimus Longinum Centurionem, qui lanceâ Chriſti latus in Cruce perfodit, primum Cæſareæ Epiſcopum fuiſſe. Sanè in Romano, aliiſque vetuſtis Martyrologiis Longini hujus apud Cæſaream Cappadociæ paſſi, mentio habetur idibus Martii; ſed ipſum Cæſarienſis urbis Epiſcopum fuiſſe, nec Martyrologia, nec acta ejuſdem Longini, ab Heſychio circa Chriſti annum 429. ut putant, conſcripta, & à Bollando edita, teſtantur.

3 Ita emendandum cenſui Vaticanum codicem, in quo ſcribitur, πρώτοις.

hiſtoriæ, ex quibus apud vos ab antiquis temporibus, priuſquam [1] vicina vobis civitas efflorеſceret, [2] Regiam ſedem extitiſſe, nullamque aliam, præterquam urbem veſtram principatum totius provinciæ obtinuiſſe conſtat. Et nunc quidem [3] ædificiorum pulchritudo, atque magnificentia periit; ſed urbis pars, quæ ex civibus conſtat, ea utique, quod ad eorundem tum multitudinem, tum præſtantiam attinet, priſtinum adhuc ſplendorẽ retinet. Quapropter maximè decet, nil humilius illis, quæ vobis ſuppetunt, bonis (animo concipere;) ſed par, atque dignum urbis veſtræ nobilitate in preſenti negotio ſtudium adhibere, ut talem inter cives veſtros Præpoſitum tandem invenire poſſitis, qui ſe non indignum veſtrâ nobilitate præbeat. Siquidem turpe eſt, ac prorſus (abſurdum,) navis quidem rectorem neminem fieri, qui ejus gubernandæ gnarus non ſit; cum verò, qui ad Eccleſiæ clavum ſedet, artẽ ignorare, qua ſecum navigantium animas in Dei portu ſalvas collocet. Quot (enim) propter rectorum imperitiã nau-

ὅτι ἐξ ἀρχαίου πρὶν τὴν [1] γείτονα ὑμῶν ἐξανθῆσαι πόλιν, παρ' ὑμῖν ἦν [2] τὰ βασίλεια, καὶ τὸ προέχον ἐν πόλεσιν ὑπὲρ τὴν ὑμετέραν οὐκ ἦν· καὶ νῦν ὁ τῶν [3] οἰκοδομημάτων καλλωπισμὸς ἠφανίσθη, ἀλλ' ἡ ἐν τοῖς ἀνθρώποις πόλις, ἐν πλήθει τε, καὶ δοκιμωτάτοις (τῶν πολιτῶν) πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἐξισοῦται κάλλος. οὐκοῦν πρέπον ἂν εἴη, μὴ ταπεινότερον τῶν προσόντων ὑμῖν ἀγαθῶν (φρονεῖν,) ἀλλὰ συνεπαίρειν τῇ περιφανείᾳ τῆς πόλεως, τὴν περὶ τῶν προκειμένων σπουδὴν, ὡς ἂν τοιοῦτον εὕρητε ἐπὶ τοῦ λαοῦ καθηγούμενον, ὡς μὴ ἀνάξιον ὑμῖν ἐπιδειχθῆναι. αἰσχρὸν γὰρ ἀδελφοὶ, καὶ παντάπασιν (ἄτοπον,) τὸν μὲν κυβερνήτην μὴ γίνεσθαι, εἰ μὴ τῆς κυβερνητικῆς ἐπιστήμων εἴη· τὸν δὲ ἐπὶ τῶν οἰάκων τῆς Ἐκκλησίας καθήμενον, ἀγνοεῖν ὅπως ἂν τὰς τῶν συμπλεόντων ψυχὰς εἰς τὸν λιμένα τοῦ Θεοῦ καθορμίσειε. πόσα (γὰρ γέγονε) δι' ἀπειρίας τῶν καθηγουμένων,

1 Nicæam Bithyniæ urbem intelligit, quę tunc temporis ad Metropoleos dignitatem jam evecta fuerat, cujus contentiones de primatu cum Nicomedienſibus notiſſimæ ſunt Viris Eruditis.

2 Antiqui enim Bithyniæ Reges apud Nicomediam ſedem fixerant; quin & Diocletianus Imperator Nicomediæ ſedem poſuit, eamque ædificiorum multitudine, ac magnificentiâ Urbi Romæ parem reddere conatus eſt. Vide Lactantium de Mortibus perſecutorum cap. 7.

3 Nicomedia ſiquidem terræ motu funditus ſubverſa fuit, vicinis urbibus ex parte ſervatis, Datiano, & Cereale coſſ. anno 368. Æræ Chriſtianæ, ut refert Ammianus Marcellinus lib. 17. cap. 13. Idatius in faſtis, Socrates in hiſt. Eccl. lib. 2. cap. 39. & Hieronymus in Chronico. Vide Libanium in Monodiâ de ejuſdem urbis ſubverſione. Sed & reliquam Nicomediam Juliano imperante terræ motu collapſam fuiſſe idem Ammianus Marcellinus lib. 21. cap. 31. teſtatur.

μένων, αὔτανδρα τῆς Ἐκκλησιῶν ἤδη ναυάγια. τίς ἂν ἐξαριθμήσηται τὰ ἐν ὀ(φθαλμοῖς,) μὴ ἂν συμβάντα, εἴτις ἦν που ἐν τοῖς καθηγουμένοις κυβερνητικὴ ἐμπειρία. ἀλλὰ καὶ τὸν σίδηρον (οὐ τοῖς) ἀτέχνοις, τοῖς δὲ ἐπιστήμοσι τῆς χαλκευτικῆς εἰς τὴν τῶν σκευῶν ἀπεργασίαν καταπιστεύομεν· οὐκοῦν καὶ τὰς ψυχὰς τῷ καλῶς ἐπισταμένῳ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ζέσει καταμαλάσσειν, ἐγχειριστέον, ὃς διὰ τῆς τῶν λογικῶν ὀργάνων τυπώσεως, σκεῦος ἐκλογῆς τε, καὶ εὔχρηστον ἕκαστον ὑμῶν ἐπιτελέσειε. τοιαῦτα ποιεῖσθαι τὴν πρόνοιαν ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐγκελεύεται, διὰ τῆς πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολῆς πᾶσι νομοθετῶν τοῖς ἀκούουσιν, ἐν οἷς, φησὶ, δεῖν τὸν Ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι. ἆρ' οὖν τούτου μόνου τῷ Ἀποστόλῳ μέλει, ὅπως ὁ τῆς ἱερωσύνης προεστηκὸς, τοιοῦτος εἴη; καὶ τί τοσοῦτον κέρδος, εἰ ἐν ἑνὶ τὸ ἀγαθὸν κατακλείοιτο; ἀλλ' οἶδεν, ὅτι τῷ προέχοντι συμμορφοῦται τὸ ὑποχείριον, καὶ τὰ κατορθώματα τοῦ καθηγουμένου, τῶν ἑπομένων γίνεται. ὃ γάρ ἐστιν ὁ διδάσκαλος, τοῦτο καὶ τὸν μαθητὴν ἀπεργάζεται· οὐ γάρ ἐστι τὸν τῇ χαλκευτικῇ τέχνῃ μαθητευόμενον, ὑφαντικὴν ἐξασκῆσαι, ἢ ἱστουργεῖν διδασκόμενον, ῥήτορα, ἢ γεωμέτρην γενέσθαι· ἀλλ' ὅπερ ἐν τῷ καθηγουμένῳ βλέπει ὁ μα-

naufragia jam (fecerunt) Eccleſiæ? Quis enumerare poterit quæ (noſtris oculis obverſantur) mala, nunquam profectò eventura, ſi Eccleſiæ peritos aliquos gubernatores habuiſſent. Quin & fabrilis artis non rudibus, ſed gnaris, ferrum ad fabricanda vaſa tradimus; igitur & fidelium animæ, iis committendæ ſunt, qui eas probè ſciant, divinî Spiritûs fervore ſublatâ duritie, molles reddere, & qui rationum momentis, ceu malleorum ictibus, unumquemque noſtrûm in vas electionis, & Domino non inutile valeat efformare. Hujus rei nos rationem habere divinus jubet Apoſtolus, dum in epiſtolâ ad Timotheum de Epiſcoporum moribus legem, fidelibus cunctis obſervandam, ſancivit, inquiens, Oportere Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. *1. Tim. 3.2.* Nunquid enim hoc tantùm curat Apoſtolus, ut qui ſacerdotio fungitur, talis ſit? Ecquod magnum lucrum eſſet, ſi uno tantùm homine probitas contineretur; ſed planè novit Apoſtolus, præpoſitorum moribus ſubditos conformari, & recta ducis facta, illorum etiam, qui ipſum ſequuntur, propria fieri.

Etenim qualis eſt magiſter, talem & diſcipulum efficit; nam qui arti fabrili operam navat, is textor fieri nequit, ſicut nec qui texere didicit, rhetor, vel geometra poteſt evadere; ſed quod in magiſtro

giſtro obſervat diſcipulus, id utiq; in ſe imitatione transfert; propterea, inquit Scriptura,
Luc. 6. 40. *Perfectus erit omnis diſcipulus, quemadmodum magiſter ejus*. Quid igitur, Fratres? Nunquid humilis, modeſtus, moderatus, lucro non addictus, divinarumque rerum peritus, & morum probitate, atque manſuetudine præditus fieri poterit, qui hæc in magiſtro non conſpexerit? Verùm non video, quomodo qui mundana tantùm didicit, ſpiritualis evadere valeat. Quomodo enim alicujus formam ſpeciemque non referant, qui ad eundem ſeſe componunt? Quid prodeſt ſitientibus aquarii magnificentia, ſi aquâ vacuum ſit? Quamvis enim multiformes columnę, cōcinnè diſpoſitę, faſtigium ſuſtollant in altum, quid potiùs in uſum ſuum ſitiens eligeret, lapides ne affabre diſpoſitos intueri, vel fontem invenire, quantumvis ex ligneo canali defluat, ſolumque pellucidos, & potui gratos latices profundat? Ita, Fratres, iis, qui pietatem præ oculis habent, nulla ratio habenda eſſet exterioris ſpeciei, atque pompę; & ſi quis amicorum numero effertur, & dignitatum copiâ ſuperbit, & multis (annuis redditibus fruens, extollitur,) & ad genus ſuum (reſpiciens, gloriatur,) & undequaque faſtu intumeſcit, talem utiq; hominem miſſum facere oportet,

μαθητὴς, τοῦτο καὶ εἰς ἑαυτὸν μετατίθησι. διὰ τοῦτό, φησι, κατηρτισμένος ἔσται πᾶς μαθητὴς, ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ. τί οὖν, ἀδελφοί; ἆρα δυνατὸν ταπεινόφρονα γενέσθαι, καὶ κατεσταλμένον τῷ ἤθει, καὶ μέτριον, καὶ φιλοκερδείας κρείττονα, καὶ τὰ θεῖα σοφὸν, καὶ πεπαιδευμένον τὴν ἐν τοῖς τρόποις ἀρετήν τε, καὶ ἐπιείκειαν, ταῦτα ἐν τῷ διδασκάλῳ μὴ βλέποντα; ἀλλ' οὐκ οἶδα πῶς οἷόν τε τὸν κοσμικῶς μαθητευθέντα, πνευματικὸν γενέσθαι. πῶς γὰρ ἂν μὴ κατ' ἐκεῖνον εἶεν οἱ πρὸς αὐτὸν ὁμοιούμενοι; τί κέρδος ἐστὶ τοῖς διψῶσι τῆς τοῦ ὑδρείου μεγαλουργίας, ὕδατος ἐν αὐτῷ μὴ ὄντος; κἂν ἐν ποικίλοις σχήμασιν ἡ τῶν κιόνων ἐπάλληλος θέσις ἐπὶ τοῦ ὕψους ἀνέχει τὸν πέτασον; τί μᾶλλον ἂν ὁ διψῶν ἕλοιτο πρὸς τὴν ἑαυτοῦ χρείαν, λίθους εὖ διακειμένους βλέπειν, ἢ κρουνὸν εὑρεῖν, κἂν ἀπὸ ξυλίνου σωλῆνος ῥέῃ, μόνον διειδές τε, καὶ πότιμον τὸ νᾶμα προχέοντα; οὕτως, ἀδελφοί, τοῖς πρὸς τὴν εὐσέβειαν βλέπουσιν, ἀμελητέον ἂν εἴη τῆς ἔξω σκηνῆς, ἢ εἴ τις κομᾷ φίλοις, καὶ καταλόγοις ἀξιωμάτων ἀβρύνεται, καὶ πολλὰς ἐτησίας (προσόδους λαμβάνων, καυχᾶται,) καὶ πρὸς τὸ γένος ἑαυτοῦ (ἀφορῶν, μεγαλύνεται,) καὶ πανταχόθεν τῷ τύφῳ περιαυτίζεται, τοιοῦτον ἐᾶν, ὡς ξηρὸν ὑδρεῖον, εἴπερ

μὴ

tan-

μὴ ἔχοι ἐν τῷ βίῳ τὰ προηγούμενα· ἀναζητεῖν δὲ, καθὼς ἂν ᾖ δυνατὸν, τῷ λύχνῳ τοῦ Πνεύματος πρὸς τὴν ἔρευναν κεχρημένοι, κῆπος κεκλεισμένον, καὶ πηγὴ ἐσφραγισμένη, καθά φησι ἡ γραφὴ, ἵνα διὰ τῆς χειροτονίας .... [1] τῷ κήπῳ τρυφῆς, καὶ ἀναστομωθέντος τοῦ τῆς πηγῆς ὕδατος, κοινὸν γένηται κτῆμα τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας. (γένοιτο δὲ,) καὶ παράσχοι ὁ Κύριος εὑρεθῆναι διὰ τάχους ἐν ὑμῖν τοιοῦτον, ὃς ἔσται σκεῦος ἐκλογῆς, στύλος (ἐκκλησίας.) πιστεύομεν δὲ τῷ Κυρίῳ, ἔσεσθαι ταῦτα, εἴπερ ὑμεῖς βουληθείητε διὰ τῆς ὁμονοητικῆς (χάριτος τὸ) ἀγαθὸν συμφώνως ἰδεῖν, προτιμήσαντες τῶν ἰδίων θελημάτων, τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου ἡμῶν (καὶ τὸ αὐτῷ δοκίμιον) καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον, ἵνα κατορθούμενον ἐν ὑμῖν τοιοῦτον ᾖ, ᾧ καὶ ἡμεῖς (χαίρομεν, καὶ ὑμεῖς) ἐντρυφήσετε, καὶ ὁ Θεὸς τῶν ὅλων ἐνδοξασθήσεται, ᾧ πρέπει ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας.

tanquam ſiccum aquarium niſi iis prædītus ſit moribus, qui primum in rectâ vitæ inſtitutione locum obtinent, & ſpirituali lucernâ ad ſcrutandum adhibitâ, inquirendus, quantùm fieri poteſt, hortus concluſus, & fons obſignatus; quemadmodum inquit Scriptura, ut [1] (reſerato) per ordinationem voluptatis horto, & recluſo aquæ fonte, in communem Eccleſiæ Catholicæ utilitatem cedat. (Faxit autem,) concedatque Deus, ut quàm citò inter vos talis vir inveniatur, qui ſit vas electionis, & columna (Eccleſiæ.) Confidimus autem in Domino, fore ut hæc accidant, ſi (gratiâ,) quæ pacem concordiamque fidelibus conciliat, adjuti, ad id quod bonum rectumque eſt, concorditer animum intendere velitis, veſtræ voluntati, Domini noſtri voluntatem, (& quod ipſi probatur,) & placet, quodque perfectum eſt, præferentes; ita ut rectè facta veſtra talia ſint, quibus & nos (gaudeamus, & vos) exultetis, & univerſorum Dominus glorificetur, cui decet gloria in ſecula.

Cant. 4. 12.

EPI-

1 Videtur hic legendum ſupplendumque eſſe, ἵνα διὰ τῆς χειροτονίας ἀνοιγμένου τοῦ κήπου τρυφῆς, quam lectionem in verſione latinâ ſecutus ſum.

EPISTOLA XIV.

[1] QUàm pulchra rerum pulchrarum ſimilitudo eſt, cùm expreſſam primigeniæ venuſtatis imaginem (ſervant). Nam animæ tuæ revera pulchræ expreſſiſſimam imaginem vidi in ſuaviſſimis tuis, (quas ut) alicubi Evangelium
Mat.12.34. ait, ex abundantiâ cordis tui mellitas reddidiſti; quamobrem te ipſum intueri, (tuâque) benevolentiâ, per comitatem illam, quæ in eiſdem literis elucebat, potiri arbitrabar, eaſque ſæpenumero (in manus) ſumens, aſſiduèque percurrens, majore ſemper earum deſiderio (affectus ſum;) nullaque id agendi ſatietas erat, quippe quę, ut in rebus ſuâpte naturâ pulchris, atque egregiis uſu evenit, voluptatem ex tuis literis ortam (excipere, ac terminare neutiquam poteſt.) Nam nec ſolis continuus, & liber aſpectus ejus intuendi cupiditatem minuit, neque valetudinis proſperitas ſui deſiderium tollit; ſic etiam nullam ſatietatẽ dari poſſe credimus ejus voluptatis, quæ ex probitate tuâ capitur, cujus excellentiam, atque præſtantiam ſæpe coram, nunc autem etiam per literas clarè cognovimus. Sed quemadmodũ affici ſolent, qui ingentem ex aliquâ re ſitim contrahunt;

ita

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ιδʹ.

[1] ΩΣ καλὰ τῶν καλῶν ἐστὶ τὰ ὁμοιώματα, ὅταν ἐναργῆ τοῦ πρωτοτύπου κάλλους τὸν χαρακτῆρα (διασώζονται) τῆς γὰρ ψυχῆς σου τῆς ὄντως καλῆς εἶδον ἐναργεστάτην εἰκόνα ἐν τῇ τῶν γραμμάτων γλυκύτητι, (ἅπερ, ὡς) φησί που τὸ Εὐαγγέλιον, ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας σου, ἐμελίτωσας· καὶ διὰ τοῦτο αὐτόν σε προσορᾶν, καὶ (τό σου) εὔφρον καρποῦσθαι διὰ τῆς ἐν τοῖς γράμμασι φιλοφροσύνης ἐνόμιζον, καὶ πολλάκις (εἰς χεῖρας) ἐπαναλαμβάνων τὰ γράμματα, καὶ συνεχῶς ἐπιὼν πρὸς μείζονα τῆς ἀπολαύσεως ἐπιθυμίαν (κατέστην,) καὶ κόρος τῶν γινομένων οὐκ ἦν. ὃς, καὶ ὡς ἄλλου τινὸς τῶν κατὰ φύσιν καλῶν, καὶ τιμίων, τὴν ἡδονὴν δια(παύειν οὐ δύναται.) οὔτε γὰρ τοῦ προσορᾶν τὸν ἥλιον ἡ συνεχὴς μετουσία τὴν ὄρεξιν ἤμβλυνεν, οὔτε τῆς ὑγείας ἡ διηνεκὴς ἀπόλαυσις τὴν ἐπιθυμίαν ἔστησεν, οὔτε τῆς σῆς ἀγαθότητος, [2] ἣν κατὰ πρόσωπον πολλάκις, καὶ νῦν διὰ τοῦ γράμματος ἔγνωμεν, δύναμιν, πεπείσμεθα μέχρι κόρου προελθεῖν τὴν ἀπόλαυσιν. ἀλλ' οἷόν τι πάσχουσιν οἱ ἔκ τινος περιστάσεως διψῶντες ἀτέλεστα,

οὕτω

1 De hac epiſt. hoc unum tantùm conjicere poſſum, ſcriptam, nempe, fuiſſe, quo tempore Nyſſenus ab Eccleſiâ exulabat; nam eâ de re conqueritur, ſimulque miſerum Eccleſiarum Aſię ſtatũ deſcribit.

2 Fortaſſe legendum, ἧς καὶ πρόσωπον.

οὕτω καὶ ἡμεῖς ὅσον ἐμφορούμεθα τῶν σῶν ἀγαθῶν, τοσοῦτο μᾶλλον διψώδεις γινόμεθα. εἰ δὲ μὴ θωπείαν τινὰ, καὶ ψευδῆ κολακείαν τὸν ἡμέτερον λόγον ὑπολήψῃ· πάντως δὲ [1] οὐχ ὑπολήψῃ, τά τε ἄλλα τοιοῦτος ὤν, οἷος εἶ, καὶ περὶ ἡμᾶς διαφερόντως, εἰ καί τις ἄλλος, χρηστός τε, καὶ γνήσιος, πάντως πιστεύσεις τοῖς λεγομένοις, ὅτι τὴν συνεχῆ τῶν δακρύων ἐπίρροιαν ἡ τῶν γραμμάτων χάρις, οἷόν τι φάρμακον ἰατρικὸν, τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐγγενομένη, ἀνέστειλε, καὶ προσδοκῶμεν, τῇ τῶν ἁγίων εὐχῶν σου ἰατρείᾳ τὰς ἐλπίδας ἑαυτῶν ἐπερείδοντες, ὅτι τάχα, καὶ καθόλου τὸ τοιοῦτον τῆς ψυχῆς ἡμῶν πάθος ἐξιαθήσεται· ἐπεὶ τό γε νῦν ἔχον, ἐν τοιούτοις ἐσμὲν, ὡς φείδεσθαι τῆς ἀγαπώσης ἡμᾶς ἀκοῆς, καὶ ἐπικρύπτεσθαι σιωπῇ τὴν ἀλήθειαν, ἵνα μὴ πρὸς κοινωνίαν τῶν ἡμετέρων κακῶν τοὺς γνησίως ἡμᾶς ἀγαπῶντας ἐφελκυσώμεθα. ὅταν γὰρ ἐνθυμηθῶμεν, ὅτι τῶν φιλτάτων ἀπολειφθέντες, ἐν πολέμοις ἀναστρεφόμεθα, καὶ ἃ μὲν καταλιπεῖν ἐβιάσθημεν, τέκνα ἐστὶν, ἃ ταῖς πνευματικαῖς ἡμῶν ὠδῖσι τῷ Θεῷ γεννῆσαι κατηξιώθημεν, [2] (τῷ

τῆς

ita & nos quò magis tuis bonis explemur, cò magis eorundem quodammodo ſiti corripimur. Quòd ſi nullam aſſentationem, nullamque falſam adulationem dictis hiſce noſtris ineſſe cenſueris, quod profectò facies, cùm ſemper ſis erga omnes, ac præſertim erga nos animo, ſi quiſquam alius, liberali, & humanitatis pleno, fidem mihi prorſus habebis, tibi diſertè affirmanti, tuarum literarum ſuavitatem meis oculis, medici cujuſdam remedii inſtar, adhibitam, continuum lacrymarum mearum profluvium repreſſiſſe, noſque præterea ſpem omnem noſtram in tuarum precum medelâ collocantes, planè confidere, fore ut quàm citò, hic animæ noſtræ morbus penitus profligetur, cùm cæteroquin quòd ad præsẽs tempus attinet, in eo ſtatu res noſtræ ſitæ ſint, ut amicorum auribus parcendum, & veritas ſilentio occultanda nobis ſit, ne in malorum noſtrorum conſortium eos, qui nos verè diligunt, pertrahamus; cùm, ſcilicet, animo noſtro perpẽdimus, nos chariſſimis, atq; jucundiſſimis rebus deſtitutos, in bellis verſari, & eos, quos deſerere coacti ſumus, filios eſſe, quos per ſpirituales noſtros dolores Dño parere dignati fuimus, quiq; (dile-

ctionis

1 Ita hôc in loco emendandum cenſui Vaticanum codicem, in quo ſcribitur, οὐχ ἅπαξ λήψῃ.

2 Vide an hæc, & proximè ſequens lacuna ſic meliùs expleri poſſit, κατηξιώθημεν, ἃ καὶ ἡμῖν νόμῳ συνηρμοσμένα ἀγάπης, καὶ κακοπαθείαις ἐν τοῖς τῶν πειρασμῶν καιροῖς ἐπιτείνει πρὸς ἡμᾶς τὸ φιλόστοργον.

ctionis vinculo nobiſcum) conjuncti erant, & difficillimis perſecutionum temporibus, quantumvis gravibus ærumnis vexati, ſuæ tamen erga nos benevolentiæ (majorem ſemper cumulum addiderunt ;) ac præterea domus unicè dilecta, fratres, (conſanguinei, ſodales,) familiares, amici, focus, menſa, cella penaria, ſtragulus, ſcamnum, ſaccus, (mutua colloquia,) lacrymæ, quæ omnia quàm dulcia ſint, & quantùm propter conſuetudinem ſuî deſiderium excitent, (ſupervacaneum erit nos dicere,) cùm ſciamus te id etiam in tuis ad nos literis commemorare ; quæ autem horum nobis loco ſucceſſere, ne quid moleſtum dicere videar, tute ipſe conſidera. Ad extrema vitæ redactus, rurſus quodammodo vivere incipio, (atque diſcere) cogor probatam nunc omnibus morum verſutiam, diſcipulus improbę(hujus)calliditatis ſerò factus, ita ut nunquã non rei turpitudinem erubeſcã.

τῆς ἀγάπης) νόμῳ συνηρμοσμένα (ἡμῖν,) καὶ κακοπαθείαις ἐν τοῖς τῶν πειρασμῶν καιροῖς ἐπι(τείνοντα) πρὸς ἡμᾶς τὸ φιλόστοργον· καὶ ἔτι πρὸς τούτοις οἶκος κεχαριτωμένος, ἀδελφοὶ, συγ(γενεῖς, ἑταῖροι,) συνήθεις, φίλοι, ἑστία, τράπεζα, ταμεῖον, στιβὰς, τὸ βάθρον, ὁ σάκκος, ἡ (συνουσία,) τὸ δάκρυον, ἃ ὡς ἐστι γλυκέα, καὶ διὰ συνηθείας ὅσον ἐράσμια, [1] οὐδὲν δεῖ .. εἰδότες σε γράψαι. τὰ δὲ ἀντ' ἐκείνων, ἵνα μή τι ἐπαχθὲς λέγειν δόξω, πάντα (κατὰ σαυτὸν) σκόπησον. πρὸς τῷ τέλει τῆς ἐμαυτοῦ ζωῆς ὢν, πάλιν τοῦ ζῆν ἄρχομαι (μανθάνειν τε) ἀναγκάζομαι τὴν εὐδοκιμοῦσαν νῦν τῶν ἠθῶν ποικιλίαν, [2] ὀψιμαθὴς κακότροπος ..... τῆς πανουργίας γινόμενος, ὡς ἐρυθριᾶν ἀεὶ τῇ ἀφυΐᾳ τοῦ πράγματος. [3] οἱ δὲ ἀντιτεταγμένοι τῇ διδασκαλίᾳ τῆς σοφίας ταύτης, εἰσὶν ἱκανοὶ καὶ φυλάξαι, ὃ ἔμαθον, καὶ ἐφευρεῖν, ὃ οὐκ ἔμαθον. (τοιγαροῦν) πολεμοῦσι, πόῤῥωθεν ἀκροβολίζοντες, ἐπὶ παρατάξεως καταπυκνοῦσι τὴν φάλαγγα, καὶ τὸ (πρόσφορον αὐτοῖς) προλογίζον-

[3] At adverſarii hanc ſapientiam edocti, & ſervare quod didicerunt, & quod nondum ſciunt, facilè adinvenire poſſunt : longè itaque jaculantes, acriter pugnant, phalangem inter præliandum addenſant, ad (ſuam tantùm utilitatem) præfantur, exaggerationi-

1 Locus iſte ita ſupplendus eſſe videtur, ut legamus, οὐδὲν δεήσει ἡμᾶς λέγειν εἰδότας σε γράψαι, vel potiùs, σοι γράψαι.

2 Videtur hic locus ita reſtitui debere, ὀψιμαθὴς κακοτρόπου ταύτης τῆς πανουργίας γινόμενος.

3 Videtur loqui Nyſſenus de Macedonianis; nam ſimilia de eiſdem habet Baſilius in libro de Spiritu ſancto capite ultimo, ubi miſerum Eccleſiarum Orientis ſtatum fusè deſcribit.

γίζονται, ταῖς ὑπερβολαῖς περικατέχουσι, τοὺς συμμάχους ἑαυτοῖς πανταχόθεν προσπεριβάλλονται. πολὺς δὲ παρ' αὐτοῖς, καὶ ἀκαταγώνιστος τῇ δυνάμει ὁμαρτεῖ δόλος,) εἰς στρατηγίαν προβεβλημένος, ὥσπερ τις ἀγωνιστὴς περιδέξιος, διπλῇ τῇ χειρὶ τοῦ ἰδίου στρατοῦ προμαχόμενος, πῆ μὲν δασμολογῶν τοὺς ὑποχειρίους, πῆ δὲ βάλλων τοὺς προστυγχάνοντας. εἰ δὲ καὶ τὴν εἴσω ἡμῶν διαγωγὴν ἐξετάζοις, εὑρήσεις ἄλλα τοιαῦτα, οἰκίδιον πνιγηρὸν, κρυμῷ, καὶ ζόφῳ, καὶ στενοχωρίᾳ, καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις καλοῖς εὐθηνούμενον, βίον ὑπὸ πάντων μωμοσκοπούμενον, φωνὴν, καὶ βλέμμα, καὶ ἱματίου περιβολὴν, χειρός τε κίνησιν, καὶ ποδῶν ποιὰν στάσιν, καὶ πάντα πολυπραγμονούμενα· καὶ εἰ μὴ δασὺ ἆσθμα διὰ πολλοῦ προχεόμενον, καὶ εἰ μὴ συνεχὴς διαδίδοται στεναγμὸς σὺν τῷ ἄσθματι, καὶ εἰ μὴ διεκπίπτει [1] τῆς ζώνης ἡμῶν τὸ χιτώνιον, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ μὴ κεχρῆσθαι τῇ ζώνῃ, καὶ εἰ μὴ περιῤῥέοι κατὰ τὸ πλάγιον ἡμῖν ἡ διπλοΐς, ταῦτα πάντα μὴ γινόμενα, πολέμου τοῦ πρὸς ἡμᾶς ὑπόθεσις γίνεται, καὶ ἐπὶ τούτοις κατ' ἄνδρας, καὶ δήμους, καὶ ἐσχατιὰς, πρὸς τὴν καθ' ὑμῶν μάχην συνίστανται· ἐπειδὴ οὐκ ἔστι

δια-

v.9. Χαίρομεν ὅταν, ſine γὰρ. Mox τοῦτο δὲ εὐχόμεθα, ſine καὶ.

Ἐγράφη ἀπὸ Φιλίππων διὰ Τίτου, καὶ Λουκᾶ. Στίχοι φϟ'.

Miſſa fuit ab urbe Philippis per Titum, & Lucam. Verſus DXC.

ARGUMENTUM

Epiſtolæ ad Galatas.

HAnc ab Urbe ſcribit, quum jam vidiſſet eos, ac docuiſſet; ſcribendæ autem epiſtolæ hæc fuit occaſio. Galatæ rectè ab Apoſtolo edocti, quum ſincerè in Chriſtum credidiſſent, ubi diſceſſit Apoſtolus, ſeducti ſunt à quibuſdam, ut circumciderentur. His igitur cognitis,

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τῆς πρὸς Γαλάτας ἐπιστολῆς.

ΤΑύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Ῥώμης ἑωρακὼς αὐτοὺς, καὶ διδάξας· ἡ δὲ πρόφασις τῆς ἐπιστολῆς ἐστὶν αὕτη. διδαχθέντες καλῶς οἱ Γαλάται παρὰ τοῦ Ἀποστόλου, καὶ πιστεύσαντες γνησίως εἰς τὸν Χριστὸν, ἀποδημήσαντος δὲ τοῦ Ἀποστόλου, ὑφηρπάσθησαν παρά τινων, ὥστε περιτέμνεσθαι. ταῦτα τοίνυν μαθὼν ὁ Ἀπο-

ὁ Ἀπόστολος, γράφει πρὸς αὐτούς. καὶ πρῶτον μὲν μαρτυρῶν αὐτοῖς περὶ ἧς εἶχον πίστεως, καὶ γνησίας ἐν Χριστῷ διαθέσεως· μέμφεται δὲ ὡς ἀνοήτως πράξαντας, καὶ μεταβαλλομένους αὐτούς. ἔπειτα διαλαμβάνει περὶ τοῦ νόμου, καὶ τῆς κατὰ τὸν Ἀβραὰμ πίστεως, καὶ ἀποδείκνυσιν ἔκ τε τοῦ νόμου, καὶ τῶν γυναικῶν τοῦ Ἀβραὰμ, ἀλληγορήσας αὐτὰς, μέχρι καιροῦ δεδόσθαι τὴν σκιὰν, καὶ τὴν περιτομὴν, καὶ ἀργεῖν αὐτὰ λοιπὸν τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ· καὶ οὕτως ἀποδείξας, παραγγέλλει λοιπὸν αὐτοῖς, μηκέτι προσέχειν τοῖς ἀπατήσασιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἔχεσθαι τῆς ἐν Χριστῷ πίστεως, καὶ γιγνώσκειν, ὅτι ἡ ἐν Χριστῷ χάρις καταργεῖ τὴν κατὰ σάρκα περιτομήν. καὶ οὕτω πάλιν εἰς τὰ ἤθη παραινέσας, καὶ διδάξας, τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν.

gnitis,ſcribit ad eos Apoſtolus. Et primò quidem teſtimonium ipſis reddit de fide, & recto in Chriſto animi propoſito, quod habuerant, eoſque redarguit, quòd mutatione in malum factâ,inſipienter ſe geſſerint. Deinde de lege diſſerit, ac de fide ſecundùm Abraham, oſtendens cùm ex ipſa veteri lege, tum ex duobus Abrahami uxoribus allegoricè acceptis, ad tempus datam fuiſſe umbram, ac circumciſionem, & hæc deinceps per Chriſti adventũ deſiiſſe. His ita demonſtratis,conſequenter præcipit ipſis, ne ampliùs impoſtores attendant; ſed potiùs Chriſti fidem amplectãtur, & circumciſionem ſecũdùm carnem, per Chriſti gratiam, inutilem redditam fuiſſe cognoſcant, atque ita demum de moribus rurſus hortando, ac præcipiendo, concludit epiſtolam.

ΕΚΘΕΣΙΣ

Κεφαλαίων καθολικῶν τῆς πρὸς Γαλάτας ἐπιστολῆς. Οὐκ ἔχει ἡ πρὸς Γαλάτας ἐπιστολὴ ὑποδιαιρέσεις κεφαλαίων, διὰ τοῦτο οὐδὲ ἔχει διὰ κινναβάρεως ἀριθμὸν γεγραμμένον.

ELENCHUS

Capitum Epiſtolæ ad Galatas. Hæc epiſtola ſubdiviſionibus capitum caret, ideoque nullas habet numerorum notas cinnabari exaratas.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

τῆς πρὸς Γαλάτας ἐπιστολῆς Παύλου ιβʹ.

CAPITA

Pauli ad Galatas Epiſtolæ n.XII.

I. Μετὰ τὸ προοίμιον, διήγησις τῆς ἑαυτοῦ μεταστάσεως

I. POſt proœmiũ narrat quomodo per revelationem à Ju-

à Judaiſmo ad Chriſti fidem accesſerit. *cap.*1.6.

II. De teſtimonio ab Apoſtolis reddito, de vita, quæ in fide ſita eſt. *cap.*2.1.

III. De altercatione, quam habuit cum Cepha, de ſalute, quæ in fide ſita eſt, non in lege. *cap.*2.11.

IV. Quòd per fidem ſanctificatio fit, non verò per legem. *cap.*2.17. *Palatinus, & Cryptoſ. cap.*3.1.

V. Quòd Abraham ex fide juſtificatus ſit in noſtrî typum. *cap.*3.6. *Alii codices cap.*3.8.

VI. Quòd lex non juſtificet, ſed redarguat, & maledictionem inferat, quam ſolvit Chriſtus. *cap.*3.10.

VII. Quòd non ex lege, ſed ex promiſſione, omnia nobis bona proveniant; lex verò nos ad ea conſequenda, per redargutionem, punitionemque præparaverit. *cap.*3.15.

VIII. Quòd ii, qui ſub lege erant, creatarum rerum ſervituti fuerint obnoxii. *cap.*4.1.

σεως ἀπὸ ἰουδαϊσμοῦ κατὰ ἀποκάλυψιν.

II. Περὶ τῆς τῶν Ἀποςόλων ἐπιμαρτυρήσεως εἰς τὴν ἐν πίςει ζωήν.

III. Περὶ τῆς πρὸς Κηφᾶν ἀντιῤῥήσεως ὑπὸ τῆς ἐν πίςει, καὶ οὐκ ἐν νόμῳ σωτηρίας.

IIII. Ὅτι διὰ πίςεως ἁγιασμὸς, οὐ διὰ νόμου.

Π. Ὅτι καὶ Ἀβραὰμ ἐκ πίςεως ἐδικαιώθη, εἰς τύπον ἡμῶν.

ΠΙ. Ὅτι ὁ νόμος οὐ δικαιοῖ, ἀλλ᾽ ἐλέγχει, καὶ κατάραν ἐπιτίθησιν, ἣν λύει ὁ Κύριος.

ΠΙΙ. Ὅτι οὐκ ἐκ νόμου, ἀλλ᾽ ἐξ ἐπαγγελίας τὰ ἀγαθά· ὁ δὲ νόμος παρασκευαςὴς δι᾽ ἐλέγχου.

ΠΙΙΙ. Ὅτι ὑπὸ [1] κτίσιν ἦσαν οἱ ἐν νόμῳ.

ΠΙΙΙΙ. Ὅτι ἐν τῇ ἐλευθέρᾳ γυναικὶ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ γνησίῳ παιδὶ ὑποτυπωθέντας, οὐ χρὴ δουλεῦσαι νόμῳ.

Δ. Ὅτι ἡ κλῆσις ἡμῶν οὐκ ὑπόκειται περιτομῇ, καὶ νόμῳ διὰ τὸ τοῦ Χριςοῦ πάθος.

ΔΙ. Ὑπογραφὴ τῆς κατὰ πνεῦμα ἐλευθερίας.

ΔΙΙ.

IX. Quòd legi inſervire non debeant, qui in libera Abrahami uxore, ejuſque legitimo filio allegoricè deſignantur. *cap.*4.21.

X. Quòd noſtra vocatio circumciſioni, ac legi propter Chriſti paſſionem non ſubjiciatur. *cap.* 4.31. *Palat. & Cryptoſ. cap.*5.2.

XI. Levis adumbratio libertatis, quæ ſecundùm ſpiritum eſt. *cap.*5.13.

XII.

1 In Stephani editione, & tribus Vaticanæ Bibliothecæ codd. legitur, κτίσιν.

ΔII. Ἀποτροπὴ ἀπὸ τῶν ἑλκόντων ἐπὶ τὴν περιτομὴν, καὶ προτροπὴ πρὸς νέαν ζωὴν τὴν ὑπὸ πνεύματι. Στίχοι ιβʹ.

XII. Exhortatio ad novum vitæ genus, quæ ſub ſpiritu ducitur, & ab iis qui circumcidi cogunt avocatio. *cap.*6.11.
Verſus horũ capitulorũ sũt XII.

1 Poſt hæc verba in codice Regio-Alexandrino ea repetuntur, quæ ſuprà monuit de hujus epiſtolæ capitibus, quòd, nempe, ſubdiviſiones ullas non habeant. Idem ſit in aliis epiſtolis, in quibus eâdem admonitione opus eſt.

Variæ lectiones in Pauli Epiſtolam ad Galatas.

CAp.I.Verſ.1. In Vaticano cod. num.367. habetur, Τῇ εʹ. τῆς ιδʹ. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ V. hebdomadis XIV.* Addit etiam legendum eſſe uſque ad totum ver.3.& deinde omitti debere ſequentes verſus uſq; ad initium ver. 20. ac demum deſinere in fine ver.5.capitis ſequentis, quemadmodum Græci nunc quòque faciunt.

v.3. Ἀρχή. Supple ex Vaticano cod. n.367. & ex Urbinate, Σαββάτῳ κεʹ. *Lectio ſabbati XXV poſt Pentecoſtem.* Deſinit in fine verſ.10. juxta eoſdem codd. & Græcorum ritualia typis edita.

Ibid. Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ, ut in Alexandrino.

ṽ.11. In margine, Κυριακῇ κʹ. *Lectio dominicæ XX. poſt Pentecoſtem.* Alii autem Vaticanæ Bibliothecæ codd. juxta Græcorum ritualia typis edita, addunt eandem lectionem recitari die 23. Octobris in feſto S. Jacobi fratris Domini, & dominicâ poſt feſtum Nativitatis Domini. Deſinit in fine ver.19.

v.15. Ὁ ἀφορίσας, cum articulo, ut in Alexandrino.

v.17. Οὐδὲ ἀπῆλθον, pro ἀνῆλθον. Ante hoc autem verbum in Vaticano cod. n.363. ſcribitur tantùm Ἀρχή; ſed Urbinas ſubjungit, Τῇ γʹ. nempe, τῆς καʹ. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ III. hebdomadis XXI. poſt Pentecoſtẽ*, de qua lectione, Vide quæ ſuperiùs notavimus ad ver. 7. capitis ultimi epiſtolæ ad Corinthios.

v.18. Ἀπῆλθον iterum, pro ἀνῆλθον.

v.23. Ad verbum, ἐπόρθει, habet in margine, κατέστρεφεν.

Cap.II.Ver.1. In margine, Στίχοι νʹ. *Verſus L.* Vaticanus codex num.363. & Urbinas ad hunc verſum habent, Τῇ δʹ. τῆς καʹ. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ IV. hebdomadis XXI. poſt Pentecoſtẽ.* Deſinit in fine verſ. 5. Aliter nunc Græci faciunt. Vide no-

tata ad ver.18. cap. 1. epiſtolæ ad Coloſſenſes.

Cap.II.Ver.5. Ad verbum, ἔξαμεν τῇ ὑποταγῇ, habet in margine, ὑπεχωρήσαμεν, ὑπεστειλάμεθα.

v.6. Vaticanus cod. nu. 367. juxta Græcorum ritualia typis edita habet, Τῇ ϛ'. τῆς ιε'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ VI. hebdomadis XV. poſt Pentecoſtem*. Deſinit in fine verſ.10. At Vaticanus codex nu. 363. & Urbinas habent, Τῇ ε'. τῆς κα'. Ἀδελφοὶ, πρόσωπον ὁ Θεὸς. *Lectio feriæ V. hebdomadis XXI. poſt Pentecoſtē, Fratres, Deus perſonam &c.* Deſinit ver. 16. in illis verbis, διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.

v.7. Manu recentiori correctum eſt, πεπίστευταί μοι.

v.11. Ἦλθε Κηφᾶς, ut in Alexandrino, pro Πέτρος.

Ibid. Vaticanus cod. n. 367. habet, Τῇ β'. τῆς ιε'. ἑβδομάδος. *Lectio feriç II. hebdomadis XV. poſt Pentecoſtem*. Deſinere videtur in fine verſ. 15. Sed Græci nunc lectionem iſtam terminant in fine verſûs ſequentis.

v.16. In margine, Κυριακῇ κα'. *Lectio dominicæ XXI. poſt Pentecoſtem*. Alii Vaticanæ Bibliothecæ codices addunt, eandē lectionem recitari etiam die dominicâ, quæ immediatè ſequitur feſtum Exaltationis S. Crucis. Ita in utroque feſto Græcis obſervatur. Deſinit autem in fine ver.20.

v.20. Verba illa, Χριστῷ συνεσταύρωμαι, addita ſunt manu coævâ.

Ibid. Vaticanus cod. n. 363. & Urbinas habent, Τῇ ϛ'. τῆς κα'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ VI. hebdomadis XXI. poſt Pentecoſtē*. Deſinit in fine ver.7. capitis ſequentis. Diſcrepant Vaticanus alter codex, & Græcorum ritualia typis edita. Vide notata ad ver.1. capitis ſecundi epiſtolæ ad Coloſſenſes.

v.21. Vaticanus codex num. 367. atque typis edita Græcorum ritualia habent, Τῇ γ'. τῆς ιε'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ III. hebdomadis XV. poſt Pentecoſtem*. Deſinit in fine ver.7.

Ibid. In margine, Στίχοι ρ'. *Verſus C.*

Cap.III.Ver.3. Τῷ πνεύματι, cum articulo.

v.8. Vaticanus codex num. 363. habet, Σαββάτῳ κϛ'. *Lectio ſabbati XXVI. poſt Pentecoſtem*. Alter Vaticanus cod. & Urbinas addunt, καὶ σαββάτῳ πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως. *Et ſabbati ante feſtum Nativitatis Domini*. Eandem in utroque feſto Græci nunc recitant, eique finē imponunt in fine verſ. 12. ubi etiam in Regio-Alexandrino codice eſt τέλος.

v.13. In margine eſt Ἀρχὴ, & in fine verſ. 14. τέλος, ut in

Pala-

Palatino codice. Sed in Vaticano codice num. 367. hæc habentur, Τȣ͂το τὸ ι΄. κεφάλαιον ἐπισυνάπτεται μετὰ τȣ͂ ιδ΄. κεφαλαίȣ τῆς πρὸς Κορινθίȣς α΄. ἐπιστολῆς, καὶ ἀναγινώσκεται τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ πρωΐ. *Hoc decimum caput conjungitur cum capite decimo quarto epiſtolæ I. ad Corinthios, & legitur ſabbato majoris hebdomadæ ad matutinum.* Κεφάλαια autem ipſæ lectiones vocari ſolent in iſto codice, quòd, nempe, ſacrum textum in quædam veluti capita diſtinguant. Similia habent alter Vaticanus codex, & Urbinas. Vide quæ ad cap. 5. 6. epiſtolæ I. ad Corinthios notavimus.

Cap. III. Ver. 15. Vaticanus cod. n. 367. habet, Τῇ δ΄. τῆς ιε΄. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ IV. hebdomadis XV. poſt Pentecoſtem.* Deſinit in fine verſus 22. juxta Græcorum ritualia typis edita. Sed in Vaticano codice n. 363. & in Urbinate dicitur, Τῇ β΄. τῆς κβ΄. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ II. hebdomadis XXII. poſt Pentecoſtem.*

Ibid. In margine, Στίχοι ρλ΄. *Verſus CXXX.*

v. 16. Ἐῤῥέθησαν, pro ἐῤῥήθησαν. Mox habet in margine manu æquè veteri, καὶ τῷ σπέρματί σȣ, tanquam reponendum poſt Χριστὸς.

v. 17. Ad illa verba, ἔτη τετρακόσια, καὶ τριάκοντα, habet in margine, Ἀβραὰμ ἀπὸ οε΄. ἔτȣς ἔτη κε΄. Ισαὰκ ἔτη ξ΄. Ιακὼβ ἔτη ϛα΄. Ιωσὴφ ἔτη ρι΄. ἐν Αἰγύπτῳ ἔτη ρμδ΄. γίνεται ἔτη υλ΄.

v. 23. Vaticanus codex num. 367. habet, Τῇ ε΄. τῆς ιε΄. ἑβδομάδος. τὸ αὐτὸ λέγεται, καὶ εἰς μάρτυρας γυναῖκας. *Lectio feriæ V. hebdomadis XV. eadem etiam recitatur in feſto SS. Mulierum martyrum.* Deſinere videtur in fine ver. 3. capitis ſequentis. At Vaticanus cod. n. 363. & Urbinas habent, Τῇ γ΄. τῆς κβ΄. καὶ μηνὶ δεκεμβρίῳ δ΄. εἰς ἁγίαν μεγαλομάρτυρα Βαρβάραν. *Lectio feriæ III. hebdomadis XXII. poſt Pentecoſtem, & feſti S. magnæ martyris Barbaræ die IV. Decembris.* Urbinas deſinere videtur in fine ver. 3. capitis ſequentis. At Vaticanus num. 363. definit in fine capitis, ubi etiam in Palatino codice eſt τέλος. Græci tamen, qui Vaticani codicis n. 367. rubricas ſequuntur, hanc lectionem, quam etiam in S. Barbaræ feſto recitāt, terminare ſolent in fine ver. 5. capitis ſeq.

v. 24. In margine, Στίχοι ρν΄. *Verſus CL.*

v. 28. In Vaticano cod. num. 363. hìc habetur, Ἀρχὴ, ſed cujus lectionis, vel alterius rei initium, eſſe poſſit, non video. In fine etiam hujus capitis habet τέλος, quod tamen intelligen-

ligendum eſſe videtur de altera lectione, de qua egimus ad ver. 23. hujus capitis.

Cap. IV. Ver. 1. In margine, Ἀρχὴ; ſed cujus rei initium eſſe poſſit, prorſus ignoro. Certè lectionis ab hoc verſu incipientis nulla mentio habetur in iis, quos contuli, Vaticanæ Bibliothecæ codicibus.

v. 4. In margine, Ἀρχὴ τῇ παραμονῇ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως. *Lectio vigiliæ Nativitatis Domini*, Deſinit in fine verſ. 7. Sed hac die aliam lectionem ex epiſtola ad Hebræos deſumptam, recitari jubent ſcripti codices, atque edita Græcorum ritualia. Meliùs in omnibus Vaticanæ Bibliothecæ codicibus dicitur, Μηνὶ Δεκεμβρίῳ κε'. εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν. *Lectio recitanda die 25. menſis Decembris in feſto S. Nativitatis Domini*. Deſinit, ut in vulgatis Græcorum ritualibus, in fine ver. 7.

v. 8. Vaticanus cod. nu. 367. cui edita Græcorum ritualia adſtipulantur, habet Τῇ παρασκευῇ τῆς ιε'. ἑβδομάδος. Ἀδελφοὶ, ὅτε μὲν οὐκ οἴδατε τὸν Θεὸν ἐδουλεύσατε. *Lectio feriæ VI. hebdomadis XV. Fratres, Quum quidem ignorantes Deum &c.* Deſinit in fine ver. 21.

v. 9. Alter Vaticanus codex, & Urbinas habent, Τῇ δ'. τῆς κβ'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ IV. hebdomadis XXII. poſt Pentecoſtem*. Deſinit in fine verſ. 14. Diſcrepant Græcorum ritualia. Vide notata ad cap. 3. 17. epiſtolæ ad Coloſſenſes.

Ibid. Ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, cū articulo.

v. 12. Γίνεσθε ὡς κἀγὼ, ὅτι ἐγὼ ὡς ὑμεῖς. Et ſtatim habet in margine, Ἀρχὴ εἰς γενέθλιον τοῦ Προδρόμου. *Initium lectionis in feſto nativitatis S. Joannis Baptiſtæ*. Finis non indicatur. Sed aptior videtur eſſe lectio ex epiſtola ad Romanos cap. 13. 11. quam in feſto Nativitatis S. Joannis, non modò vulgata Græcorum ritualia, verùm etiam ipſemet Regio-Alexandrinus, aliiq; ſcripti codices recitari jubent, ut ſuo loco monſtravimus.

v. 13. Vaticanus codex num. 363. & Urbinas habent, Τῇ ε'. τῆς κβ'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ V. hebdomadis XXII. poſt Pentecoſtem*. qua tamen die aliam lectionem recitandam eſſe dicunt Græcorum ritualia typis edita, ut ad cap. 4. 2. epiſtolæ ad Coloſſenſes videbimus. Deſinit in codice Urbinate in fine ver. 26.

v. 19. In margine, Ἀρχὴ. *Initium*, fortaſſe lectionis recitandæ in feſto cōceptionis S. Annæ, vel S. Joannis Baptiſtæ, de quibus mox ad ver. 22. hujus capitis. Nam lectio prioris feſti juxta codicem Vaticanum n. 363. deſi-

deſinit ver. 1. cap. 5. in illis verbis, Χριςὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε, poſt quæ etiam verba Regio-Alexandrinus codex habet τέλος. Syri verò ab hoc verſu decimo nono incipiunt lectionem feſti Nativitatis S. Joannis, ut videre eſt in Anglicanis Bibliis Polyglottis, quam ob rem fieri poteſt, ut ob materiæ ſimilitudinem lectio in feſto conceptionis ejuſdem Sancti ab eodem verſiculo aliquando apud Græcos inceperit.

Cap. IV. Ver. 22. Vaticanus codex num. 363. habet, Μηνὶ σεπτεμβρίῳ η'. εἰς τὴν γένεσιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. *Lectio recitanda die octavâ menſis Septembris in feſto ſanctiſſimæ Deiparæ.* Deſinit in fine verſ. 27. Urbinas verò addit, καὶ δεκεμβρίῳ θ'. εἰς τὴν σύλληψιν, *& die nona Decembris in feſto Conceptionis S. Annæ.* Priorem terminari ait in fine ver. 27. poſteriorem verò verſ. 1. capitis ſequentis in illis verbis, Χριςὸς ἡμᾶς ἐλευθέρωσε, poſt quæ verba Vaticanus cod. num. 363. habet etiam τέλος. Meliùs in Vaticano cod. nu. 367. dicitur, Μηνὶ δεκεμβρίῳ θ'. εἰς τὴν σύλληψιν τῆς ἁγίας Ἄννης, καὶ εἰς τὴν σύλληψιν τοῦ Προδρόμου. Ἀδελφοὶ, Ἀβραὰμ. *Lectio recitanda die 9. Decembris in feſto Conceptionis S. Annæ, & in feſto Conceptionis S. Joannis Baptiſtæ,* quod die 23. Septembris celebratur. Huic enim rubricę adſtipulantur vulgata Græcorum ritualia, in quibus hæc lectio juxta eundem Vaticanum codicem in fine ver. 27. terminatur. At in feſto Nativitatis S. Mariæ Græci nunc recitant aliam lectionem ex cap. 5. 2. epiſtolæ ad Philippenſes deſumptam, ut ſuo loco videbimus.

v. 24. Ad verbum, ἀλληγορούμενα, habet in margine, ἑτέρως κατὰ μετάφρασιν νοούμενα, καὶ οὐ κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν.

Ibid. Εἰσὶν δύο διαθῆκαι, ſine articulo, ut in Alexandrino.

v. 27. In margine, Στίχοι σ'. *Verſus CC.*

v. 28. Vaticanus cod. n. 367. habet, Τῇ β'. τῆς ις'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ II. hebdomadis XVI poſt Pentecoſtem.* Deſinit in fine ver. 10. capitis ſequentis, ut in vulgatis Græcorum ritualibus, à quibus diſſentiunt alter Vaticanus codex, & Urbinas, qui habent, Τῇ ς' τῆς κβ'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ VI. hebdomadis XXII. poſt Pentecoſtem,* & terminari ajunt in fine verſ. 5. capitis ſequentis.

Cap. V. Verſ. 1. Deletum eſt ἡ, ut ex veteris raſuræ veſtigiis apparet, idque fortaſſe factum fuit, ut aptiùs deſineret lectio illa, de qua ad verſ. 19. præcedentis capitis egimus; nā

poſt

poſt verbum ἐλευθέρωσε, habet τέλ☉.

Cap. V. Verſ. 4. Vaticanus codex nu. 363. & Urbinas habent, Τῇ β'. τῆς κγ'. ἑβδομάδος. Ἀδελφοὶ, οἵτινες ἐν νόμῳ. *Lectio feriæ II hebdomadis XXIII poſt Pentecoſtem. Fratres, qui in lege &c.* Deſinit in fine verſ. 14. Aliam lectionem Græci hac die recitant. Vide notata ad ver. 1. cap. 1. epiſtolæ I. ad Theſſalonicenſes.

v. 7. Τίς ὑμᾶς ἐνέκοψε, pro ἀνέκοψε, ut in Alexandrino.

v. 11. Vaticanus codex num. 367. cui Græcorum ritualia typis edita adſtipulantur, habet, Τῇ γ'. τῆς ιϛ'. ἑβδομάδ☉. *Lectio feriæ III. hebdomadis XVI. poſt Pentecoſtem.* Deſinit in fine verſ. 21.

v. 13. Ἐπ' ἐλευθερίαν ἐκλήθητε, pro ἐλευθερίᾳ.

v. 14. Vaticanus codex num. 363. & Urbinas habent, Τῇ γ'. τῆς κγ'. ἑβδομάδ☉. *Lectio feriæ III. hebdomadis XXIII poſt Pentecoſtem.* Deſinit in fine ver. 21. Græci aliam hac die lectionem recitant. Vide notata ad cap. 1. 6. epiſtolæ I. ad Theſſalonicenſes.

v. 17. Ταῦτα δὲ ἀντίκειντα, pro ἀντίκειται.

v. 18. Ad marginem hujus verſiculi hæc adnotantur, Ἀπλικοὶ κανόνες. Vide quæ ſuprà obſervavimus ad cap. 3. v. 17. epiſtolæ I. ad Corinthios.

v. 20. Φαρμακεία ἔρις, ſine ἔχθραι.

v. 22. In margine, Στίχοι σν'. Ἀρχὴ. *Verſus CCL. Initium*, utique lectionis, de qua non conſentiunt ſcripti codices: Urbinas enim habet, Σαββάτῳ κβ'. καὶ δεκεμβρίῳ ε'. τοῦ ἁγίου Σάβα, καὶ τοῦ ἁγίου Δανιὴλ τοῦ Στυλίτου. *Lectio ſabbati XXII. poſt Pentecoſtem, & feſti S. Sabæ die V. Decembris, & S. Danielis Stylitæ*, die 11. ejuſdem menſis, Deſinit in fine ver. 1. capitis ſequentis. Vaticanus codex num. 363. habet, Σαββάτῳ κζ'. καὶ εἰς ὁσίους. *Lectio ſabbati XXVII. poſt Pentecoſtem, & in Sanctos Monachos.* Deſinit in fine ver. 2. capitis ſequentis. At Vaticanus alter, qui habet, Σαββάτῳ κζ'. τὸ αὐτὸ λέγεται καὶ εἰς ὁσίους ἀδελφοὺς, deſinere videtur in fine ver. 1. Græcorum ritualia typis edita, cum hoc poſtremo Vaticano codice conſentiunt, niſi quòd in fine ver. 2. lectionem hanc juxta Palatinum, & alterum Vaticanum codicem terminare ſolent tam in ſabbato XXVII. poſt Pentecoſtem, quàm in feſto S. Sabæ τοῦ ἡγιασμένου, & S. Danielis Stylitæ, aliorumque Sanctorum Monachorum. Poſtremam Vaticani codicis rubricam potiùs, quàm aliam codicis Urbinatis con-

convenire arbitror codici Regio-Alexandrino, qui etiam in fine ver.2. capitis ſequentis habet τέλος.

v.25. Πνεύματι, καὶ στιχοῦμεν, pro στιχῶμεν.

v.26. Ἀλλήλους προσκαλούμενοι, pro προκαλούμενοι.

Cap.VI. Verſ. 2. Vaticanus codex n. 367. habet, Τῇ δ'. τῆς ιϛ'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ IV. hebdomadis XVI. poſt Pentecoſtem*. Deſinit in fine ver. 10. ut in vulgatis Græcorum ritualibus. Sed alter Vaticanus codex cum Urbinate habet, Τῇ δ'. τῆς κγ'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ IV. hebdomadis XXIII. poſt Pentecoſtem*. Deſinit ver. 10. in illis verbis, ἐργαζόμεθα τὸ ἀγαθόν.

v.7. Ad verbum, οὐ μυκτηρίζεται, habet in margine, οὐκ ἀπατᾶται.

v.11. In margine Κυριακῇ κβ'. *Lectio dominicæ XXII. poſt Pentecoſtem*. Deſinit in fine epiſtolæ, ut in vulgatis Græcorum ritualibus, & in Vaticano cod. num. 367. Additur tam in eodem, quàm in altero Vaticano codice, hanc ipſam lectionem recitari etiam die dominica, quæ feſtum Exaltationis S. Crucis præcedit; & quidem hæc lectio à Græcis nunc eâ die iterũ recitatur. Malè autem in codice Urbinate, poſt memoratas binas haſce dominicas, ſtatim ſubjungitur, καὶ σεπτεμβρίῳ ιγ'. nam die XIII. ſeptembris, aliam lectionem recitari jubent Græcorum ritualia typis edita. Vide notata ad cap. 3. 1. epiſtolæ ad Hebræos.

v.12. Οὗτοι ἀναγκάζουσιν, pro ἀναγκάτουσιν,

v.13. Οὐ γὰρ, pro οὐδὲ γὰρ.

v.14. Vaticanus codex num. 363. & Urbinas habent, Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ ὥρᾳ α'. *Lectio ſanctæ, & magnæ feriæ VI. ad primam*. Idem legitur in vulgatis Græcorum ritualibus. Deſinit in fine epiſtolæ.

v.18. Τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, ſine Χριστοῦ.

Πρὸς Γαλάτας ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης. Στίχοι σϟγ'.

Epiſtola ad Galatas ſcripta fuit ab Urbe Roma. Verſus CCXCIII.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τῆς πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολῆς.

Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Ῥώμης, οὔπω μὲν ἑωρακὼς αὐτοὺς, ἀκού-

σας

ARGUMENTUM

Epiſtolæ ad Epheſios.

Hanc ab Urbe Roma mittit, quum nondum eos vi-

vi-

vidiſſet, ſed tamen de ipſis audiſſet. Scribendæ autem epiſtolæ hæc fuit occaſio. Quum credidiſſent Epheſii in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſincerâ in ipſum fide, & in omnes Sanctos charitate præditi erant, cupiebantque à Paulo confirmari. Quum ergo id cognoviſſet Paulus, hanc quodammodo catecheticam epiſtolam ipſis ſcribit. Et primùm quidẽ oſtendit non novum eſſe fidei noſtræ myſterium, ſed ab initio, & ante mũdi conſtitutionem Dei beneplacitum fuiſſe, ut Chriſtus pro nobis pateretur, noſque ſalvaret. Poſtmodum de Gentium vocatione diſſerit, ut oſtendat eos meritò crediſſe. Præterea noſtram vocationem non per hominem, ſed per Jeſum Chriſtum, qui eſt filius Dei, factam fuiſſe declarat; ut ex hoc quòque diſcant quòd, cùm in Chriſtum crediderunt, veri non hominum, ſed Dei cultores evaſerint, ſignificat etiam ſe miſſum fuiſſe, ut Evangelium prædicaret, deque eorum ſalute valde ſollicitum fuiſſe. Deinde exhortatorios ad virtutem ſermones viris, ac mulieribus, patribus ac filiis, dominis ac ſervis accomodatos in epiſtola apponit, & in univerſum omnes confirmat adversùs Diabolum, & ipſius dæmones, dicens; adversùs illos nobis eſſe luctam, & tanquam bonus Athletarum Præfectus, omnes ſermonibus

σας δὲ περὶ αὐτῶν. ἡ δὲ πρόφασις τῆς ἐπιστολῆς αὕτη. Ἐφέσιοι πιστεύσαντες εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, γνησίαν ἔχον εἰς αὐτὸν τὴν πίστιν, καὶ εἰς πάντας τοὺς ἁγίους τὴν ἀγάπην, καὶ ἠβέλοντο παρὰ τοῦ Παύλου βεβαιωθῆναι· μαθὼν τοίνυν ὁ Ἀπόστολος, γράφει πρὸς αὐτοὺς ταύτην τὴν ἐπιστολὴν ὥσπερ κατηχητικήν. καὶ πρῶτον μὲν δείκνυσι μὴ νεώτερον εἶναι τὸ καθ' ἡμᾶς μυστήριον· ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς, καὶ πρὸ καταβολῆς κόσμου εἶναι ταύτην εὐδοκίαν τοῦ Θεοῦ, ὥστε τὸν Χριστὸν ὑπὲρ ἡμῶν παθεῖν, καὶ ἡμᾶς σωθῆναι. ἔπειτα περὶ κλήσεως τῶν ἐθνῶν διαλέγεται, ἵνα δείξῃ ἀξίως αὐτοὺς πεπιστευκέναι. καὶ ἀποδείκνυσιν ὅτι ἡ κλῆσις ἡμῶν γέγονεν οὐ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἵνα καὶ ἐκ τούτου μάθωσιν, ὅτι οὐκ ἀνθρωπολάτραι γεγόνασιν, πιστεύσαντες τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ ἀληθινοὶ θεοσεβεῖς. σημαίνει δὲ καὶ ἑαυτὸν διὰ τοῦτο ἀπεστάλθαι, κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ὅτι καὶ περὶ αὐτῶν ἐφρόντιζεν. ἔπειτα παραινετικοὺς λόγους ἀνδράσι, καὶ γυναιξὶν, πατράσι καὶ τέκνοις, κυρίοις καὶ δούλοις τίθησιν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, καὶ καθόλου πάντα παρασκευάζει κατὰ τοῦ διαβόλου, καὶ τῶν δαιμόνων αὐτοῦ, λέγων πρὸς ἐκείνους εἶναι τὴν πάλην· καὶ ὥσπερ ἀγαθὸς ἀλείπτης ἀλείψας

τοῖς

τοῖς λόγοις πάντας καὶ τῆς διαβολικῆς ἐνεργείας, οὕτως τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν.

nibus inungit adversùs potentiam diaboli, atque ita concludit epiſtolam.

ΕΚΘΕΣΙΣ

Κεφαλαίων τῆς πρὸς Εφεσίους ἐπιστολῆς Παύλου.

Οὐκ ἔχει ἡ πρὸς Εφεσίους ἐπιστολὴ ὑποδιαίρεσιν κεφαλαίων, διὰ τοῦτο οὐδὲ ἔχει διὰ κινναβάρεως ἀριθμὸν γεγραμμένον.

I. ΠΕρὶ τῆς ἐν Χριστῷ ἐκλογῆς ἡμῶν, καὶ εἰσαγωγῆς, καὶ τελειώσεως.

II. Εὐχὴ περὶ γνώσεως τῶν ἐν Χριστῷ εἰσαχθέντων ἀγαθῶν εἰς ἡμᾶς

III. Περὶ τῆς ἐθνῶν, καὶ Ἰουδαίων οἰκειώσεως πρὸς Θεὸν διὰ Χριστοῦ ἐπ' ἐλπίδι καὶ χάριν.

IIII. Περὶ δωθείσης αὐτῷ θείας σοφίας εἰς φωτισμὸν ἐθνῶν, καὶ ἔλεγχον δαιμόνων.

Π. Ευχὴ ὑπὲρ τῆς Εκκλησίας εἰς δύναμιν, καὶ ἀγάπην Θεοῦ.

ΠΙ. Παραίνεσις περὶ ἀγάπης ἑνωτικῆς, [1] εἰ καὶ τὰ χαρίσματα διήρηται πρὸς ὠφέλειαν κοινήν.

ΠΙΙ. Περὶ σωφροσύνης, καὶ δικαιοσύνης ποιούσης ἡμᾶς θεοειδεῖς.

ΠΙΙΙ.

ELENCHUS

Capitum epiſtolæ ad Epheſios.

Hæc epiſtola ſubdiviſionibus capitum caret, ideoque nullas habet numerorum notas cinnabari exaratas.

I. QUòd Chriſtus nos elegerit, fidei initiaverit, & in ipsâ perfectos effecerit. *cap.*1.1.

II. Præcatio ad Deum, ut ipſos in bonorum cognitionem adducat, quæ per Chriſtum nobis proveniunt. *ib.*16.*Palat.*15.

III. Quòd gentes, & Judæi ope divinæ gratiæ, in futurorum bonorum ſpem, per Chriſtum Deo concilientur. *cap.*2.1.

IV. De divinæ ſapientiæ dono ad Gentes illuminandas, Dæmoneſque ſuperandos ſibi impertito. *cap.*3.1.

V. Oratio pro Eccleſia, ut virtutem, & Dei charitatem conſequatur. *ibid.*14.

VI. Exhortatio ad charitatem, quæ nos unanimes efficit, [1] quamvis ad communem utilitatem diverſa dona fidelibus diſtribuantur. *cap.*4.1.

VII. De prudentia, & juſtitia, quæ nos Deo ſimiles efficit. *ib.*17.

VIII. De

1 In codice Regio-Alexandrino ſcribitur, εἰ καὶ τὰ χαρίσματα διήρηται πρὸς ὠφέλειαν κοινωνῶν; ſed in Stephani editione legitur, εἰ καὶ τὰ χαρίσματα διήρηται, πρὸς ὠφέλειαν κοινήν.

VIII. De vita, quæ ſanctificatos deceat, agendâ, non verbo, ſed opere malitiam ſuperantes, & ſpiritu per pſalmorum recitationē repleti, non vino. *ibid.* 32. *Palat.c.*5.1. *Cryptoſ.c.*5.3.

IX. Præcepta varia de ſubditorum, & Præpoſitorum [1] officiis ſecundùm Chriſti fidē. *c.*5.22.

X. De Chriſti virtute, quam armaturæ nomine deſignat. *c.*6.10. [2] Verſus hujus elenchi sūt XVI.

ΠΙΙΙ. Περὶ τοῦ ζῆν ἐπαξίως τοῦ ἁγιασμοῦ, ἔργοις τὴν κακίαν ἐλέγχοντας, μὴ λόγοις, πνεύματι πληρουμένους διὰ ψαλμῶν, μὴ οἴνῳ.

ΠΙΙΙΙ. Διάταξις [1] οἰκετικῶν καθηκόντων ἀρχομένοις, καὶ ἄρχουσι κατὰ Χριστόν.

Δ. Ἐν σχήματι ὁπλίσεως περὶ τῆς κατὰ Χριστὸν δυνάμεως, [2] στίχων ιϛʹ.

1 In editis eſt, οἰκιακῶν.

2 Cryptoferratenſis, στίχοι κʹ.

Variæ Lectiones in Epiſtolam ad Epheſios.

CAp. I. Verſ. 1. Vaticanus codex num. 367. habet, Τῇ εʹ. τῆς ιϛʹ. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ V. hebdomadis XVI. poſt Pentecoſtem*. Finis clarè non deſignatur; ſed Græci deſinunt ver. 9. in illis verbis, καὶ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ.

v. 3. Alter Vaticanus codex cum Urbinate habet, Τῇ εʹ. τῆς κγʹ. καὶ εἰς σεισμὸν. *Lectio recitanda in feria V. hebdomadis XXIII. poſt Pentecoſtē, & in terræ motûs periculo*. Prima lectio deſinit in fine ver. 8. ſecunda verò in fine ver. 14. Græci tamen in præfatâ feriâ V. aliam lectionem recitant ex epiſtola I. ad Theſſalonicenſes cap. 2. 9.

v. 7. Vaticanus codex n. 367. habet, Τῇ παρασκευῇ τῆς ιϛʹ. ἑβδομάδος. Ἀδελφοί, ἔχομεν τὴν. *Lectio feriæ VI. hebdomadis XVI. poſt Pentecoſtem. Fratres, habemus &c.* Finis clarè nō deſignatur; ſed Græci terminant in fine ver. 17.

v. 9. Alter Vaticanus codex, & Urbinas habent, Τῇ ϛʹ. τῆς κγʹ. Ἀδελφοὶ, προέθετο ἐν αὐτῷ. *Lectio feriæ VI. hebdomadis XXIII. poſt Pentecoſtem, Fratres propoſuit &c.* Deſinit verſ. 17. in illis verbis, καὶ ἀποκαλύψεως. Eadem rubricâ, quantùm ex ſemideletis literis colligi poteſt, extabat in Vaticano codice num. 363. nam licet ad verſ. 16. hujus capitis habeat, Τῇ ϛʹ. τῆς κγʹ. ἑβδομάδος, nihilominus Librarii error eſſe videtur illa adnotatio.

v. 11. Κατὰ πρόθεσιν τοῦ Θεοῦ, τοῦ τὰ πάντα.

Cap.

Cap.I.Ver.12. Εἰς ἔπαινον δόξης, ſine articulo.

v.14. Ὅ ἐστιν ἀῤῥαβὼν, pro ὅς, ut in Alexandrino.

v.15. Καὶ τὴν ἀγάπην τῆς κοινωνίας αὐτοῦ, τὴν εἰς πάντας.

v.16. In margine, Ἀρχὴ. Σαββάτῳ κη'. *Initium lectionis ſabbati XXVIII. poſt Pentecoſtem.* Deſinit in fine capitis, ut in Palatino codice, & in vulgatis Græcorum ritualibus. Sed Vaticanus codex num. 367. deſinere videtur in fine ver.21.Urbinas verò in fine ver.3.capitis ſequentis. Præterea in Vaticano cod. n. 363. dicitur, Τῇ ς'. τῆς κγ'. *Lectio feriæ VI. hebdomadis XXIII. poſt Pentecoſtem*, ac deſinit in fine capitis; ſed hęc adnotatio librarii error eſſe videtur, ut diximus ſuprà ad ver. 9. hujus capitis; deeſſet enim in eo codice lectio ſabbati vigeſimi octavi poſt Pentecoſtem.

v.18. Τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας ὑμῶν, ut in Alexandrino, pro διανοίας.

v.22. Vaticanus codex num. 367. habet, Τῇ β'. τῆς ιζ'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ II. hebdomadis XVII. poſt Pentecoſtem.* Deſinit in fine ver.3. capitis ſequentis, ut in vulgatis Græcorum ritualibus.

v.23. Τοῦ τὰ πάντα, ut in Alexandrino, cum articulo τὰ.

Cap. II. Ver. 1. Καὶ ὑμᾶς νεκροὺς ὄντας, tranſpoſitio. Mox ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν.

v.4. In margine, Κυριακῇ κγ'. *Lectio dominicę XXIII. poſt Pentecoſtem.* Ita etiam Palatinus codex, Urbinas, & Vaticanus n. 363. Vaticanus verò alter dicit eandem lectionem recitari die 8.Februarii in feſto S.Theodori Martyris. Deſinit in fine ver. 10. ut in Græcorum ritualibus.

Ibid. Διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ ἀγάπην, tranſpoſitio.

v.11. In margine, Σαββάτῳ κθ'. *Lectio ſabbati XXIX. poſt Pentecoſtem.* Ita etiam alii omnes Vaticanæ Bibliothecæ ſcripti codd. atque edita Græcorum ritualia. Deſinit in fine ver. 13.

v.14. In margine, Κυριακῇ μετὰ τὴν Χριστοῦ γέννησιν. Ἀδελφοὶ, Χριστός ἐστιν εἰρήνη. *Lectio dominicæ poſt feſtum Nativitatis Domini. Fratres, Chriſtus eſt pax &c.* Et in fine capitis τέλος. Diſcrepant ſcripti Vaticanę Bibliothecæ codd. & edita Græcorum ritualia, quæ ab hoc verſu incipere ajunt lectionem dominicæ XXIV. poſt Pentecoſtem, & deſinere in fine capitis; alteri verò dominicæ poſt Chriſti nativitatem aliam lectionem aſſignant ex epiſtola ad Galatas cap.2.11. ut ibidem diximus. Præterea in Vaticano, & Urbinate

binate codicibus additur, hanc ipſam dominicæ XXIV. lectionem recitari, σεπτεμβρίῳ ιβ'. εἰς τὴν προσκύνησιν τῶν τιμίων ξύλων, hoc eſt, *die XII. Septembris in adoratione venerandorum lignorum*, ſanctæ, videlicet, Crucis, cujus rei nulla mentio fit in Eccleſiæ Græcæ Lectionariis, & in Typico Monaſterii S. Sabæ.

Cap. II. Ver. 14. Καὶ τὸ μεσότοιχον τῆς ἔχθρας, καὶ τοῦ φραγμοῦ λύσας.

v. 18. Vaticanus codex num. 363. & Urbinas habent, Τῇ β'. τῆς κδ'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ II. hebdomadis XXIV. poſt Pentecoſtem*. Deſinit in fine ver. 5. capitis ſequentis, Diſcrepant Græcorum Lectionaria, Vide notata ad cap. 2. 20. epiſtolæ I. ad Theſſalonicenſes.

v. 19. Vaticanus codex num. 367. cui Græcorum Lectionaria typis edita adſtipulantur, habet, Τῇ γ'. τῆς ιζ'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ III. hebdomadis XVI. poſt Pentecoſtem*. Deſinit in fine ver. 7. capitis ſeq.

v. 21. Ad verbum, συναρμολογουμένη, habet in margine, συγκολλωμένη πρεπόντως.

Cap. III. Ver. 3. In margine, Στίχοι ρ'. *Verſus C.*

v. 5. Ὃ ἑτέραις γενεαῖς, ſine propoſitione ἐν, ut in Alexandrino.

v. 5. Vaticanus codex n. 363. & Urbinas habent, Τῇ γ'. τῆς κδ'. ἑβδομάδος. Ἀδελφοὶ, ἀπεκαλύφθη τοῖς ἁγίοις. *Lectio feriæ III. hebdomadis XXIV. poſt Pentecoſtem. Fratres, revelatum eſt ſanctis &c.* Deſinit in fine ver. 12. Græci aliam lectionem hac die recitare ſolent. Vide notata ad cap. 3. 8. epiſtolę I. ad Theſſalonicenſes.

v. 7. Τῆς χάριτος, τὴν δοθεῖσαν, ſine τοῦ Θεοῦ.

v. 8. Πάντων τῶν ἁγίων Αποστόλων ἐδόθη.

Ibid. Vaticanus codex num. 367. juxta Græcorum Lectionaria habet, Τῇ δ'. τῆς ιζ'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ IV. hebdomadis XVII. poſt Pentecoſtem*. Deſinit in fine capitis.

v. 9. Τίς ἡ οἰκονομία τοῦ μυστηρίου, ut in Alexandrino, pro κοινωνία.

v. 13. Μὴ ἐκκακεῖν, & ſuprà, manu æquè veteri corrigitur, ἐγκακεῖν, Alexandrinus, ἐνκακεῖν.

Ibid. Vaticanus cod. n. 363. & Urbinas habent, Τῇ δ'. τῆς κδ'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ IV. hebdomadis XXIV. poſt Pentecoſtem*. Deſinit in fine capitis. Aliter nunc Græci faciunt, Vide notata ad cap. 4. 1. epiſtolæ I. ad Theſſalonicenſes.

v. 14. In margine, Ἀρχὴ, & in fine capitis τέλος. Hæc adnotatio in aliis, quos contuli, codicibus non reperitur. Vide an intelligendum ſit de ea lectione, de qua mox egimus.

Cap.

Cap. III. Ver. 15. Ἐν οὐρανοῖς, καὶ ἐπὶ γῆς, pro οὐρανοῖς.

v. 21. Αὐτῷ ἡ δόξα ἐν Χριστῷ.

Ibid. In margine, Στίχοι ρλϛʹ. *Verſus CXXXVI.*

Cap. IV. Ver. 1. In margine, Κυριακῇ κεʹ. καὶ εἰς χειροτονίαν Ἱερέων. *Lectio dominicæ XXV. poſt Pentecoſtem, & in ordinatione Sacerdotis.* De poſtrema lectione nil compertum habeo, de prima omnes ſcripti codices, & edita Græcorum Lectionaria conveniunt. Deſinit in fine ver. 6. ut in Vaticano cod. num. 367. In aliis codicibus, & in editis Græcorum ritualibus in fine versûs ſequentis terminatur.

v. 7. In margine, Σαββάτῳ μετὰ τὰ φῶτα. *Lectio ſabbati poſt feſtum Epiphaniæ.* Diſcrepant Græcorum lectionaria, in quibus diei huic tribuitur lectio ex cap. 6. 11. hujus epiſtolæ. Vaticanus n. 367. juxta eadem Lectionaria habet, Κυριακῇ μετὰ τὰ φῶτα. *Lectio dominicæ poſt Epiphaniam.* Vaticanus alter habet tantùm, Μηνὶ Ἰανουαρίῳ ιʹ. τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Νύσσης. Urbinas addit, καὶ τοῦ ἁγίου Μαρκιανοῦ. Idem in Græcorum Lectionariis, & in Typico Monaſterio S. Sabæ legitur. Deſinit in fine ver. 13.

v. 8. Δόματα ἐν ἀνθρώποις.

v. 9. Verbum ὅτι, ſuppletum eſt ſuprà coævâ manu.

v. 10. In margine, Στίχοι ρνʹ. *Verſus CL.*

v. 12. Vaticanus codex num. 363. & Urbinas habent, Τῇ εʹ. τῆς κδʹ. ἑβδομάδος. Ἀδελφοὶ, εἰς ἔργον διακονίας. *Lectio feriæ V. hebdomadis XXIV. poſt Pentecoſtem.* Deſinit in fine ver. 16. Refragrantur Græcorum lectionaria, ut ad ver. 18. cap. 4. epiſtolæ I. ad Theſſalonicenſes dicemus.

v. 14. In Vaticano altero codice dicitur, Τῇ εʹ. τῆς ιζʹ. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ V. hebdomadis XVII. poſt Pentecoſtem.* Deſinere videtur in fine ver. 16. ſed Græci terminant in fine ver. 17.

v. 15. Ἐν τῇ ἀγάπῃ, cum articulo.

v. 16. Ad verbum, συναρμολογούμενον, habet in margine, εἰς κοινωνίαν ἐρχόμενον.

v. 17. Vaticanus codex num. 367. habet, Τῇ παρασκευῇ τῆς ιζʹ. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ VI. hebdomadis XVII. poſt Pentecoſtem.* Deſinit in fine ver. 24. Sed Græci finiunt ver. 25. in illis verbis, λαλεῖτε ἀλήθειαν. Præterea Vaticanus alter, & Urbinas habent, Τῇ ϛʹ. τῆς κδʹ. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ VI. hebdomadis XXIV.* Deſinit in fine ver. 25.

v. 17. Μαρτύρομαι ἐνώπιον Κυρίου, pro ἐν Κυρίῳ.

v. 19. Ad verbum, ἀπηλγηκότες,

κότες, habet in margine, ἀπηλγικότες.

Cap. IV. Verſ. 24. Ὁσιότητι ἀληθείας, ſine articulo.

v.25. In margine, Ἀρχὴ: ſed in Vaticano cod.n.367.dicitur, Τῇ β'. τῆς ιη'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ II. hebdomadis XVIII. poſt Pentecoſtem*. Deſinit juxta vulgata Græcorum lectionaria in fine capitis, ubi Regio-Alexandrinus quòque codex habet τέλος.

v.28. Ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, ἵνα ἔχῃ.

v.29. Πρὸς οἰκοδομὴν τῆς πίστεως, ἵνα, pro τῆς χρείας.

v.31. Καὶ ὀργὴ, καὶ θυμὸς, tranſpoſitio.

Cap.V. Ver.1. In margine, Σαββάτῳ λ'. *Lectio ſabbati XXX. poſt Pentecoſtem*. Ita omnes alii Vaticanæ Bibliothecæ codices, & vulgata Græcorum ritualia. Deſinit ver. 8. in illis verbis, φῶς ἐν Κυρίῳ.

v.8. In margine, Κυριακῇ κς'. *Lectio dominicæ XXVI. poſt Pentecoſtem*. Incipit ὡς τέκνα φωτὸς, & deſinit in fine ver. 19. juxta vulgata Græcorum ritualia, & omnes Vaticanæ Biblioth. ſcriptos codices, quorum unus ſignatus num.367.addit, eandem lectionem recitari, Τῇ β'. τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *In feſto II. Pentecoſtes*, quod cum Græcorum ritualibus convenit.

v.18. Vaticanus cod. n. 363. & Urbinas habent, Τῇ β'. τῆς κε'. ἑβδομάδος. Ἀδελφοὶ, μᾶλλον πληροῦσθε. *Lectio feriæ II. hebdomadis XXV. poſt Pentecoſtem. Fratres, potiùs implemini &c.* Deſinit in fine ver. 26. Aliam lectionem vulgata Græcorum ritualia huic diei deputant. Vide notata ad cap. 1. 1. epiſtolæ II. ad Theſſalonicenſes.

v.20. Alter Vaticanus codex n.367. habet, Τῇ γ'. τῆς ιη'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ III. hebdomadis XVIII poſt Pentecoſtem*. Deſinere videtur in fine ver.24 Sed Græci nunc terminant in fine ver. ſequentis.

v.21. Ἐν φόβῳ Χριστοῦ, ut in Alexandrino, pro Θεοῦ.

v.25. Vaticanus cod. n. 367. habet Τῇ δ'. τῆς ιη'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ IV. hebdomadis XVIII. poſt Pentecoſtem*. Deſinere videtur in fine ver.32. Sed Græci nunc terminant in fine verſus ſeq. Præterea in altero Vaticano codice, atque in Urbinate dicitur, Τῇ γ'. τῆς κε'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ III. hebdomadis XXV. poſt Pentecoſtem*. Deſinit in fine ver.31.

v.28. In margine, Στίχοι σν'. *Verſus CCL*. Præterea ad hunc verſum in Vaticano codice nu. 363. & in Urbinate habetur, Τῇ δ'. τῆς κε'. ἑβδομάδος. Ἀδελφοὶ, ὁ ἀγαπῶν. *Lectio feriæ IV. hebdomadis XXV. poſt Pentecoſtē.* De-

Deſinit in fine ver. 5. capitis ſequentis. Diſcrepant Græcorum lectionaria, ut ad cap. 2. 1. epiſtolę II. ad Theſſalonicenſes videbimus.

Cap. V. Ver. 29. Ad verbum, θάλπει, habet in margine, θερμαίνει. Mox καὶ ὁ Χριςὸς, pro Κύριος, ut in Alexandrino.

v. 32. Hic verſus deeſt quidem in textu; ſed additus eſt coęvâ manu in margine.

v. 33. Vaticanus cod. n. 367. habet, Τῇ έ. τῆς ιη'. ἑβδομάδος. Ἀδελφοὶ, ἕκαςος τὴν ἑαυτȣ̃. *Lectio feriæ V. hebdomadis XVIII. poſt Pentecoſtem, Fratres, unuſquiſque &c.* Deſinit in fine ver. 9. capitis ſequentis.

Cap. VI. Ver. 6. Vaticanus alter, & Urbinas habent, Τῇ ς'. τῆς κε'. ἑβδομάδος. Ἀδελφοὶ, ποιȣ̃ντες. *Lectio feriæ V. hebdomadis XXV. poſt Pentecoſtem. Fratres, facientes &c.* Deſinit ver. 13. in illis verbis, πανοπλίαν τȣ̃ Θεȣ̃. Aliam huic diei lectionem aſſignant Græcorum ritualia typis edita. Vide notata ad cap. 2. 13. epiſtolæ II. ad Theſſalonicenſes.

Ibid. Τὸ θέλημα αὐτȣ̃ ἐκ ψυχῆς. Mox ut in Alexandrino, ὡς τῷ Κυρίῳ.

v. 8. Εἰδότες, ὅτι ἐάν τι.

v. 9. Ad verbum, ἀνιέντες, habet in margine, ἀφέντες. Mox in textu, ȣ̓κ ἔςιν ἐν αὐτῷ.

v. 10. In margine, Ἀρχὴ. Duo Vaticani codices habent, Κυριακῇ κζ'. καὶ εἰς μνείας Μαρτύρων, καὶ εἰς σχῆμα μοναχῶν, vel ἁγιομοναχȣ̃. *Lectio recitanda dominicâ XXVII. poſt Pentecoſtem, & in commemorationibus SS. Martyrum, & in officio Monaſtici habitûs.* Urbinas verò habet, Κυριακῇ κζ'. καὶ σεπτεμβρίῳ κ'. τȣ̃ ἁγίȣ Εὐςαθίȣ. *Lectio dominicæ XXVII. poſt Pentecoſtem, & Feſti S. Euſtathii die 20. Septembris.* Et meliùs quidem; nam Græci nō in omnibus, ſed in quibuſdam SS. Martyrum feſtis, ac præſertim S. Euſtathii, dominicæ hujus lectionem recitare ſolent, ut ex eorū lectionariis apparet. Quod ad officium Monaſtici habitûs attinet, idem ſtatuitur in Euchologio apud Goarium pag. 480. & 513. Deſinit in fine ver. 17.

v. 17. Vaticanus cod. n. 363. habet, Τῇ ς'. τῆς κε'. ἑβδομάδος. *Lectio feriç VI. hebdomadis XXV. poſt Pentecoſtem.* Deſinit in fine epiſtolæ. Hæc lectio deficit, librarii veteris errore, in codice Urbinate, ſed Græci aliam lectionem hac die nūc recitant; ut ad cap. 3. 6. epiſtolæ II. ad Theſſalonicenſes videbimus.

v. 18. Alter Vaticanus codex habet juxta vulgata Græcorum lectionaria, Τῇ παρασκευῇ τῆς ιη'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ VI. hebdo-*

hebdomadis XVIII. poſt Pentecoſtem. Deſinit in fine epiſtolæ.

Cap. VI. Ver. 18. Ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ πνεύματι, & in margine habet coęvâ manu ἐν, & ſub particulâ καὶ, puncta ponit, quod deletionis ſignum eſt in hoc codice, ut ſit ἐν πνεύματι.

v. 19. In margine, Στίχοι τ'. *Verſus CCC.*

Ibid. Ἵνα μοι δοθῇ, ut in Alexandrino.

Πρὸς Ἐφεσίους ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Τυχικοῦ. Στίχοι τιβ'.

Epiſtola ad Epheſios miſſa fuit ab urbe Roma per Tychicum. Verſus habet CCCXII.

ARGUMENTUM

Epiſtolæ ad Philippenſes.

HAnc ſcribit ab Urbe, quũ jam ipſos vidiſſet, ac docuiſſet, ſcribendæ autem epiſtolæ hæc fuit occaſio. Quum Philippenſes Paulo collectarum ſubſidia miſiſſent, & quidam circumirent, atque ſimplicium aures, prætextu umbræ legis, atque circumciſionis inficerent, ſine hac dicentes neminem poſſe juſtificari; ubi hæc intellexit Apoſtolus, Philippenſibus ſcribit. Et primùm quidem eorum fidem collaudat, ſignificatque ſe ipſorum memoriam facere. Deinde narrat quomodo Romę cauſam dixerit, & nonnulli invidiam concitando, magnã ſibi, in vinculis exiſtenti, moleſtiam attulerint. Poſt hæc ipſos hortatur, ut ſe mutuò diligant, eamque in rem de Salvatoris noſtri adventu, ac benignitate verba facit, qui cùm Deus eſſet, propter nos homo factus eſt. Deinde de

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τῆς πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῆς.

ΤΑύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Ῥώμης, ἑωρακὼς αὐτοὺς ἅμα, καὶ διδάξας. ἡ δὲ πρόφασις τῆς ἐπιστολῆς ἐστὶν αὕτη. Πεμψάντων Φιλιππησίων διακονίαν τῷ Παύλῳ, καὶ τινῶν περιερχομένων, καὶ διαφθειρόντων τὰς ἀκοὰς τῶν ἀκεραίων, προφάσει τῆς σκιᾶς τοῦ νόμου, καὶ τῆς περιτομῆς, καὶ λεγόντων χωρὶς αὐτῆς μὴ δύνασθαι δικαιωθῆναι, μαθὼν ὁ Ἀπόστολος, γράφει Φιλιππησίοις, καὶ πρῶτον μὲν ἀποδέχεται αὐτῶν τὴν πίστιν, καὶ σημαίνει μνημονεύειν αὐτῶν. ἔπειτα διηγεῖται, ὡς ἀπελογήσατο ἐν Ῥώμῃ, καὶ ὅτι τινὲς βαρεῖς αὐτῷ γεγόνασιν ἐν τοῖς δεσμοῖς, φθόνον αὐτῷ κινοῦντες. ἔπειτα αὐτοὺς προτρέπεται ἀλλήλους ἀγαπᾷν, ἐξηγούμενος τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐπιφάνειαν, καὶ φιλανθρωπίαν, ὅτι Θεὸς ὢν, ἄνθρωπος γέγο-

γέγονεν δι' ἡμᾶς. εἶτα περὶ τῆς περιτομῆς, καὶ τοῦ παλαιοῦ νόμου διαλαβὼν, ἀποδείκνυσιν ἀργὴν γεγενῆσθαι λοιπὸν τὴν περιτομὴν, λαμβάνων ἀφ' ἑαυτοῦ παράδειγμα, καὶ λέγων, ὅτι ταῦτα πάντα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν· διὸ καὶ τοὺς μὲν διδάσκοντας περὶ περιτομῆς, καὶ θέλοντας αὐτοὺς ἀπατῆσαι, μεμψάμενος, καὶ εἰπὼν, ἐχθροὺς αὐτοὺς εἶναι τοῦ Χριστοῦ, ἀποδέχεται Φιλιππησίους διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν τῆς κοινωνίας δόσιν, καὶ προτρεψάμενος πάλιν εἰς τὰ ἤθη αὐτοὺς, τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν.

ΕΚΘΕΣΙΣ

Κεφαλαίων τῆς πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῆς.

Οὐκ ἔχει ἡ πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολὴ ὑποδιαιρέσεις κεφαλαίων, διὰ τοῦτο οὐκ ἔχει διὰ κινναβάρεως ἀριθμὸν γεγραμμένον.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

Τῆς πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῆς Παύλου.

I. Εὐχαριστία ὑπὲρ τῆς Φιλιππησίων ἀρετῆς, καὶ εὐχὴ τελειώσεως.

II. Διήγησις τῆς ἑαυτοῦ διαγωγῆς ἀγωνιστικῆς, καὶ τῆς προθυμίας.

III. Πα-

circumciſione, ac lege loquens, inutilem poſthac factam fuiſſe circumciſionē exemplo ſuo demonſtrat, inquiens, *Hæc omnia propter Chriſtum arbitratus ſum detrimentum*. Quapropter ubi Chriſti hoſtes eos eſſe dixit, qui circumciſionem adhuc docendo, ipſos ſeducere tentabant, Philippenſes commendat, ob collectas ſibi tranſmiſſas, ac rurſus eos ad morum probitatem hortando, concludit epiſtolam. *Phil. c. 3.7.*

ELENCHUS

Capitum Pauli epiſtolæ ad Philippenſes.

Hæc epiſtola ſubdiviſionibus capitum caret, ideoque nullas habet numerorum notas cinnabari exaratas.

CAPITA

Pauli epiſtolæ ad Philippenſes.

I. Gratias Deo agit de Philippenſium virtute, oratque, ut perfecti evadant. *cap.* 1. 3. *Palatinus cod. cap.* 1. 2.

II. Narrat in quot, quantiſque certaminibus vitam agat, & quantùm in periculis alacris ſit. *cap.* 1. 12.

III. Ex-

III. Exhortatio ad [1] concordiam in Domino, vitamque Deo dignam. *cap.*1.27.

IV. De Timotheo, & Epaphrodito, quos ad ipſos mittit. *cap.*2.19.

V. De ſpirituali vita, non verò [2] carnali, quæ eſt imitatio mortis Chriſti. *cap.*3.1.

VI. Exhortationes cùm peculiares quibuſdam, tum omnibus communes. *cap.*4.1.

VII. Collectas ſibi tranſmiſſas, ſe recepiſſe ſignificat. *cap.*4.10.

[3] Verſus hujus Elenchi ſunt IX.

III. Παραίνεσις τῆς κατὰ Θεὸν [1] ὁμονοίας, καὶ τῆς ἐνθέου ζωῆς.

IIII. Περὶ Τιμοθέου, καὶ Ἐπαφροδίτου, οὓς ἀπέστειλεν πρὸς αὐτούς.

Π. Περὶ πνευματικοῦ βίου [2] τοῦ μὴ ἐν σαρκὶ, ὅς ἐστι μίμησις θανάτου τοῦ Χριστοῦ.

ΠΙ. Παραινέσεις ἰδίαι τινῶν, καὶ κοιναὶ πάντων.

ΠΙΙ. Ἀποδοχὴ τῆς ἀποσταλείσης αὐτῷ διακονίας. [3] Στίχοι θ'.

1 Apud Oecumenium legitur, πολιτείας. 2 Ita etiam codex Cryptoferratenſis, & Stephanus. At in aliis codd. & apud Oecumenium eſt, ἢ μὴ ὡς ἐν σαρκί. 3 Numerum verſuum hujus elenchi ex Cryptoferratenſi ſupplevimus.

Variæ Lectiones in epiſtolam ad Philippenſes.

CAp.I.Ver.1. In Vaticano codice nu. 367. dicitur, Τῇ β'. τῆς ιθ'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ II. hebdomadis XIX. poſt Pentecoſtem.* Deſinit in fine ver. 7. ut in vulgatis Græcorum Lectionariis.

Ibid. Τοῖς ἁγίοις τοῖς ἐν Χριστῷ, pro τοῖς ἁγίοις ἐν Χριστῷ.

v.2. Vaticanus codex n. 363. & Urbinas habent, Τῇ β'. τῆς κϛ'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ II. hebdomadis XXVI. poſt Pentecoſtem.* Deſinit in fine ver.8. Diſcrepant Græcorum Lectionaria. Vide notata ad cap. 1. 1. epiſtolæ I. ad Timotheum.

v.7. Καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ, cum præpoſitione.

v.8. Vaticanus codex n.367. habet, Τῇ γ'. τῆς ιθ'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ III. hebdomadis XIX. poſt Pentecoſtem.* Deſinere videtur in fine ver.11. ſed Græci terminant in fine ver.14. Ab his diſcrepant Vaticanus codex n. 363. & Urbinas, in quibus ſcribitur, Τῇ γ'. τῆς κϛ'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ III. hebdomadis XXVI. poſt Pentecoſtem.* Deſinit in fine ver.13.

v.12. Vaticanus codex num. 367. habet, Τῇ δ'. τῆς ιθ'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ IV. hebdomadis XIX. poſt Pentecoſtem.* Deſinit ver. 20. in illis verbis,

καὶ

καὶ ἐλπίδα μου, ut in vulgatis Græcorum ritualibus.

Cap. I. Ver. 14. Alter Vaticanus cod. & Urbinas habent, Τῇ δ΄. τῆς κϛ΄. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ IV. hebdomadis XXVI. poſt Pentecoſtem*, deſinit ut in præcedenti lectione, licet ab eiſdem Græcorũ ritualibus modò memorati codices diſcrepent, ut videbimus ad cap. 1. 18. epiſtolæ I. ad Timotheum.

v. 17. In margine, Στίχοι ν΄. *Verſus L.*

v. 18. Τί γάρ; πλὴν ὅτι παντὶ.

v. 20. In Vaticano codice nu. 367. dicitur, Τῇ ε΄. τῆς ιθ΄. ἑβδομάδος. Ἀδελφοὶ ἐν οὐδενὶ.. *Lectio feriæ V. hebdomadis XVIII. poſt Pentecoſtem. Fratres, in nullo &c.* Deſinere videtur in fine ver. 26. ſed Græci nunc deſinunt ver. 27. in illis verbis, Χριστοῦ πολιτεύεσθε. Præterea Vaticanus alter codex, & Urbinas habent, Τῇ ε΄. τῆς κϛ΄. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ V. hebdomadis XXVI. poſt Pentecoſtem*. Sed Urbinas incipit, ut ſuprà; Vaticanus verò incipit, Ἀδελφοὶ, ἐλπίζω ὅτι ἐν οὐδενὶ. Uterque autem lectionem terminat in fine ver. 27.

v. 22. Καὶ τινὶ αἱρήσομαι, pro τί.

v. 23. Συνέχομαι δὲ, ut in Alexandrino, pro γάρ. Mox πολλῷ μᾶλλον, ſine γάρ.

v. 27. Vaticanus codex num. 367. juxta vulgata Græcorum ritualia habet, Τῇ παρασκευῇ τῆς ιθ΄. Ἀδελφοὶ, ἀξίως. *Lectio feriæ VI. hebdomadis XVIII. poſt Pentecoſtem. Fratres, dignè &c.* ſed in altero Vaticano codice, & in Urbinate dicitur, Τῇ ε΄. τῆς κϛ΄. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ V. hebdomadis XXVI. poſt Pentecoſtem.* Deſinit utraque lectio in fine ver. 4. capitis ſeq.

Cap. II. Ver. 1. Ἔτι παραμύθιον, pro εἴ τι, librarii, ut patet errore. Mox εἴ τι σπλάγχνα, librarii itidẽ, ut videtur, errore.

v. 3. Ἀλλήλους προηγούμενοι, pro ἡγούμενοι.

v. 4. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἑτέρων, pro τὰ.

v. 5. In margine, Ἀνάγνωσις τῆς μεταμορφώσεως τοῦ Κυρίου, καὶ τῇ κυριακῇ τῇ πρὶν τῆς Χριστοῦ γεννήσεως, καὶ εἰς τὴν κοίμησιν. *Lectio recitanda in feſto Transfigurationis Domini, & die Dominica quæ Chriſti Nativitatem præcedit, & in feſto dormitionis Deiparæ.* Deſinit in fine ver. 11. At Græci in ſolo Aſſumptionis feſto hanc Regio-Alexandrini codicis rubricam ſequuntur; nam die 6. Auguſti in feſto Transfigurationis lectionem mutuantur ex II. Petri cap. 1. 10. in dominica autem, quæ Chriſti nativitatem præcedit, recitant lectionem ex epiſtola ad Hebræos cap. 11. 9. deſumptam. Meliùs in codice Urbinate dicitur, Μηνὶ Αὐγούστῳ ιε΄. τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. *Lectio*

feſti

feſti Aſſumptionis Sanctiſſimę Deiparæ die 15. *Auguſti*, & in duobus Vaticanis, Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ η'. εἰς τὴν γέννησιν τῆς Θεοτόκου. *Lectio feſti nativitatis Deiparæ die VIII. Septembris*. Nam Græci in his duobus feſtis adhuc recitant lectionem iſtam. Addit tamen Vaticanus codex nu. 367. eandem lectionem recitari in miſſa defunctorum, nam habet, τὸ αὐτὸ, καὶ εἰς κοιμηθέντας: ſed hujus rei nullam mentionem fieri video in vulgatis Græcorum lectionariis.

Cap.II.Ver.8. Καὶ σχήματι μὲν εὑρεθεὶς, cum particula μὲν.

v.9. Γενάμενος, pro γενόμενος.

v.10. Vaticanus cod. n. 363. ad hunc verſum habet Ἀρχὴ, & ver.15. τέλος, poſt illa verba, ζωῆς ἐπέχοντες. Sed cùm in margine non dicatur cujus feſti ſit lectio, nil certi hac de re proferre poſſum.

v.12. Vaticanus alter habet, Τῇ β'. τῆς κ'. ἑβδομάδος. Ἀδελφοὶ, καθὼς πάντοτε. *Lectio feriæ II. hebdomadis XX. poſt Pentecoſtē.* Ita etiam nunc Græci, qui lectionem hanc terminant ver.16. in illis verbis, εἰς ἡμέραν Χριστοῦ.

v.15. Vaticanus cod. n. 363. & Urbinas habent, Τῇ β'. τῆς κζ'. ἑβδομάδος. Ἀδελφοὶ, ἐν οἷς φαίνεσθε. *Lectio feriæ II. hebdomadis XXVII. poſt Pentecoſtem*. Deſinit in fine ver.18. Sed Gręci hac die aliam lectionem recitant ex epiſtola I. ad Timotheum cap.5.1.

v.16. In altero Vaticano codice dicitur, Τῇ γ'. τῆς κ'. ἑβδομάδος. Ἀδελφοὶ, οὐκ εἰς κενὸν. *Lectio feriæ III. hebdomadis XX. poſt Pentecoſtem. Fratres, non in vacuum &c.* Deſinit in fine ver. 23. ut in Græcorum ritualibus.

Ibid. Λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, pro ἐπίχοντες.

v.19. In margine, Στίχοι ρ'. *Verſus C.*

Ibid. In Vaticano codice nu. 363. & in Urbinate dicitur. Τῇ γ'. τῆς κζ'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ III. hebdomadis XXVII. poſt Pentecoſtem*. Deſinit in fine ver.22. Diſcrepant Græcorum lectionaria typis edita. Vide notata ad cap. 5.11. *epiſtolæ* I. ad Timotheum.

v.21. Οὐ τὰ Χριστοῦ, ſine articulo τοῦ.

v.23. Τοῦτον μὲν ἐλπίζω, ſine οὖν.

Ibid. Vaticanus cod.nu.363. & Urbinas habent, Τῇ δ'. τῆς κζ' ἑβδομάδος. *Lectio feriæ IV. hebdomadis XXVII. poſt Pentecoſtem*. Deſinit ver. 29. in illis verbis, πάσης χαρᾶς. Sed Græci hac die aliam lectionem recitant ex epiſtola I. ad Timotheum cap.5.21. ut ibidem videbimus.

v.24. Vaticanus alter juxta Gręcorũ lectionaria typis edita ha-

habet, Τῇ δ'. τ̃ κ'. ἑβδομάδος. *Lectio feriæ IV. hebdomadis XX. poſt Pentecoſtem*. Deſinit in fine capitis.

Cap. II. Ver. 27. Λύπην ἐπὶ λύπην, ut in Alexandrino, pro ἐπὶ λύπῃ.

v.28. In Vaticano codice nu. 363. & in Urbinate dicitur, Τῇ ε'. τῆς κζ'. ἑβδομάδ☉. *Lectio feriæ V. hebdomadis XXVII. poſt Pentecoſtem*. Deſinit in fine ver. 3. capitis ſequentis. Sed Græci hac die aliam lectionem recitant ex epiſtola I. ad Timotheũ cap.6.17. ut ad eundem locum obſervabimus.

Cap. III. Ver. 1. Vaticanus codex num.367. habet, Τῇ ε'. τ̃ κ'. ἑβδομάδ☉. Ἀδελφοὶ, χαίρετε. *Lectio feriæ V. hebdomadis XX. poſt Pentecoſtem. Fratres, gaudete &c.* Finis clarè non deſignatur; ſed Græci terminant in fine ver.8.

Ibid. In margine, Στίχοι ρκ'. *Verſus CXX.*

Cap. III. Ver. 36. Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius ad eum. *Nyſ.Teſt.* 305.

EX EZECHIELE.

Cap.IX.Ver.2. Sex viri veniebant à porta excelſa, quæ reſpicit ad Aquilonem, & vniuſcuiuſque ſecuris in manu eius. *Nyſ.Teſt.* 318.

v.4. Fili hominis tranſi mediam Hieruſalem, & da ſignum ſuper frontes virorum gementium, & dolentium ſuper iniquitatibus, quæ fiunt in medio ipſorum. *Nyſ.T.* 318.

v.5. Audientes ite in ciuitatem, & percutite, & non parcite oculis veſtris, & non miſeremini: Senem, & adoleſcentem, & virginem, & paruulos, & mulieres interficite ad internecionem: ſuper omnes autem, ſuper quos eſt ſignum meum, ne appropinquetis. *Nyſ.Teſt.* 318.

Cap. XLIV. Ver.1. Et conuertit me Dominus ad viam portæ reſpicientis ad orientem, & hæc erat clauſa: & dixit Dominus ad me: Fili hominis, porta hæc clauſa erit, & nemo tranſibit per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingredietur, & egredietur per eam, & erit clauſa. *Nyſ.Teſt.* 303.

Cap.XLVII.Ver.8. Et dixit Dominus ad me, aqua iſta, quæ egreditur in Galileam, ſanctificabit aquas: & erit omnis anima, ad quam ſuperuenerit aqua iſta, viuet, & ſanabitur. *Nyſ.Teſt.* 327.

EX DANIELE.

Cap.II.Ver.34. Ecce abſciſſus eſt lapis ſine manibus, & percuſſit ſtatuam, & factus eſt in montem magnum, & impleuit vniuerſam terram. *Nyſ.Teſt.* 304.

Cap. III.Ver.86. Benedicite ſpiritus, & animæ iuſtorum Domino. *Nyſ.Antir.* 248.252.

Cap.VII.Ver.9.& 13. Ecce throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Et ecce cum nubibus cæli, quaſi filius hominis veniens, & uſq; ad antiquum dierum peruenit, & adductus eſt: Ipſi datus eſt honor, principatus, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruient, Poteſtas eius, poteſtas ſempiterna, quę non pertranſibit: & regnum eius non corrumpetur. *Nyſ.Teſt.* 312.

EX OSEA.

Cap.V.Ver.6. Et quærent faciem meam in tribulatione ſua, & mane vigilabunt ad me, dicentes: Eamus & reuertamur ad Dominum Deum noſtrum, quia ipſe rapuit, & ſanabit nos: percutiet, & curabit nos: ſanos nos faciet poſt dies duos: in die tertio reſurgemus coram eo, & ſciemus. Perſequamur, vt cognoſcamus Dominum, quaſi mane paratū inueniemus eum. *Nyſ.Teſtim.* 311.

EX IOELE.

Cap.II.Ver.28. Et erit in nouiſſimis diebus dicit Dominus effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & profetabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ ſomnia ſomniabunt. *Nyſ.Teſtim.* 293.328.

v.31. Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & illuſtris, & erit quicumque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. *Nyſſ. Teſtimon.* 293.

EX

EX AMOS.

Cap.IV.Ver.11. Subuerti vos, ſicut ſubuertit Deus Sodomam, & Gomorram. *Nyſ.Teſt.* 294.

v.13. Inuoca Deum tuum: præparare Ieruſalem, quoniam ego firmans tonitruum, & creans Spiritum, & mittens ad homines Chriſtum meum, faciens mane, & nebulam, & aſcendens ſuper excelſa terræ. *Nyſ.Teſtim.* 300.

Cap.V.Ver.21. Odio habui, repuli feſtiuitates veſtras, nec adorabor in conuentionibus veſtris. Quia, ſi obtuleritis mihi holocauſta, & ſacrificia veſtra, non ſuſcipiam ea, & ſalutare præſentiæ veſtræ non reſpiciam. Transfer à me ſonitum carminum tuorum, pſalmum organorum tuorum non audiam. *Nyſſ. Teſtim.* 316.

Cap.VIII.Ver.9. Et erit in die illa, dicit Dominus Deus, occidet Sol meridie, & contenebreſcet in die lux. *Nyſ.Teſt.* 309.

EX IONA.

Cap.IV.Ver.8. Bonum eſt mihi magis mori, quam viuere. *Ephrem.* 110.

EX MICHAEA.

Cap.I. Verſ. 2. Audite populi omnes verba, & auſcultet terra, & omnes, qui habitant in ea, & erit Dominus in vobis in teſtimonium, Dominus ex templo Sancto ſuo; quoniam ecce Dominus egreditur de loco ſuo, & deſcendet ſuper excelſa terræ. *Nyſ.Teſt.* 300.

Cap.II.Ver.7. Domus Iacob exacerbauit Spiritum Domini. *Nyſſ. Teſtim.* 328.

Cap.IV.Ver.1. Et erit in nouiſſimis dierum manifeſtus mons Domini, præparatus ſuper vertices mõtium, & eleuabitur ſuper colles; & feſtinabunt ad eum populi, & ibunt gentes multæ, & dicent: Venite, aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob; & illuminabunt nos vijs eius: quia de Sion exiet lex, & verbum Domini de Hieruſalem: *Nyſ.Teſt.* 319.

Cap.V.Ver.2. Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda; ex te enim exiet mihi Dux, qui paſcat populum meum Iſrael: Et egreſſus eius ab initio, ex diebus ſeculi. *Nyſ.T.* 297.

EX SOPHONIA.

Cap.II. Ver.11. Apparebit Dominus ſuper eos, & diſperdet omnes Deos gentium. *Nyſ.Teſt.* 296.

v. 11. Adorabunt Dominum vnuſquiſque de loco ſuo. *Nyſſen. Teſtimon.* 322.

EX AGGAEO.

Cap.II.Ver.5. Confortare Zorobabel, quoniam ego vobiſcum ſum, & Verbum meum bonum, & Spiritus meus in medio veſtrum. *Nyſ. Teſtim.* 293.328.

EX ZACHARIA.

Cap.II.Ver.20. Letare, & gaude filia Sion, quia ego venio, & habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt ei in populum. *Nyſ.Teſt.* 295.

Cap. III. Verſ. 1. Oſtendit mihi Dominus Ieſum Sacerdotē magnum ſtantem ante faciem Angeli Domini: & Diabolus ſtabat à dextris eius, vt aduerſaretur ei, & dixit Dominus ad Diabolum: increpet Dominus in te, Diabole. *Nyſ.Teſt.* 296.

Cap.

Cap.III.Ver.6. Et conteſtabatur Angelus Domini ad Ieſum, dicens, Hæc dicit Dominus omnipotens: Si vijs meis ambulaueris, & præcepta mea cuſtodieris, & tu iudicabis domum meam. *Nyſ.Teſtim.* 296.

v.8. Audi ergo Ieſus Sacerdos magne. *Nyſ.Teſt.* 296.

Cap.IX.Ver.9. Gaude vehementer filia Sion, prædica filia Ieruſalem. Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, & aſcendens ſuper ſubiugalem,& pullum Aſinæ. *Nyſ.Teſt.* 295.

Cap.XI.Ver.12. Et acceperunt triginta argenteos, pretium appretiati, quem appretiauerunt à filiis Iſrael, & dederunt eum in agrum figuli,ſicut conſtituit mihi Dominus. *Nyſ.Teſtim.* 309.

Cap.XIII.Ver.7. Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum,& ſuper virum contribulem mihi. *Nyſs. Antirrheticus.* 161.166.

Ibid. Framea conſurge ſuper paſtorem, & in virum populi mei, percutite paſtorem meum,& diſpergentur oues gregis. *Nyſ.Teſtim.* 310.

Cap.XIV.Ver.4. Stabunt pedes eius in die illa ſuper montem oliuarum, qui eſt contra Hieruſalem ab oriente. *Nyſ. Teſtim.* 296.

v.7 Et erit in die illa non erit lux, & dies illa nota Deo: & non dies, neque nox; ad veſperam erit lux. *Nyſ.Teſtim.* 310.

v.20. Et in die illa erit, quod ſuper frenum equi eſt Sanctum Domino. *Nyſ.Teſtim.* 310.

EX MALACHIA.

Cap.I.Ver.11. Non eſt voluntas mea in vobis, dicit Dominus omnipotens:Et ſacrificium non ſuſcipiam de manibus veſtris: quia ab ortu ſolis, & vſque ad occaſum clarificatum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium mundũ, quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens.Vos autem contaminatis illud. *Nyſ.Teſtim.* 316.319.321.322.

Cap.III.Ver.1. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. *Nyſ.Teſtim.* 296.

Ibid. Subito veniet in templum ſuum Dominus, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis. *Nyſ. Teſt.* 295.

Cap.IV.Ver.5. Ecce ego mitto vobis Eliam Theſbitem, antequam veniat dies Domini magna, & illuſtris, qui conuertet cor patrum ad filios, & cor hominis ad proximum ſuum, ne forte veniens percutiam terram penitus. *Nyſ.Teſt.* 325.

EX EVANGELIO MATTHAEI.

Cap.III.Ver.2. Penitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum. *Archel.* 54.

v.7. Generatio viperarum, quis vobis oſtendit fugere ab ira ventura? facite ergo fructum dignum pænitentiæ. *Archel.* 54.

v.16. Et vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam. *Archelaus.* 91.

v.17. Hic eſt filius meus dilectus, in quo bene complacui. *Archelaus.* 91.93.

Cap.IV.Ver.3. Si filius es Dei; *Archel.* 93.

v.10. Vade poſt me Satana; ſcriptum eſt enim Dominum Deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſeruies. *Archel.* 54.

Cap.V.Ver.8. Beati mundo corde, quia ipſi Deum videbunt. *Archelaus.* 75.

v.15. Vos eſtis lux mundi; & luceant opera veſtra coram homini-

 bus.

bus.*Nyſ.laud.S.Steph.* 338.
Cap.V.Ver.16. Nemo lucernam accendens ponit ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt. *Arch.* 37.
v.18. Non veni ſoluere legem; ſed adimplere. *Arch.69. Nyſ.laud.S. Steph.* 337.
Cap.VI.Ver.6. Orate patrem veſtrum, qui eſt in occulto. *Archel.* 35.
v.9. Sic ergo vos orabitis, Pater noſter, qui es in cælis. *Arch.* 35.
Cap. VII. Ver.15. Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoſcetis eos. *Nyſs. Antirrheticus.* 123.124.& 125.
v.18. Non poteſt arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos fructus facere. *Arch.*7. 24.*Nyſ.Antir.* 200.
v.24. Aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſuper petram &c. *Archel* 83.
Cap. VIII. Ver.3. Volo, mundus eſto *Nyſ.Teſtim.* 298.
v.10. Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſrael. *Archelaus.* 74.
Cap.VIII.Ver.16. Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portauit. *Nyſ. Ant.* 170.
Cap.IX. Ver. 12. Non opus eſt valentibus medicus, ſed malè habentibus. *Nyſ.Antir.* 227.
v.17. Nemo poteſt vinum nouum in vtres veteres mittere, alioquin rumpentur vtres, & vinum effundetur. *Archel.* 33.
Cap. X.Ver.34. Veni gladium mittere ſuper terram, & diuidere hominem à proximo ſuo. *Arch.* 80.
Ibid. Non veni pacem mittere, ſed gladium. *Archel.* 103.
v.37. Qui amat Patrem, & Matrem pluſquam me, non eſt me dignus. *Archel.* 87.
v.40. Qui me recipit, recipit eum, qui me miſit. *Archel.* 85.
Cap. XI. Ver. 11. Maior in natis mulierum nullus ſurrexit Ioanne Baptiſta, qui autem minor eſt in regno cælorum, maior eſt illo. *Archelaus.* 90.
Cap. XII. Ver. 18. *Locus Eſaiæ*, 42.1. *Vide ſuo loco.*
v.32. Neque in hoc ſeculo, neque in futuro remittetur ei. *Arch.*52.
v.34. Ex abundantia cordis os loquitur. *Nyſ. epiſt.* 396.
v. 40. Sic erit filius hominis in corde terræ. *Nyſ.Antir.* 158.
v.41. Et ſedens Ieſus contra Gazophylacium &c. *Arch.* 74.
v.47. Maria Mater tua, & fratres tui foris ſtant, quę eſt mater mea, aut qui ſunt fratres mei? *Arch.* 85.86.
Cap. XIII. Ver.13. Ideo ipſis in parabolis loquor, ut videntes non videant. *Archel.* 104.
Cap. XV. Ver. 24. Non ſum miſſus niſi ad oues perditas domus Iſrael. *Archel.* 85.
Cap.XVI.Ver.16. Tu es Chriſtus filius Dei viui. *Reſpondens* autem Ieſus dixit ei, Beatus es Simon Bar-Iona, quoniam revelauit tibi Pater meus cæleſtis. *Archel.* 86.87.
v.22. Propitius eſto Domine, non erit tibi iſtud, qui conuerſus, dixit Petro, Vade retro Satana, quia non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum ſunt. *Archel.* 87.
v.27. Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis. *Nyſ.Antir.* 282.
Cap.XVIII.Ve.7. Neceſſe eſt enim, vt veniant ſcandala. *Nyſ.Antir.*285.
v.12. Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & ſi perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deſerto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam. *Nyſ.Ant.* 156.157.
v.22. Non dico tibi vſque ſepties,
ſed

ſed vſque ſeptuagies ſepties. *Archelaus*. 52.

Cap. XIX. Ver. 11. Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt. *Archel.* 41.

Cap. XXI. Ver. 33. Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam &c. *Nyſ. Ant.* 281.

v. 43. Quia auferetur à Iudæis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. *Nyſ. Teſt.* 323.

Cap. XXII. Ver. 6. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis, & ſalutationes in foro. *Archel.* 36.

v. 2. Simile factum eſt regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. *Nyſ. Antir.* 281.

v. 42. Quid vobis videtur de Chriſto? cuius filius eſt? Dicunt ei Dauid. *Archel.* 86.

Cap. XXIII. Ver. 23. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia decimatis mentham, anethum, & cyminum, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis. *Arch.* 36.

v. 26. Væ vobis Scribæ, & Phariſei hypocritæ, quare, quod de foris eſt catini, & calicis lauatis; quod autem intus eſt, immunditia plenum eſt? Aut neſcitis, quia qui fecit, quod foris eſt, & quod de intus eſt, fecit? *Archel.* 36.

Cap. XXIV. Ver. 5. Videte ne quis vos ſeducat; multi enim venient in nomine meo, dicentes. Ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent. *Archelaus*. 61.

v. 23. Quod ſi etiam aliquis vobis dixerit, Ecce hic eſt Chriſtus, aut ecce ibi, nolite credere. Exurgent enim falſi Chriſti, & falſi Apoſtoli, & falſi Prophetæ, & dabunt ſigna magna, & prodigia, itaut in errorem inducant, ſi poteſt fieri, etiam electos. Ecce prædixi vobis. Si dixerint vobis, Ecce in deſerto eſt; nolite exire. Si dixerint vobis, in penetralibus; nolite credere. *Arch.* 61.

v. 30. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa, & maieſtate. Et mittet Angelos ſuos cum tuba. *Nyſ. Antirrhet.* 280.

Cap. XXV. Ver. 29. Habenti enim dabitur: ab eo autem qui non habet, etiam quod ſe putat habere, auferetur. *Archel.* 104.

v. 41. Diſcedite à me in ignem æternum. *Archel.* 103.

v. 44. Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut nudum, aut peregrinum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi. *Archelaus*. 67.

Cap. XXVI. Ver. 41. Spiritus enim promptus eſt, caro autem infirma. *Nyſ. Antir.* 151.

Cap. XXVII. Ver. 46. Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me. *Nyſ. Antir.* 182.

Cap. XXVIII. Ver. 19. Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. *Nyſ. epiſt.* 360.

EX EVANGELIO MARCI.

Cap. I. Ver. 25. Tace, obmuteſce. *Nyſ. Teſtim.* 298.

Cap. II. Ver. 19. Nunquid poteſtis filios ſponſi facere ieiunare, donec cum ipſis eſt ſponſus? *Arch.* 75.

Cap. III. Ver. 27. Quis enim poteſt introire in domum fortis, & diripere vaſa eius, niſi illo ſit fortior. *Archel.* 30.

EX EVANGELIO LVCAE.

Cap. I. Ver. 15. Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ. *Nyſ. Antir.* 193.

v. 79. In quibus viſitauit nos oriens

oriens ex alto. *Nyſ.laud.S.Ste*. *336*.
Cap. II. Ver. 11. Natus eſt vobis hodie Saluator,qui eſt Chriſtus Dominus. *Nyſ.Ant*. 274.275.
v. 12. Inuenietis infantem pannis inuolutum. *Nyſ.Antir*. 152.
v.29. Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundùm verbum tuum in pace. Quoniam viderunt oculi mei ſalutare tuum. *Ephrem*. 110.
v.52. Ieſus proficiebat ſapiētia,& ætate,& gratia. *Nyſ.Ant*. 152.193.
Cap.III. Ver.38. Qui fuit Adam. *Nyſ. Antirrheticus*. 184.
Cap. IV. Ver. 34. Scimus te qui ſis Sanctus Deus. *Archel*. 88.
Cap. VI.Ver.20. Beati pauperes quia veſtrū eſt regnū Dei. *Arc*.69.74
v.29. Et qui te percutit in maxillam, præbe & alteram. *Arch*. 69.74.
v. 40. Perfectus erit omnis diſcipulus quemadmodum magiſter eius. *Nyſ.epiſt*. 394.
Cap.VII.Ver.14. Adoleſcens tibi dico, ſurge. *Nyſ. Teſt*. 298.
Cap. IX. Ver. 59. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. *Arch*.87.
Cap. X. Ver.7. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. *Archel*. 74.
v.18. Sicut fulgur cadentem de cælo. *Archel*. 35.
v. 19. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici. *Archel*. 55.
Cap. XI.Ver.2. Sic dicite cum oratis, Pater noſter, qui es in Cælis. *Archel*. 35.54.
v.39. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quare quod de foris eſt catini, & calicis lauatis, quod autem intus eſt, immunditia plenum eſt? Aut neſcitis quia qui fecit, quod foris eſt, & quod de intus eſt, fecit? *Archelaus*. 36.
Cap.XII.Ver.49. Ignem veni mittere in terram. *Archel*. 103.
Cap. XIII. Ver. 27. Diſcedite à me in ignem æternum operarij iniquitatis. *Archel*. 67.
Cap. XIV.Ver.33. Niſi quis renuntiauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. *Archel*. 69.74.
Cap.XVI.Ver.9. Homo quidam erat diues &c. *Archel*. 73.
v.16. Lex, & Prophetæ, vſque ad Ioannem. *Archel*. 26.70.
Cap.XVII.Ver.1. Impoſſibile eſt vt non veniant ſcandala. *Nyſ.Ant*. 285.
Cap. XX. Ver.36. Æquales enim Angelis ſunt. *Nyſ. Antirr*. 253.
Cap.XXII.Ver.42. Si poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte; Veruntamen non mea,ſed tua voluntas fiat. *Nyſ. Ant*. 199.201. *& ſeqq*.
Cap. XXIII.Ver.34. Pater ignoſce eis, quoniam neſciunt quid faciant. *Archel*. 80.
v.43. Hodie mecum eris in Paradiſo. *Nyſ.Antir*. 159.
v.46. In manus tuas commendo ſpiritum meum. *Nyſ.Ant*. 158.
Cap.XXIV.Ver.39. Palpate me, & videte, & cognoſcite quoniam Spiritus carnem, & oſſa non habet. *Nyſ.Antir*. 154.

EX EVANGELIO IOANNIS.

Cap.I.Ver.5. Lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt. *Arch*.41. *Nyſ.Antir*. 187.
v.12. Quicumque enim acceperunt eum poteſtatem acceperunt filij Dei fieri. *Archel*. 47.
v.14. Verbum caro factum eſt,& habitauit in nobis. *Nyſ.Antirrheticus*. 126.190.261.262.
v.15. Prior me erat. *Nyſ.Ant*. 150.
v. 16. De plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Quia lex per Moyſen data eſt, gratia,& veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. *Archel*. 82.

Cap.

Cap.I. Ver.18. Qui de Patris Sinibus deſcendit. *Archel* 8.
Ibid. Dominum nemo vidit vnquam niſi vnigenitus filius, qui eſt in ſinu Patris. *Archel.* 54.85.
Cap.III. Ver.6. Quod natum eſt ex carne caro eſt. *Nyſ. Antirrheticus.* 183.212.
v.13. Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo filius hominis. *Nyſ.Antir.* 136.
v.34. Ille lucerna erat ardens. *Nyſ.laud.S.Steph.* 338.
Cap.IV. Ver.20. Patres noſtri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis quia Ieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet. *Nyſ.Ant.* 253.
Cap.V. Ver.9. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille, & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat. Erat autem ſabbatum in die illa. *Arch.* 69.75.
v.17. Pater meus vſque modo operatur, & ego operor. *Archel.*51. *Nyſ. Antir.* 194.
v.21. Pater ſuſcitat mortuos, & viuificat, & filius, quos vult viuificat. *Nyſ.Antir.* 195.
v.45. Non putetis, quia ego vos accuſabo apud Patrem, eſt qui vos accuſet Moyſes, in quem vos ſperatis; ſi enim crederetis Moyſi, crederetis vtique & mihi; de me enim ille ſcripſit. Quod ſi literis illius non creditis, quomodo verbis meis credetis? *Archel.* 82.
Cap.VI. Ver.38. Non veni facere voluntatem meam, ſed eius, qui miſit me. *Archel.* 85.
v.63. Spiritus eſt, qui viuificat. *Nyſ. epiſt.* 361.
Cap.VIII. Ver.12. Ego ſum lux mundi. *Nyſ.laud.S.Steph.* 337.
v.40. Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus ſum. *Nyſ. Antirrheticus.* 239.246.
v.44. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri facere vultis, ille enim homicida eſt ab initio, & in veritate non ſtetit, quoniam veritas in eo non eſt; cùm loquitur mendacium, de ſuis proprijs loquitur, quoniam mendax eſt ſicut, & pater eius. *Archel.* 48.53.
v.58. Antequam Abraham fieret, ego ſum. *Nyſ.Antir.* 150.
Cap.X. Verſ.16. Oues meæ vocem meam audiunt. *Nyſ.Ant.* 157.
v.18. Nemo tollit animam meam à me: poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. *Nyſ.Antir.* 196.
v.27. Meæ oues vocem meam audiunt. *Archel.* 41.
v.30. Ego & Pater vnum ſumus. *Nyſ.Antir.* 280.282.
Cap.XI. Ver.43. Lazare, veni foras. *Nyſ.Teſtim.* 298.
Cap.XII. Ver.24. Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. *Nyſ.Antir.* 197.
Cap.XIII. Ver.27. In eum poſt bucellam panis ingreſſus eſt Diabolus. *Archel.* 58.
Cap.XIV. Ver.9. Qui videt me, videt & Patrem. *Nyſ.Antir.* 283.
v.12. Vado ad Patrem meum, & mitto vobis Paraclitum. *Archelaus.* 46.
v.16. Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Et ego rogabo Patrem meum, & alium Paraclitum dabit vobis. *Archel.* 59.
v.20. Ego in vobis, & vos in me. *Nyſ.Antir.* 268.
Cap.XVI. Ver.8. Arguet mundum de peccato, & de iniuſtitia. *Archelaus.* 24.
v.14. Quia de meo accipiet. *Archelaus.* 59.
Cap.XVII. Ver.6. Clarifica me gloria, quam habui apud te priuſquam mundus eſſet. *Nyſ.Ant.* 269.

EX APOSTOLORVM ACTIS.

Cap.II.Ver.17. *Locus ex Ioele*; *Vide ſupra ſuo loco.*

v.36. Quia & Dominum eum, & Chriſtum fecit Deus, hunc Ieſum, quem vos crucifixiſtis. *Nyſ. Antirrheticus.* 267.

Cap. III.Ver.13. Auctorem verò vitæ interfeciſtis. *Nyſ.epiſt.* 361.

Cap.VI.Ver.8. Stephanus enim, plenus fide, & fortitudine faciebat ſigna magna. *Nyſ.laud.S.Steph.*331.

v.10. Nemo poterat reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui, quo loquebatur. *Nyſ.laud.S.Steph.*332.*vbi & alia quę de Stephano in Apoſt. Actis habentur, laudantur, & illuſtrantur.*

Cap. IX. Ver.15. Vas enim electionis mihi eſt, vt portet nomen meum in conſpectu Regum, & gentium, *Archel.* 59.

Cap. X. Ver. 38. Ieſum à Nazareth, quem vnxit Deus Spiritu Sancto. *Nyſ.Antir.* 269.

EX EPISTOLA AD ROMANOS.

Cap.I.Ver.9. In ſpiritu ſeruire Domino. *Nyſ.Antir.* 247.254.

Cap.II.Ver.15. Oſtendens vnuſquiſque eorum opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente eis conſcientia ſua. *Archelaus.* 47.

v.24. Væ illis, per quos nomen meum blaſphematur in gentibus. *Nyſ.Antir.* 259.

v.28. Non enim qui in manifeſto iudæus eſt, neque quæ in manifeſto in carnę eſt circumciſio. *Arch.* 70.

v.29. Circumciſio cordis in ſpiritu non in litera, cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt. *Arch.* 76.

Cap.III.Ver.20. Per legem enim cognitio peccati. *Archel.* 70.

Cap.IV.Ver.2. Si enim Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriam; ſed non apud Deum. *Archelaus.* 70.

Cap.V.Ver.14. Regnauit mors ab Adam, vſque ad Moyſen, etiam in eos, qui non peccauerunt. *Archelaus.* 48.49.

Cap.VI.Ver.4. Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris. *Nyſ. Antir.* 274.276.

Ibid. Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem. *Nyſs. Antir.* 277.

Cap.VII.Ver.23. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in legem peccati. *Nyſ. Antirrhet.* 138.

Cap. VIII. Ver.7. Sapientia carnis inimicitia eſt in Deum; legi enim Dei non ſubijcitur. *Nyſ.Ant.* 139.

Cap. IX. Ver.1. Veritatem dico in Chriſto, non mentior, teſtimonium mihi perhibente conſcientia mea in Spiritu Sancto. *Arch.* 59.

v.5. *Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt ſuper omnia Deus. Nyſ. Antirrh.* 281.

Cap. X. Ver. 15. Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem. *Nyſ. Teſtim.* 319.

Cap.XI.Ver.29. Sine pœnitentia enim ſunt dona Dei. *Nyſ. Antirrheticus.* 158.273.

v.36. Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. *Nyſ. Antir.* 239.

Cap.XII.Ver.10. Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus. *Nyſ.epiſt.* 385.

Cap.XV.Ver.15. Secundùm gratiam, quæ data eſt mihi à Deo, vt ſim miniſter Chriſti in gentibus, conſecrans Euangelium Dei. *Archelaus.* 59.

v. 18. Non enim audeo quidquam loqui eorum, quæ per me

non

non effecit Chriſtus verbo, & factis. *Archel.* 59.

EX EPISTOLA I. AD CORINTHIOS.

Cap.I.Ver.26.Videte vocationem veſtram, fratres, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus. *Nyſ.epiſt.* 390.
v.30. Factus eſt nobis ſapientia à Deo. *Nyſ. Antir* 215.216.
Cap.II.Ver.11. Nemo ſcit, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus, qui in ipſo eſt. *Nyſ.Antir.* 189.
v.13. Quæ & loquimur non in doctis humanæ ſapientiæ verbis; ſed in doctrina ſpiritus, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. Animalis autem homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei; ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur. *Nyſ.Antir.* 249.
Cap.III.Ver.2. Adhuc enim carnales eſtis. Cùm enim ſit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales eſtis? 140.
v.10. Vt ſapiens Architectus fundamentum poſui. *Archel.* 95.
v.17. Dominus autem Spiritus eſt. *Nyſ.ſer. de Spir.Sancto.* 349.
Cap. V. Ver.1. Omnino auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris aliquis habeat. *Nyſ.Antir.* 249.
v.7. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. *Archel.* 89.
Cap. VI. Ver.14. Deus & Dominum ſuſcitauit, & nos cum illo ſuſcitabit per virtutem ſuam. *Arch.* 89.
Cap.VII.Ver.18, Si quis circumciſus eſt, non adducat præputium, aut ſi quis in præputio eſt, non circumcidatur. Vtrumque enim nihil eſt, niſi obſeruatio mandatorum Dei. *Archel.* 76.
v.35. Non vt laqueum inijciam. *Archel.* 8.
Cap.VIII. Ver.16. Vnus Dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia. *Nyſſ.Ant.* 150.269.
Cap. IX. Ver.9. Non infrænabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura eſt Deo? Aut propter nos vtique dicit? *Archel.* 36.
v.27. Ne cum aliis prædicauerim, ego reprobus efficiar. *Ephrem.* 113.
Cap. X. Ver.31. Siue enim manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. *Nyſ.Antir.* 250.
Cap. XI. Ver. 1. Imitatores mei eſtote. *Euthalius.* 525.
v.3. Omnis viri caput Chriſtus eſt. *Nyſ.laud.S.Steph.* 340.
v.19. Oportet & hæreſes eſſe inter vos, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant inter vos. *Archel.* 67.
Cap. XII. Ver. 18. Poſuit Deus membra vnumquodque eorum in corpore ſicut voluit. *Archel.* 34.
Cap.XIII.Ver.8. Siue prophetiæ deſtruentur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur; ex parte enim ſcimus, & ex parte prophetamus. Cùm autem venerit quod perfectum eſt, id quod ex parte eſt deſtruetur. *Archel.* 24.64.
Cap.XIV.Ver.19. At ego malo, ſenſu meo quinque verba loqui in Eccleſia, vt alijs etiam proſim, quàm decem millia verborum in lingua. *Nyſ.ſer.de Spir.Sancto.* 349.
Cap. XV. Ver.3. Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quia Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, ſecundùm ſcripturas, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecundùm ſcripturas, & quia apparuit Cephæ, deinde vndecim Apoſtolis, poſtea ampliùs quàm quingētis fratribus de ſemel, ex quibus

bus plurimi adhuc manent, vſque nunc; quidam autem, & dormierūt. Poſtea autem viſus eſt Iacobo; deinde omnibus Apoſtolis; nouiſſimè autem omnium, tanquam abortiuo, viſus eſt & mihi; Ego enim ſum nouiſſimus omnium Apoſtolorum. *Archel.* 60.

v. 9. Ego enim ſum nouiſſimus omnium Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus. Gratia autem Dei ſum id, quod ſum. *Archelaus.* 59.

v. 12. Quomodo dicunt quidam in vobis, quia reſurrectio mortuorum non eſt? Si enim reſurrectio mortuorum non eſt, nec Chriſtus reſurrexit. Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt ergo prædicatio noſtra. Inueniemur etiam falſi teſtes Dei, qui teſtimonium perhibuimus aduerſùs Deum, quia ſuſcitauerit Chriſtum, quem non ſuſcitauit. Si quidem mortui non reſurgunt, nec Chriſtus reſurrexit. Si autem Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides veſtra, adhuc eſtis in peccatis veſtris; ergo & qui dormierunt in Chriſto, perierunt? Si in hac vita tantummodo ſperamus in Chriſto, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis initiū dormientium. *Archel.* 89. 90.

v. 20. Chriſtus ſurrexit à mortuis primitiæ dormientium. *Nyſ. Antirrheticus.* 276.

v. 21. Per hominem reſurrectio mortuorum. *Nyſ. Antir.* 257.

v. 22. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. *Nyſ. Antir.* 276.

v. 41. Alia enim gloria Solis, alia gloria Lunæ, alia gloria Stellarum; Stella enim à Stella differt in gloria. *Archel.* 77.

v. 45. Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem; nouiſſimus Adam in Spiritum viuificantem. *Nyſ. Antir.* 145. 147.

v. 47. Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cælo cæleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. *Nyſ. Antir.* 146.

v. 50. Caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt. *Arch.* 70.

v. 54. Abſorta eſt mors in victoria. Vbi eſt mors victoria tua, vbi eſt mors aculeus tuus? *Archelaus.* 49.

v. 56. Virtus verò peccati lex. *Archel.* 47. *& ſeqq. vſque ad* 52.

EX EPISTOLA II. AD CORINTHIOS.

Cap. III. Ver. 6. In quo, & idoneos nos faciat Deus miniſtros noui teſtamenti, non litera, ſed ſpiritu. Litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat. Quòd ſi miniſterium mortis in literis, formatum in lapidibus, factum eſt in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi propter gloriam vultus eius, quæ deſtruetur; quomodo non magis miniſterium ſpiritus erit in gloria? Si enim miniſterium dānationis gloria eſt, multò magìs abundabit miniſterium iuſtitiæ ad gloriam. Neque enim glorificatum eſt, quod glorioſum factum eſt in hac parte, propter eam, quæ ſupereminet, gloriam: Si enim quod deſtruetur per gloriam eſt, multò magìs, quod manet, in gloria eſt. *Archel.* 47. *& ſeqq.* 70. 76. 80.

v. 14. Obſcurati ſunt ſenſus eorum. Vſque in hodiernum enim ipſum velamen manet in lectione veteris Teſtamenti. Non reuelatur, quia in Chriſto deſtruitur. Vſque in hodiernum enim, cùm legitur Moyſes, velamen eſt poſitum ſuper cor eorum. Cùm autem conuerſus fue-

ſuerit ad Dominum, auferetur velamen. Dominus autem ſpiritus eſt. *Archel.* 77.

Cap.IV.Ver.3. Quod ſi etiam opertum eſt Euangelium noſtrum, in ijs qui pereunt, eſt opertum. *Archelaus.* 103.

v.4. In quibus Deus ſeculi huius excæcauit cogitationes infidelium, vt ne fulgeat in illis illuminatio Euangelii. *Arch.* 25.103.104.

v.16. Licet is, qui foris eſt noſter homo corrumpitur; tamen is qui intus eſt renouatur de die in diem. *Nyſ.Antir.* 210.

Cap.V. Ver.4. Vt abſorbeatur quod mortale eſt à vita. *Nyſ. Antirrheticus.* 236.

v.16. Et ſi cognouimus ſecundùm carnem Chriſtum; ſed nunc iam non nouimus. *Nyſſ. Antirrheticus.* 206.270.

v.19. Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi. *Nyſ.Ant.* 237

Cap. VI. Ver.16. Vos eſtis templum Dei viui. *Archel* 34.

Cap. X. Verſ. 15. Conſilia deſtruens, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei. *Nyſſ.laud.S.Steph.* 332.

Cap.XI.Ver.3. Timeo autem ne forte, ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate, & caſtitate, quæ in Chriſto eſt. Si enim is, qui venit, alium Chriſtum prædicat, quem non prædicauimus; aut Spiritum alium acceperitis, quē non accepiſtis; aut aliud Euangelium, quod non accepiſtis; bene pateremini. Puto enim quia nihil minus feci vobis à cęteris Apoſtolis. *Archelaus.* 60.

v.14. Et non mirum; ipſe enim Satanas transfigurat ſe, velut Angelum lucis. Quid ergo magnum, ſi & miniſtri eius transfigurentur in miniſtros iuſtitiæ: quorum finis erit ſecundùm opera eorum? *Arch.* 60.

v.23. Super cæteros Chriſti miniſter. *Archel.* 61.

Cap.XII.Ver.8. Pro quo ter Dominum rogaui, ut deſcenderet à me: & dixit mihi, ſufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur. *Archel.* 59.

Cap. XIII.Ver.3. Aut documentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus. *Arch.* 44.60.75.

v.11. Cum eſſem paruulus loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quādo autem factus ſum vir euacuaui quæ erant paruuli. *Arch.* 87.

EX EPISTOLA AD GALATAS.

Cap.I. Ver.6. Miror quòd ſic tam citò transferimini ab eo, qui vocauit vos, in aliud Euangelium, quod non eſt aliud: niſi ſunt qui vos conturbant, & volunt auertere vos ab Euangelio Chriſti. Sed etiam ſi nos ipſi, aut Angelus de Cælo vobis annuntiauerit, præterquam quòd traditum eſt vobis, anathema ſit. *Archel.* 60.69.

Cap.II.Ver.18. Si ea, quæ deſtruxi, iterum ædifico, præuaricatorem me æſtimo. *Archel.* 70.

Cap. III. Ver.1. Quorum ante oculos Ieſus Chriſtus reſcriptus eſt crucifixus. *Archel.* 90.

v.13. Qui redemit nos de maledicto legis Chriſtus. *Arc.*47.48.51.52.

Cap. IV. Verſ. 4. Cum autem fuit Dei voluntas in nobis, miſit filium ſuum factum ex muliere. *Archelaus.* 89.

Cap.VI.Ver.17. De cætero nemo mihi moleſtus ſit; ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. *Euthalius.* 524.

Cap. XII. Ver. 18. Si enim quæ deſtruxi, hæc iterum reædifico,

prę-

uaricatorem me conſtituo. *Archelaus*. 26.

EX EPISTOLA AD EPHESIOS.

Cap.I.Ver.7. Per ipſum non accepiſſe redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum per carnem eius. *Nyſ.Antir.* 156.160

Cap.III.Ver.6. Gentes eſſe cohæredes, & concorporales, & comparticipes promiſſionis eius, *Nyſ. Antirrheticus*. 192.

v.8. Mihi infimo omnium Apoſtolorum data eſt gratia hæc. *Archelaus*. 59.61.

Cap.V. Ver. 14. Et illuminabit Chriſtus. *Archel.* 77.

Cap.V.Ver.23. Quoniam vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ. *Nyſ.laud.S.Steph.* 340.

EX EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

Cap.I.Ver.23. Cupio diſſolui, & cum Chriſto eſſe. *Ephrem.* 110.

Cap. II.Ver.5. Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod, & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. *Archel.* 86.91.93. *Pulchrè*. *Nyſ. Antir.* 167.211.

v.15. Vt ſitis ſicut luminaria in hoc mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in diem Chriſti quoniam non in vacuum cucurri, nec in vacuum laboraui. *Arch.* 66.

Cap.III. Ver. 8. Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora. *Ephrem*. 110. *Euthalius*. 643.

v.17. Simul imitatores mei eſtote. *Euthal.* 525.

v.20. Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt, vnde etiam ſaluatorem expectamus. *Archel.* 66. *Nyſ. Antirrheticus*. 146.

Cap. IV.Ver.4. Fratres mei cariſſimi, gaudium meum, & corona mea, ſic ſtate, *Nyſſen. laud. S. Stephani*, 333.

EX EPISTOLA AD COLOSSENSES.

Cap. I. Ver. 17. Et ipſe eſt ante omnes. *Nyſ.Antir.* 150.

v.23. Permanete in fide fundati, & radicati, & immobiles ab ſpe Euangelii, *quod audiuimus*, quod prædicatum eſt in omni creatura, quæ ſub cælo eſt. *Arch.* 62.

v.24. Quæ enim deerant tribulationum Chriſti, in carne mea adimpleo. *Archel.* 61.

Cap.II.Ver.6. Sicut ergo accepiſtis Chriſtum Ieſum Dominum, in ipſo ambulate radicati, & fundati ſuper ipſum, confirmati, fide, ſicuti docti eſtis, abundantes in gratiarum actione. Videte ne quis vos expoliet per philoſophiam, & inanem ſeductionem, ſecundùm elementa mundi, & non ſecundùm Chriſtum, quia &c. *Archel.* 62.

v.9. Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. *Nyſ.Antir.* 190.

v. 12. Deus ſuſcitauit ipſum à mortuis. *Nyſ. Antir.* 159.

EX EPISTOLA I.
AD THESSALONICENSES.

Cap.IV.Ver.14.Si enim credimus, quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit, ita & Deus eos,qui dormierunt per Ieſum adducet cum eo. *Nyſs. Antir.* 198.

Cap. V. Ver. 1. De temporibus autem,& momentis,fratres,non habetis opus, vt aliquid vobis ſcribā; ipſi enim diligenter ſcitis,quia dies Domini ſicut fur in nocte,ita veniet. *Archel.* 66.

v.23. Deus autem ſanctificet vos per omnia, & integrum corpus veſtrum,& anima,& ſpiritus &c. *Nyſs. Antirr.* 248.*& ſeqq.*

EX EPISTOLA I.
AD TIMOTHEVM.

Cap. I. Ver. 9. Iuſto lex non eſt poſita, ſed iniuſtis, & non ſubditis, impiis,& ſceleſtis. *Archel.* 52.

v.30. Tradidi Satanæ, vt diſcerent non blaſphemare. *Archel.* 24.

Cap.II.Ver.4. Omnes vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. *Nyſ.Antir.* 195.

Cap.III.Ver.2. Oportet ergo Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. *Nyſs.Epiſtol.* 393.

v.16. Deus manifeſtatus eſt in carne.*Nyſ.Antir.* 126.149.

Cap.IV.Ver.1. Quia in nouiſſimis temporibus recedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus ſeductoribus, & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi mendacia loquentes, cauteriatam habentes conſcientiam, prohibentium nubere,abſtinere ſe à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatem;quoniam omnis creatura Dei bona eſt, & nihil abijciendum,quod cum gratiarum actione percipitur.*Arch.* 61.

v.6. Ineptas,& aniles fabulas deuita. *Nyſ.Antir.* 144.

Cap. VI. Ver.20. Deuitans prophanas vocum nouitates. *Nyſ. Antirrheticus.* 144.

EX EPISTOLA II.
AD TIMOTHEVM.

Cap.III.Ver.8. Quemadmodum Iamnes, & Mambres reſtiterunt Moyſi; ita & iſti reſtiterunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem;ſed ultrà non proficient. Inſipientia enim eorū omnibus nota eſt,ſicut & illorum fuit.*Arch,* 64.81.

Cap.IV.Ver.5. Miniſterium tuum bonum imple; ego enim iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat. *Euthal.* 528.533.

v.7. Certamen bonum certaui, circum cucurri, fidem ſeruaui. De cætero repoſita eſt mihi iuſtitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex; non ſolùm autem mihi, ſed & omnibus, qui diligunt aduentum eius. *Arch.* 62.

v.11. Salutat te Lucas, qui mecum eſt. *Euthal.* 533.

v.16. In prima mei defenſione nemo mihi affuit,ſed omnes me dereliquerunt;non illis imputetur. Dominus autem mihi aſtitit,& confortauit me,, vt per me prædicatio impleretur,& audiant omnes gentes,& liberatus ſum de ore leonis.*Eut.* 533

EX EPISTOLA AD TITVM.

Cap. II. Ver.11. Apparuit nobis gratia ſalutaris, erudiens nos, vt abnegemus quidem impietatem, ſanctè verò,& iuſtè expectemus beatam ſpem. *Nyſ.Antir.* 215.

EX EPISTOLA AD HEBRAEOS.

Cap.I.Ver.2. Per ipſum ſecula facta

facta ſunt. *Nyſ. Antir.* 269.
Cap. I. Ver. 6. Cum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, & adorent eum omnes Angeli eius. *Nyſ. Antir.* 236.
Cap. II. Ver. 3. Quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem? quæ cum initium accepiſſet enarrari à Domino, ab eis, qui audierunt, in nos conformata eſt conteſtante Deo ſignis, & portentis. *Euthalius.* 669.
Cap. III. Ver. 7. Quapropter ſicut dicit Spiritus Sanctus: ſecundùm diem tentationis in deſerto, ibi tentauerunt me patres veſtri. *Nyſ. Ser. de Spir. Sancto.* 350, 351.
Cap. VI. Ver. 8. Quorum finis eſt maledicto proximus. *Arch.* 7.
Cap. X. Ver. 34. De vinculis etiam meis mecum doluiſtis. *Euth.* 670.
Cap. XIII. Ver. 19. Ampliùs orate, quò celeriùs reſtituar vobis. *ib.* 671.
v. 23. Noſtis fratrem noſtrum Timotheum dimiſſum, cum quo, ſi celeriùs venerit, videbo vos. *ibid.*

EX EPISTOLA I. PETRI.

Cap. IV. Ver. 8. Charitas operit multitudinem peccatorum. *Eut.* 406.

EX EPISTOLA I. IOANNIS.

Cap. V. Ver. 19. Totus mundus in maligno eſt poſitus. *Archel.* 26.

EX APOCALYPSI.

Cap. I. Ver. 8. Ego ſum principium. *Nyſ. Antir.* 219.

LOCA NON REPERTA.

ANnos perficis Domine potentia tua. *Nyſ. Teſt.* 289.

EX ESAIA.

Ecce iuuenca peperit, & non peperit. *Nyſ. Teſt.* 303.
Nunquid ego præcepi Patribus veſtris exeuntibus è terra Ægypti, vt offerrent mihi holocauſta, & Sacrificium. *Nyſ. Teſtim.* 315.
Et tunc hæc conſummabuntur, dicit Dominus, quando lignum lignorum inclinatu fuerit, & reſurget, & quando è ligno ſanguis diſtillabit. *Nyſ. Teſt.* 309.

EX HIEREMIA.

Circumcidite cor veſtrum, & non carnem præputij veſtri. *Nyſ. Teſt.* 313
Et circumcidite Deo præputium cordis veſtri. *Nyſſ. Teſtim.* 314.

EX OSEA.

Et erit in extremo nomen eius clarum in omni terra, & nomine eius cognominabuntur populi multi, & in vijs eius ambulantes, viuent in eis. *Nyſ. Teſtim.* 326.

I N-

INDEX

RERVM ET VERBORVM.

Simplex numerus libri paginas denotat, cùm verò Præf. *vel* Pr. *adjungitur, præfationis paginas ſignificat.*

A

ACta Apoſtolorum in capita & verſus primùm dividit, & ad Euſebij Cæſarienſis exemplaria confert Euthalius *Præf.* 65. & *ſeqq.* In Pentecoſtes diebus ſemper in publicis ſynaxibus lecta *Præf.* 82.

Adam cur in animam viventem factus dicatur. 145. 147.

Adam creatur à malo Deo juxta Manetem. 19.

Adamum ad Dei ſimilitudinem factum fuiſſe negat Manes. 27.

Adda Manetis diſcipulus per Orientem, & Scythiam hereſeos uulgandæ cauſa miſſus. 598.

Aegialeus Iudex. 11. 23.

Aegyptii iuxta Rabbinos quoſdam vitulum aureum conſtruxerunt. 53. Solaris anni typum cùm vicinis Syriæ regionibus communicant. *Præf.* 58. 67. Sabbato & Dominica in publicis ſynaxibus diverſo à cæteris Eccleſijs ritu communicabant. *Pr.* 78. 79. 83. 84.

Aegyptiacæ, & Antiochenæ diœceſeos Eccleſiæ Dominici Natalis feſtū cum Epiphania jungunt. *Pr.* 40.

Aegyptus propriè dicta. *Pr.* 84.

Aer anima hominum, & animalium juxta Manetem. 17.

Aerina ſpecies. 23.

Alexander Magnus ſe in Amicis theſaurum poſſidere ajebat. 367.

Alexander, & Lyſimachus mundi imperium tenuere. 36. 37.

Alexander Nyſſeni amicus. 368.

Alexandriæ publicæ ſynaxes ſemel in hebdomada, dominica, ſcilicet, die, tantùm habitæ. *Pr.* 78. 79. 83. 84. At Scripturæ in Eccleſiæ feria quarta, & ſexta explicabantur. *Ibid.* 84.

Alytarchæ baculum ex ebeno geſtabant. *Præf.* 12. 13.

Amicus theſauro comparatur ab Alexandro Magno. 368.

Ammonius an Pauli epiſtolas in capita diviſerit. *Præf.* 59.

Anaſtaſius Sinaita Gregorium Nyſſenum defendit. *Præf.* 24. 33.

Angelorum lapſus, & cum hominum filiabus concubitus. 54. 55. Corporei quomodo dicuntur. 55.

Animæ nomina juxta Manetis ſententiam. 15.

Anima hominum, & animalium aër juxta Manetem 17. Sumitur

ex ſubſtantia boni Patris juxta eundem. 13.

Anima ex lucis participatione facta, quomodo cum corpore vniatur juxta Manetem. 9. 10.

Animæ, corporiſque unus conditor Deus. 30. *& ſeqq.*

Anima hominis nullo pacto mente carere poteſt. 190. 196. 252. quomodo in hominis generatione corpori uniatur. 30. *& ſeqq.* 271.

Animæ immortalitas. 198.

Anima poſt mortē mente adhuc prędita eſt. *Ibid.*

Animarum perditio, atque ſalus quomodo contingat juxta Manetem. 12. 13.

Animarum transfuſio juxta Manetem in alia corpora. 15. De animæ munditie ſermo S. Ephrem. 106.

Antichriſti prodigia. 63.

Arcani diſciplina apud veteres Chriſtianos. Vide *Catechumenus. Diſciplina.*

Antichriſti vas Manes. 62.

Antiochena indictio à Maio mēſe incipit. *Præf.* 61.

Antiocheni quot publicas ſynaxes ſingulis hebdomadis celebraverint. *Præf.* 80. 81.

Antiochenæ Diœceſeos Eccleſiæ, qua die Natalis Domini feſtum celebraverint. *Præf.* 40.

Anuli uſus pro teſſera, aut ſigno in repetendo depoſito, & nuncijs fide concilianda. 44.

Anulis obſignabant antiqui omnia domeſtica. 27. 44.

Apocalypſis à Nyſſeno libri canonici loco habita. 219.

Apocruſis lunæ. 13.

Apollinaris Syrus. 125. Eius hereſis quando innotuerit. *Præf.* 19. *& ſeqq.* A Sebaſtenis &, à Baſilio Magno accuſatur. *Ibid.* Communicatorias ab exulantibus apud Diocæſaream Epiſcopis literas accipit. *Præf.* 20. Ab eorundem communione decidit. *Ibid.* Aduersùs Paulinum Antiochenum, & Epiphanium Cyprium, & Diodorum Tarſenſem ad eoſdem Confeſſores ſcribit. *Ibid.* Cur à Nyſſeno Logographus vocatur. 126. Quo prętextu librum de Incarnatione ediderit. 130. 131. Eius titulus à Nyſſeno confutatur. 126. Hęreſis de incarnatione ab eodem propugnata quænam fuerit. 126. 127. 128. 149. Terrenum hominem Chriſtum vocari poſſe negat. 135. 146. 184. Chriſto homini Divinitatem loco mentis tribuit. 142. 144. Spiritum incarnatum fuiſſe, quomodo effutierit. 148. Carnem cæleſtem ab æterno affingebat Dei Verbo. 149. 150. *& ſeqq.* 162. *& ſequen.* 167. 187. 201. 205. 224. Quibus Scripturæ locis malè intellectis hæreſim ſuam adſtruxerit. 150. 248. Carnalis Deus, & ipſe quoque Pater juxta ejuſdem ſententiam. 165. 180. *Similitudinem hominis filio Dei adventitiam ait.* 172. Carnem animatam Dei Verbo adſcribit. 138.

Chriſtum per Beatam Virginem, veluti per canalem, tranſiiſſe dicebat. 180. Ario pejor. 186. Eidem contrarius. 182. 200. 263. Divinitatem ad humanam naturam deprimit. 191. *& ſeqq.* Divinitatem paſſam in Cruce fuiſſe blaſphemat. 132. 197. 198. 204. 263. *& ſeqq.* Aliud in Chriſto eſſe carnis unitionem, & hominis ſuſceptionem ajebat. 207. *& ſeqq.* Chriſtum quomodo in ſimilitudinem hominum factum fuiſſe dicebat. 211. *& ſeqq.* Chriſtum mentem carne præditam vocabat. 213. *& ſeqq.* Humanum genus à Chriſto per carnis ſuſceptionem ſalvari ajebat. 222. Primus omnium dixit Chriſtum in ſe Deum habere, tanquam alium

in

in alio. 143. duo perfecta, Deus, nempe, & homo ſimul jungi poſſe negabat. 223. 232. & ſeqq. 259. & ſeq. Chriſti carnem præ cęteris adorandam eſſe putabat. 240. 241. Eunomio pejor. 242. 243. Catholicos quaternarium numerum in Trinitatem inducere ſomniabat. 236. Errores multos orthodoxis affingebat. 264. Humani corporis naturam, quæ ab initio fuerat, in Chriſto adhuc immutatam permanere opinabatur. 270. 280. Ethnicorum ſententias in ſuæ hæreſeos confirmationem adduxit. 287. De Chriſti carnis glorificatione quid ſenſerit. 270. & 280.

Apollinarius Cœnobiarcha Prophetarum minorum libros ex Euſebii Cæſarienſis codicibus tranſcribit. *Præf.* 65.

Apoſtoli cum Martyribus comparantur, & cur ſimul laudandi. 332. 333. Lampades, & ſidera cur appellati. 338. Eorum laus. 343.

Apoſtolum Chriſti ſe Manes eſſe mentitur. 24.

Aptare reſponſionem, ſeu quęſtionem. 91.

Arabio, caſtellum vbi morabatur Manes. 9. 99. 100.

Arbitrii libertas. 35. 53. 54. 55.

Arbitrii libertas in homine, & Angelis. 245. Salutis & damnationis cauſa. 195. 246.

Arbor ſcientiæ boni, ac mali, quid juxta Manetem. 18.

Arbores in Mundo concupiſcentias eſſe ſomniavit Manes. 17.

Archelaus Carrarum Epiſcopus ſedulam gregis curam gerit. 22. & Pr. 7. Cum Manete bis diſputauit. *Ibid.* 3. & ſeqq. Tempus hujus diſputationis. *Ibid.* 8. & ſeqq. An ejus acta ipſe conſcripſerit. *Ibid.* 4. Syriaca primùm lingua edita, & poſtea in græcum, atque etiam in latinum ſermonem tranſlata. *Ibid.* & 6. Ab Epiphanio laudantur. *Ib.* 5. An integra ſint inquiritur. *Ibid.* 13. Diſputaturus cum Manete cur Ethnicos judices elegit. 1. 23. 102. Ob victoriam de Manete habitam, à Marcello ſtola induitur. 67. Cohibet turbas, ne Manetem occidant. *Ibid.* Ejus epiſtola ad Diodorum Presbyterum, in qua plurimos Manetis errores refutat. 71. In Caſtellum Diodoridis venit, vt iterum cum Manete diſputaret. 82. Summa ejus Scripturarum peritia. *Ibid.* Ejus doctrinam turbæ admirantur. 94.

Arius Apollinari comparatur. 155. 182. Ejus impietas minor hæreſi Apollinaris. 186.

Armatura hominis quid juxta Manetem. 15.

Aſſentatio canitiem dedecet. 367.

Aſſumi, & ſuſcipi, in Scripturis idem ſignificat. 222.

Athanaſius junior Alexandrinus Epiſcopus. 403. Quo temporé vixerit. 492. 403. *Præf.* 64. 66. Actus Apoſtolorum, & Catholicas epiſtolas in verſus ab Euthalio diſtingui juſſit. 404. 405. *Præf.* 64. Eius encomium. 406.

S. Athanaſius Marcellum Ancyranum excuſat. *Præf.* 43. 44. Cum ejus diſcipulis communicat. *Ibid.*

B

Babylonia prouincia. 96.

Babylonius liber à Manete delatus. 23.

Baculus ex ebeno à Manete, & ab Alytarchis geſtatur. 23. *Præf.* 12. 13.

Baptiſma in remiſſionem peccatum. 94. Scripturis adſtruitur. 327. Sine omnium SS. Trinitatis perſonarum inuocatione non perficitur. 360.

Barba Sacerdos Mithræ. 63.
Baruch pro Hieremia ab antiquis laudatus. 305.
